AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN DER DDR
ZENTRALINSTITUT
FÜR ALTE GESCHICHTE UND ARCHÄOLOGIE

BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA



BSB B.G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT
1986

M. TVLLI CICERONIS


SCRIPTA QVAE MANSERVNT OMNIA

FASC. 28

IN M. ANTONIVM ORATIONES
PHILIPPICAE XIV

EDIDIT

PAVLVS FEDELI



BSB B.G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT

1986

Bibliotheca
scriptorum Graecorum et Romanorum
Teubneriana
ISSN 0233-1160
Redaktor: Günther Christian Hansen
Redaktor dieses Bandes: Günther Christian Hansen



© BSB B. G. Teubner Verlagsgesellschaft, Leipzig, 1982 und 1986

2. Auflage

VLN 294/375/5/86 LSV 0886

Lektor: Dr. phil. Elisabeth Schuhmann

Printed in the German Democratic Republic

Satz: INTERDRUCK Graphischer Großbetrieb Leipzig - III/18/97

Druck und Einband: Grafische Werke Zwickau II/29/1

Bestell-Nr. 666 062 9

05900

dulcibus natis

PRAEFATIO

Hi sunt codices, quibus Ciceronis Philippicarum editio mea nititur:

codex tabularii Basilicae Vaticanae H. 25, saec. IX, inter Ciceronis **V** libros manu scriptos – palimpsestis exceptis – uetustissimus. a Iordano Vrsino cardinali († 1439), qui – ut censet Sabbadini[1]) – a. 1426 in Germania iter conficiens eum inuenit[2]), in Italiam illatus est. post obitum Vrsini, cuius stemma in extremo primi folii margine apparet, eius codices partim in S. Petri tabularium partim in bibliothecam Vaticanam translati sunt.[3])

Basilicanus H. 25 hos Ciceronis libros continet:

ff. 1–8ᵘ *In Pisonem* (32–74)
ff. 9–11ᵘ *Pro L. Flacco* (39–54)
ff. 11ᵘ–18 *Pro M. Fonteio* (11–44)
ff. 18–80ᵘ *Philippicae* (I–XIII 10).

Folia 1–8ᵘ scripturam uncialem saec. VIII–IX exhibent[4]); cetera (ff. 9–80ᵘ) Carolinam, quae dicitur, scripturam ostendunt.[5])

V ternis columnis uersiculorum 30 in unaquaque pagina exaratus est: cum post saec. VI ueterum scriptorum codices tribus columnis exarati perrari sint[6]), **V** e uetusto exemplari manare uerisimillimum uidetur.[7]) ubi codex exaratus sit, uiri docti dissentiunt: cum in Gallia scriptum esse censet Lowe[8]), cum contra uir doctus Bischoff **V** in Italia exaratum esse autumet.[9])

Basilicanum H. 25, quem primus contulit Gabriel Faernus a. 1561 cum

---

1) Sabbadini St. e crit. 39.
2) De hac Iordani Vrsini peregrinatione cf. König 49–52.
3) cf. König 105–107. 117. 119.
4) De scriptura hemiunciali cogitat Clark Desc. 163. aliquot saec. IX glossemata in ff. 1–8ᵘ apparent: cf. Pellegrin 51. nonnulli uiri docti Basilicani H. 25 librarium in ff. 1–8ᵘ codicem, qui uncialem scripturam exhibebat, imitari uoluisse censent: cf. Traube 230; uide etiam Deycks 8sqq.; eandem sententiam sequitur E. Pellegrin.
5) cf. Lowe CLA I 3 adn. 3.
6) De hac re uide Clark Desc. 163.
7) cf. Nisbet XXI.
8) Lowe CLA I 3 adn. 3.
9) Bischoff 249 adn. 124.

editione Hieronymi Ferrarii[1]) proximoque anno Marcus Antonius Muretus per sex dies domi inspexit[2]), diligentissime exquisiuit et descripsit Fridericus Schöll[3]); indocti librarii frequentissimos lapsus Albertus Curtis Clark accurate collegit[4]) recentiorumque manuum correcturas Ed. Ströbel diligenter perscrutatus est.[5])

b Bernensis 104; hic codex, saec. XIII exeunte uel XIV ineunte exaratus[6]), qui foliis 133 constat, haec opera continet:

ff. 1–44ᵘ	*Ciceronis de officiis libri III*
f. 45	*excerptum de uitiis et uirtutibus*
(ff. 46–47 scriptura uacant)	
ff. 48–53ᵘ	*Ciceronis oratio pro Milone* (1–67)
(ff. 54–55 scriptura uacant)	
ff. 56–57ᵘ	*Ciceronis libri de senectute fragm.* (a § 80 usque ad finem)
ff. 57ᵘ–111	*Ciceronis orationes Philippicae*
f. 112	*Fragm. tractatus theol. de uitiis*
ff. 113–131	*Suetonii Tranquilli uitae Caes.*
f. 131	*Ausonii carmina de XII Caesaribus per Suet. Tranquillum scriptis*
ff. 131–133	*Tractatus de Caesaribus*

Huius codicis, qui olim P. Danielis fuit[6]), uarias lectiones ex Baiteri collatione Halm primus exhibuit.

c Hoc siglo trium codicum (Paris. Lat. 5802, saec. XIII; Paris. Lat. 6602, saec. XIII; Berolin. Phill. 1794, saec. XII) consensus designatur. primus Clark his codicibus, qui tantummodo Phil. I–IV continent, familiae Colotianae nomen dedit[7]): eorum enim lectiones cum Angelii Colotii codice consentiunt, ut Hieronymus Ferrarius testatur, qui aliquot lectionum huius codicis nunc deperditi mentionem facit.[8]) his codicibus, qui duas lacunas exhibent communes (1, 24 *ciuitas ... mortuo*; 3, 27 *etenim ... et quidem*), uir doctus Clark Oxon. Coll. Mert. 311, quem saec.

---

1) M. Tullii Ciceronis Philippicae et orationes pro Fonteio pro Flacco in Pisonem omnes ex antiquissimo libro a G. Faerno emendatae una cum eiusdem annotationibus, Romae 1561.

2) M. Tullii Ciceronis Philippicae orationes a M. A. Mureto emendatae et illustratae, Lutetiae 1562, 4.

3) F. Schöll, Über die Haupthandschrift von Ciceros Philippiken nebst Bemerkungen zu Stellen dieser Reden, Sitzungsber. Heidelb. Akad. Wiss., Philos.-hist. Kl., 1898, 4. codicem nuper descripsit Pellegrin 51–52; uide etiam Sabbadini St. e crit. 39; Scop. 127; Nuov. ric. 211–212. folii 2ᵘ imago photographice expressa apud Lowe CLA I 2 foliique 3 apud Chatelain I 7 tab. XXVI conferri potest.

4) Clark Cl. Rev. 14, 1900, 39.

5) Ströbel Blätt. Bayer. Gymn. 20, 1899, 384sqq.

6) cf. Hagen 154.

7) Clark Desc. 201–202.

8) Ferrarius, Emendationes in Philippicas Ciceronis, Venet. 1542.

XII Anglica manus exarauit, propter quandam adfinitatem cum familiae Colotianae codicibus in I et II Phil. addit.[1])

Familiae Colotianae libros manu scriptos ex archetypo communi insularem, quae dicitur, scripturam exhibente originem ducere censet Clark[2]): quod plurimae particulae *autem* corruptelae ostendunt, propter notam insularem *hc* (i. e. *autem*) male intellectam; pro *autem* enim tres familiae Colotianae testes *hoc, haec, huius, enim* persaepe tradunt.

Quod ad familiae Colotianae codices adtinet, apud Paris. Lat. 5802, qui saec. XIII ineunte ab Italica manu exaratus[3]) Francisci Petrarcae olim fuit eiusque correcturas exhibet[4]), haec continentur:

ff. 1–68^{u}	*Gaii Suetonii Tranquilli de uita Caesarum*
f. 68^{u}	*uersus Suetonii*
ff. 69–93^{u}	*L. Annei Flori Epitome*
ff. 94–116	*Sexti Iulii Frontini stratagemata*
ff. 116–132	*Breuiarium Eutropii*
ff. 132–147^{u}	*Marci Tullii Ciceronis Philippicae I–IV*
ff. 148–189^{u}	*eiusdem Tusculanae*

Paris. Lat. 6602, saec. XIII exaratus, praeter Philippicas I–IV (ff. 48–99) Ciceronis de officiis libros (ff. 1–47) orationesque in Catilinam (ff. 99–124^{u}) continet.

De Berolin. Phill. 1794 (olim 201), saec. XII exarato, fusius disputandum est: hic liber manu scriptus olim apud collegium Clarimontanum societatis Iesu sodalium Lutetiae Parisiorum fuit, deinde G. Meerman eiusque filius Jan eum Hagae tenuerunt; cum postea Thomas Phillipps (Middlehill, Worcestershire) codicem emisset, cum Phillippsii libris manu scriptis in Berolinensi bibliotheca (hodie Deutsche Staatsbibliothek) nunc asseruatur.[5])

Codex Berolinensis, qui 73 foliis constat, haec continet[6]):

ff. 3–18	*Phil. I–II*
ff. 19–25	*Phil. III–IV*
ff. 25^{u}–26	*uersus Riualloni archid. Nannetensis*
ff. 27–47	*De legibus*
ff. 48–73^{u}	*De diuinatione* (usque ad 2, 135).

Berolinensis particulam quoque Petronii olim continuit, quae deinde Parisino Lat. 8049 iuncta est.

Vossianus Lat. O 2, saec. X–XI; pars prior, 72 foliis Philippicas con-

1) Clark Desc. 210; Cl. Rev. 14, 1900, 40–42.
2) Clark Desc. 201–202; cf. etiam Cl. Rev. 14, 1900, 40–42.
3) Paris. Lat. 5802 familiae Sforza stemma exhibet: cf. Clark Cl. Rev. 14, 1900, 40.
4) cf. De Nolhac I 87sqq.; 203sqq.
5) Quod adtinet ad Berolinensem Phill. 1794 cf. Nutt Academy 27, 1885, 332–333; Rose 439–441; Clark Cl. Rev. 14, 1900, 40–42; Pease 607; P. L. Schmidt 201–205.
6) De foliis 1–2 cf. Rose 439.

tinens usque ad 13, 29 (*Italia*), a librario saec. X, pars altera, in qua sunt orationes in Catilinam et Caesarianae, a librario saec. XI exarata est.[1])

s Vaticanus Lat. 3228, saec. X, qui ff. 117 Philippicas tantum continet. de quo codice uir doctus Clark, Philippicas iterum recensens apud Bibliothecam Oxoniensem (a. 1918), haec iure contendit: „*inueni inter hunc codicem* (s) *et Regium 15 A. XIV* (l), *quo in priore editione usus sum, necessitatem summam intercedere, neque deesse indicia quae* l *ex* s *fluxisse demonstrent* (. . .). *itaque cod.* l *nunc reiecto, in locum eius succedit Vat. 3228*".[2])

t Monacensis 18787 (olim Tegernseensis 787), saec. XI, a quo haec traduntur:

ff. 1–27	*Q. Aurelii Symmachi relationes siue epistolae 15–63 libri X*
28–103	*Ciceronis Philippicae*
104–107	*Cic. de imp. Cn. Pompei* (inde a § 46)
108–120	*Cic. Pro T. Annio Milone*
121–132	*Cic. Pro Sulla*
133–145	*Cic. pro Plancio*
146–157	*Cic. pro Aulo Caecina*
158–160	*Cic. pro Marcello* (usque ad § 15).

Codice t primus Wernsdorf usus est, cui Christ. Theoph. Harles ex monasterio Tegernseensi uarias lectiones communicauit. una cum aliis codicibus Tegernseensibus a. 1803, ut uidetur, surreptus est; cum uir doctus Halm in catalogo librorum ab Edwino Tross bibliopola Parisiensi a. 1853 uulgato illius mentionem inuenisset, Bibliotheca Monacensis eum redemit.[3])

v Vaticanus Lat. 3227, qui praeter Ciceronis Philippicas (ff. 1–78) uersus XII sapientum in Ciceronem, hymnum in Petrum et Paulum Apostolos, fragm. in Verrem (f. 80[u]) praetereaque P. Victoris epitomam de locis et regionibus Vrbis (ff. 81–83) Ciceronisque Somnium Scipionis (ff. 83–86[u]) continet, saec. XII ineunte apud monasterium Casinense exaratus Langobardicam, quae dicitur, scripturam exhibet.[4])

Omnes codices e communi archetypo manare pro certo adfirmare possumus: quod luculenter ostendunt duo in erroribus consensus exempla inter omnes codices: 2, 76 ubi Gellius Ciceronis genuinum textum nobis

1) cf. Clark Cl. Rev. 14, 1900, 249–251.
2) De tota hac re cf. etiam Clark Desc. 202–204. quibus argumentis nisus cod. Reg. 15 A. XIV in editione mea non adhibui.
3) cf. Clark Desc. 204.
4) cf. Lowe Benev. 18. 363 (uide etiam 152. 186. 188. 193. 203–204); eiusdem auctoris cf. Pal. Pap. I 87–88. 295. de codice v praeterea disputauerunt Clark Desc. 202, Cavallo Libri 278 adn. 85, id. Trasm. 395, Mazzoli Rendic. Accad. Naz. Linc. 31, 1977, 304 adn. 30.

tradit (*Gallicis*), cum codices contra *caligis* praebeant; 3, 31, ubi Seruius uerba *fundit apothecas* seruat, quae Philippicarum codices omiserunt; cf. etiam apparatum meum ad 2, 93–96 et Clark Cl. Rev. 14, 1900, 47–48.

Propter plurimos errores coniunctiuos nonnullasque lacunas ex archetypo communi duas familias manauisse adfirmare possumus: altera Basilicanum Vaticanum H. 25 testem habet (qui magnas lacunas exhibet inde a 11, 22 usque ad 12, 12, inde a 12, 23 usque ad 12, 30 desinitque post 13, 10), altera siglo **D** designata, quae ex codicibus **bcnstv** constat: siglo **D** codicem decurtatum Halm significare uoluit, cum omnes huius familiae testes magnas lacunas exhibeant inde a 2, 93 (*sunt ea*) usque ad 2, 96 (*defendimus*), inde a 5, 31 (*menti-*) usque ad 6, 18 (*umquam*).

D

Praeterea familiae **D** codices plurimas uerborum praetermissiones exhibent:

1, 2 *nisi . . . omnibus*; 1, 3 *nullae respondebat*; 1, 30 *praeter ceteros*; ibid. *urbe . . . liberata*; 2, 3 *sed hoc . . . fuisse*; 2, 9 *solum . . . humanitatis*; 2, 48 *rem . . . et*; 2, 62 *tum . . . legerat*; 2, 64 *cum . . . tenerentur*; 2, 103 *ualeat hasta*; 2, 105 *quae cogitabantur*; 3, 18 *ac pessimis*; 3, 39 *quaestore optimo*; 4, 7 *Brutorum . . . Romani*; 4, 15 *esse . . . scele-*; 5, 13 *quod . . . est*; 5, 17 *post . . . urbem*; 5, 27 *ad . . . mittimus*; 5, 29 *timeam et cogitem*; 7, 2 *leges imponeret*; 7, 6 *fuisse fautorem*; 7, 14 *multo . . . urgebamur*; 7, 15 *firmissimam . . . Romani*; 7, 18 *fecerit . . . causa*; 8, 22 *deserti inquam*; 8, 28 *et tu acta Caesaris*; 8, 30 *aut cogitare*; 8, 33 *si quis . . . fecerit*; 9, 16 *Ser. Sulpicius . . . publicam*; 11, 4 *sin . . . Trebonium*; 11, 11 *propter eximiam*; 11, 17 *quam Punico tertio*; 11, 20 *Martia et legio*; 13, 2 *siue simulabat.*

Vc

Quod ad familiae **D** codices adtinet, adfinitatem quandam inesse inter familiae Colotianae testes et Basilicanum H. 25 iam Clark perspexit[1]); re uera minoris momenti sunt nonnulla consensus exempla a Clark allata, cum genuinam lectionem e coniectura originem ducere suspicari liceat; cf. tamen, praeter 3, 28 ubi **Vc** uerbum *uitiis* tradunt a ceteris codicibus omissum, haec maioris momenti exempla:

1, 14 *consulari* **Vc** *consularis* **bnstv**; 2, 4 *nec soluendo eras* **Vc** *nec soluendo era aderas* **b** *nec solus deeras* **nv** *nec solus eras* **s** *nec eras* **t**; 2, 12 *ut me primum* **Vc** *ut primum* **b** (*me* sup. **b**^{2}) *ut te primum* **n**^{1} (corr. **n**^{2})**sv** *ut primum te* **t**; 2, 23 *enitique* **Vc** *nitique* **b** *innitique* **nstv**^{1} (corr. **v**^{2}); 2, 32 *quaerent* **Vc** *quaerenti* **bnstv**: 2, 115 *gustatum* **Vc** *gustum* **bnstv**; 3, 23 *enim* **Vc** *autem* **bnsv** om. **t**; 3, 24 *illo ipso* **Vc** *in illo ipso* **bnsv** *in ipso illo* **t**; 3, 31 *atque is* **Vc** *at uel qualis qua ui* **b** *aut qualis* **nstv**; 3, 36 *accedent* **Vc** *accedunt* **bnstv**.

Contra magni momenti hi loci mihi uidentur, in quibus et **V** et **c** contra ceteros codices in erroribus conspirant:

1, 23 *iubent*] *iubenti* **Vc**; 2, 66 *portenti*] *potenti* **Vc**; 2, 70 *collega meus*] *conlega meius* **V** *collegam eius* **c**; 2, 77 *tu? a Marco*] *tuam marco* **V** *tuam arco* **c**. his adde 2, 106 *dictu*] *dictum* **Vc**.

---

1) Clark Cl. Rev. 14, 1900, 42.

Quod ad adfinitatem inter **c** et singulos familiae **D** testes adtinet, haec in erroribus consensus exempla cum **b** et **t** conferantur:

cbt 1, 8 *repudiatis*] *reputatis* **bct**; 1, 9 *ac*] *et* **bct** *atque* **nsv**; 1, 16 *prolatis, ne prolatis*] *prolatis ac ne prolatis* **bct** *probatis ac ne prolatis* **nsv**; 1, 19 *euertitis*] *euertistis* **bct**; 1, 26 *iubebitis*] *uidebitis* **bct**; 1, 29 *est autem*] *ea est autem* **bctV²** *ea autem est* **nsv**; 1, 31 *senatus*] *ueteranis* **V** *ueterani* **bctV²** *cetera* **n** *ueteri* **s** *ueteris* **v**, corr. Ernesti; ibid. *cum conlegam tuum*] *tu collegam* **bct** *tuum collegam* (-*a* **v**) **nsv**; 2, 20 *te* om. **bct** ante *omnino* hab. **nsv**; 2, 22 *quod igitur*] *quid igitur* **bct**; 2, 31 *ut a te*] *aut ut a te* **bct**; 2, 37 *liberaret*] *liberauisset* **bct** *liberasset* **nsv**; 2, 39 *quidem illa*] *illa quidem* **bct**; 2, 53 *confitendum est*] *confitendum si* **bct** *confitendum sit* **nsv**; 2, 61 *num mentior*] *non mentior* **bct**; 2, 64 *qui*] *si qui* **bct**; ibid. *hostis*] *infelix* **bct**; 2, 68 *deuersari*] *diuersari* **bct** *diuersa* **n¹sv** *uersare* **n²**; 2, 75 *peterent*] *repeterent* **bct**; 2, 76 *per municipia*] *is per municipia* **bct** *is qui per municipia* **nsv**; ibid. *nos tum*] *nostrum* **bct** om. **nsv**; 2, 105 *Casino*] *casilino* **bct** *cassilino* **nsv**; 2, 108 *Caesarem regnantem*] *regnantem caesarem* **bct**; 3, 5 *possemus*] *possimus* **bct**.

cb Viri docti Clark sententia artiore uinculo inter se cohaerent **c** et **b**; haec enim in erroribus consensus exempla non minimi momenti mihi uidentur:

1, 30 *significarent*] *significarunt* **bc** *significauerunt* **nsv**; 2, 41 *in eiectis*] *reiectis* **bc** *eiectis* **nsv**; 2, 42 *uide autem* om. **bc** *uide autem quid* om. **tv** *uide . . . intersit* om. **ns**; 2, 49 *sum cultus*] *cultus sum* **bc** *custoditus sum* **ntv**; 2, 73 *sordidata mancipia*] *sordida tam aucupla* **bc**; 2, 75 *pugnare*] *pugnare te* **bc**; 2, 102 *tolleres ut*] *uideres ut* **bc** *uideres et* **nstv**; 2, 105 *obsolefiebant*] *obsolefaciebant* **bc** *obsolebant* **nstv**; 2, 113 *sunt ibi*] *sunt tibi* **bc**; 3, 12 *ego* ante *consulem* om. **bc**; ibid. *iugulauerit*] *iugularit* **bc**; 3, 20 *illae epulae*] *hee epulae* **bc**; 3, 30 *curauerit*] *curarit* **bc**; 3, 33 *et dignitate*] *de dignitate* **nstv** *et* om. **bc**; 3, 35 *cum* ante *ignominia* om. **bc**; 3, 39 *uideretur*] *uideretur censuerunt* **bc** *uiderentur censuerunt* **t** *censuerint* **ns**; 4, 7 *quid? municipia*] *qui municipia* **bc** *quid* om. **nstv**; ibid. *uel ad recipiendam*] *uel ad recuperandam* **bc**.

Magni tamen momenti sunt nonnulla exempla in erroribus consensus inter **c** et **t**:

ct 1, 1 *renouaui*] *renouaui* **VCus.bnsv** *reuocaui* **ct**; 1, 6 *qui appellabantur*] *qui appellantur* **ct**; 1, 32 *in contione*] *in contione erat* **ct**; 2, 25 *cum conscii*] *socii cum conscii* **b** *socii cum socii* **ct**; 2, 27 *eam*] *meam* **ct**; 2, 36 *aeri*] *aere* **ct**; 2, 40 *est me*] *sit me* **ct** *simul* **nsv**; 2, 47 *etsi*] *sed iam* **b** *iam etsi* **ct** *tametsi* **nsv**; 2, 70 *conlega meus*] *conlega eius* **ct**; 2, 71 *seruasset*] *seruaret* **ct**; 2, 77 *illim*] *illi non* **V** *illic* **ct**; 2, 86 *habes sensus*] *sensus habes* **ct**; 3, 12 *est omnis*] *si omnis* **ct**; 3, 14 *non* ante *consul* om. **ct**; 3, 21 *ne* om. **ct**; 3, 23 *in edictis*] *in dictis* **ct**; 3, 30 *eius domum*] *domum caesaris* **b** *domum caesaris eius* **ct** *domum eius* **nsv**; 3, 39 *uti*] *ut* **ctn²**.

Quibus rebus perpensis, diligentibus uiri docti Clark inquisitionibus de tota hac re nonnulla fortasse adicienda sunt. is enim adfirmat: „*the result then is that* **c** *are nearer to* **V** *than any other members of* **D**, *and often serve to bridge over the gulf between* **D** *and* **V**. *This is of particular importance as showing that the good readings found in* **b** *are not due to conjecture, but represent an ancient tradition. As* **b** *contains all the* Phil. *while* **c** *con-*

tain only I–IV, this conclusion is distinctly comforting."[1]) exempla enim supra allata ostendere mihi uidentur non modo codicem **b** sed etiam **t** adfinitatem cum familia Colotiana exhibere.

Ceterum artissimam inter **b** et **t** adfinitatem inesse luculenter patet propter plurima in erroribus consensus exempla:

bt 1, 3 *adsentiri*] *adscentari* **bt**; 1, 21 *haec* **V** Cus. *hec cum* **bt** *hae cum* **cn**^{1}**s**^{1}; 1, 32 *Caesari*] *c. caesari* **bt**; 2, 7 *tollere*] *quam tollere* **bt**; 2, 15 *putate tum*] *putato te eum* **bt** *putatote eum* **cns** *putabo eum te* **v**; 2, 26 *domo*] *domi* **bt** *modo* **s**; 2, 38 *ut*] *ac* **bt** *et* **cnsv**; 2, 49 *ad parentem*] *ad parentum* **bt** *ad patrem* **nsv**; ibid. *es conatus*] *conatus es* **bt**; 2, 66 *est*] *sit* **c** *si* **sv** om. **bt**; 2, 70 *est enim*] *enim est* **ns** *enim* om. **b**^{1} (add. **b**^{2}) **t** *est om.* **v**; 2, 103 *tu te*] *tu tete* **bt** *tute* **c** *te* **n** *tuae te* **V**; 3, 17 *etiam Q. Ciceronem*] *etiamque ciceronem* **bt**; 3, 21 *aliter*] *alter* **bt**; 3, 33 *malumus*] *maluimus* **bt**; 3, 36 *de populi Romani*] *dei publicae* **V** *de r. p.* **bt**; 4, 10 *possimus*] *possumus* **bt**; 5, 2 *sitis a*] *sit ista* **V** Cus. *sint a* **bt**; 5, 14 *quem ad modum*] *que* **bt** *quem* **nsv**; 5, 19 *postulabant*] *expostulabant* **bt**; 5, 30 *sit per se*] *sits perase* **V** *si per se* **btV**^{2}; 7, 23 *desideretis*] *desideres* **bt** *desideret* **nsv**; 7, 27 *uita*] *uite* **bt**; ibid. *de rebus* om. **bt**; 8, 12 *aliae causae iustae*] *alia causa iusta* **bt** *alia causa iusta ac* **nsv**; 8, 13 *utilis et e re publica ciuis*] *utiles r. p. ciues* **bt** *utilis et r. p. ciues* **nsv**; 8, 20 *quid si ille*] *qui si ille* **V** *quod si ille* **bt** *quid ille* **nsv**, corr. Müller; 9, 11 *magis*] *maius* **bt**; 10, 23 *proficeret*] *prospiceret* **V** *perficeret* **bt**; 11, 4 *Marso nescio quo*] *mario nescio quo* **bt** *marioque* **ns** *mario q.* **v**; 11, 20 *rei publicae*] *reique p.* **bt** *p. q. r.* **n** *r. p. populique romani* **s** *p. r.* **v**; 11, 22 *cogit*] *coget* **bt**; 11, 28 *est profectus* om. **bt**; 12, 4 *legatio est*] *legio est* **bt** *uel legatio* **v** *legatione* **n**^{2}; 12, 19 *ominibus*] *hominibus* **Vn**^{1} (corr. **n**^{2}) **s** *omnibus* **bt**; 13, 7 *sin otium*] *si uis* **bt** *sin ius* **nsv**; 13, 20 *ad latronum et*] *ad latrones · m ·* **bt** *ad latrones m. antonii* **nsv** *ad latronem m. antonium* **n**^{2}; 13, 32 *dictitatis. quis, quaeso*] *dignitatis quis quasi* **bt** *dignitates qui quasi* **sv**, corr. Orelli; 13, 38 *et partibus*] *partibusque* **b**^{1} (corr. **b**^{2}) **t** *et partibusque* **s** *et partibus quae* **v**; 13, 49 *et* ante *prodigia* om. **b**^{1} (add. **b**^{2}) **t**; 14, 6 *duobus*] *duobus duorum* **bt** *duorum* **sv** *duorum* del. Ferrarius.

Inter ceteros familiae **D** codices artiore uinculo inter se cohaerent **nsv**: satis sint haec exempla consensus in uerborum praetermissionibus:

nsv 1, 5 *illius*; 1, 22 *uim*; 1, 24 *a mortuo*; 1, 31 *cum* ante *conlegam*; 1, 34 *putasne . . . uoluisse*; 2, 1 *commendationem*; 2, 2 *de me*; 2, 3 *ego* ante *grauissimum*; 2, 7 *tum* ante *acceperit*; 2, 21 *se* ante *ille in scalas*; ibid. *eisque . . . compressisset*; 2, 28 *tu* ante *uidisti*; 2, 43 *si* ante *saepius*; 2, 45 *diutius*; ibid. *se* ante *pro te*; 2, 47 *uitae*; 2, 53 *a senatu*; 2, 55 *interfectos*; 2, 57 *facere*; 2, 63 *ipsis*; 2, 64 *ut . . . infelix*; 2, 67 *Cn.*; 2, 68 *te* post *perterritum*; 2, 78 *autem* post *productus*; 2, 110 *es* post *passus*; 2, 115 *si* post *metuis*; 3, 9 *Brutus*; 3, 33 *in me* ante *absentem*; 4, 4 *ut* post *occiderat*; 5, 7 *eas* ante *leges*; 5, 9 *ergo* post *num*; 5, 20 *nisi* post *caedendi*; ibid. *in* post *suum*; 5, 22 *et . . . concupisset*; ibid. *uel in urbe*; 7, 27 *quibus . . . adsentior*; 8, 6 *obsistit*; 8, 13 *cum te esse*; 11, 3 *tamen* post *maiora*; 11, 5 *miser*; 11, 13 *tamen . . . nemo*; 11, 23 *intellego*; 13, 1 *etiam* ante *nomen*.

Praecipuam inter **ns** adfinitatem iam Clark perspexit[2]); satis sint haec exempla consensus in uerborum praetermissionibus:

---

1) Clark Cl. Rev. 14, 1900, 42.
2) Clark Desc. 208–209.

ns 2, 12 *tum . . . uidit*; 2, 24 *ego* post *atque idem*; 2, 38 *de summa*; 2, 42 *uide autem*; 2, 70 *tu es*; 3, 9 *eo* post *ferente*; 5, 11 *uiris*; 7, 17 *appellari solet*; 8, 28 *ut . . . uos*; 9, 6 *qua* ante *faciebat*; 9, 9 *suae* post *uitae*; 10, 1 *tuum* post *factum*; 10, 4 *Antonios probes*; 10, 16 *defendendam*; 10, 26 *ex* ante *litteris*; 11, 9 *ea* ante *libidinum*; 11, 16 *est* ante *deligendus*; 11, 20 *C.* post *exaudio*; 11, 25 *affert*; 11, 27 *tanto*; 11, 38 *D.* ante *Brutum*; 12, 3 *D.* ante *Bruti*; 12, 6 *atque obfuit*; 12, 17 *si* ante *habenda*; 12, 18 *sic . . . querebantur*; 12, 22 *me*; 12, 24 *nam . . . est*; ibid. *me* post *ubi*; ibid. *poenas . . . publica*; 12, 30 *fati . . . gloria*; 13, 4 *Antoniis*; 13, 5 *socium.*

v Vaticanus Lat. 3227 mixti generis codex uidetur: nonnulla enim magni momenti exempla in erroribus consensus cum **b** et **t** exhibet: quod adtinet ad consensum inter **v** et **b** haec exempla confer:

bv 4, 3 *paternis*] *paternis* **V Cus.** *hispanis* **bv** *hispanis paucis* **c** *his paucis* **n** *his paternis* **st**; 5, 8 *dubitabit*] *dubitauit* **bv**; 5, 14 *consessus*] *consensus* **bv**; 7, 18 *fiat*] *fit* **bv** *sit* **ns** *sit at* **t**; 8, 1 *L. Caesaris amplissimi uiri*] *l. caes. amplissimus uir* **bv**; 8, 19 *cum Fufio*] *confusio* **bv**; 8, 23 *uirgula stantem*] *uirgula tandem* **bv** *uirgulas tandem* **nt**; ibid. *auctoritatemque*] *auctoritatem* **bv** *auctoritatem et* **n**[1]**s** *auctoritate* **t** *et auctoritatem* **n**[2]; 9, 10 *si uitam*] *uitam ei* **bv**[1] *ei uitam* **nsV**[2]**v**[2] *ciuitam* **t**; 9, 12 *hoc* om. **bv**; 10, 18 *possem*] *possim* **bv**; 11, 14 *Cimber*] *cimbrum* **bv**; 11, 36 *dedecora*] *decora* **b**[1] (corr. **b**[2]) **v**; 12, 3 *praestrinxerat*] *perstrinxerat* **bv** *praestrinxerant* **t**; 13, 2 *si conuenisset*] *siue non conuenisset* **bv**; 13, 4 *praegredientis*] *progredientes* **bv**; 13, 8 *omnes honores*] *omnes honores* **V Cus.** *omnis honor ei est* **bv** *omnis honor eius est* **n** *omnis honor est* **s** *omnis honor ei* **t**; 13, 11 *Formianum*] *firmianum* **bv** *firmanum* **n** *firminum* **s**; 13, 22 *desinet*] *desinat* **bv** *designat* **n**[1] (corr. **n**[2])**st**; 13, 24 *puero*] *puero huic* **bv** *huic* **ns** *pueri* **t**, corr. Clark; 13, 33 *exitium*] *exitum* **bv**; 13, 35 *libet si*] *iubetis si* **bv** *iubetis* **t**; 14, 22 *iam fieri*] *fieri iam* **bv** *iam* om. **s**; 14, 23 *referre profecto*] *referre ferre profecto* **bv**; 14, 38 *caderent non nulli*] *cadere nonnullos* **bv** *caederent nulli* **s**, corr. dett.

Plurima magnique momenti sunt exempla in erroribus consensus inter **v** et **t**:

tv 1, 1 *discordiis usa erat*] *discordauerat* **c** *discors erat* **n** *discordiis erat* **tv**; 1, 10 *quem praesentes non sunt secuti*] *quem praesentes dixit pro populo praesentes non sunt secuti* **tv**; 2, 18 *non* ante *cohaerentia* om. **tv**; 2, 42 *uide autem* om. **bc** *uide autem quid* om. **tv** *uide . . . intersit* om. **ns**; 2, 60 *est enim*] *enim est* **tv**; 3, 12 *est omnis seruitus*] *omnis est seruitus* **bcns** *omnis seruitus est* **tv**; 3, 22 *amico*] *inimico* **tv**; 3, 29 *huius impuri*] *impuri huius* **tv**; 4, 10 *eius* om. **tv**; 4, 14 *ac*] *at* **tv**; 5, 27 *hoc per*] *hec per* **b** *per* **tv**; 5, 30 *tamen* om. **tv**; 6, 18 *bene* om. **tv**; 7, 3 *incolumi a quo maius*] *in colonia a qua maius* **tv**; 7, 11 *uacationes*] *uocationes* **tv**; 8, 3 *est enim*] *enim est* **tv**; 9, 8 *posset*] *possit* **tv**; 9, 11 *grati*] *gratiae* **bns** *gratia* **tv**; 10, 5 *non Brutum*] *bruto* **n** in ras. *brutum non* **s** *non est brutum* **tv**; 10, 6 *dolere soleo*] *soleo dolere* **b** *doleri soleo* **tv**; 10, 11 *extrudere*] *extruere* **tv**; 10, 15 *suspectum*] *susceptum* **tv**; 10, 17 *opibus conseruatum*] *copiis conseruandum* **ns** *copiis conseruatum* **tv**; 10, 23 *umquam fuit*] *fuit umquam* **tv**; ibid. *proposita*] *praeposita* **tv**; 10, 25 *Bruto*] *bruti* **tv**; ibid. *eam rem*] *eamque rem p. r.* **b** *eamque rem res p.* **n**[1] (corr. **n**[2])**s** *eamque r. p.* **tv**; 11, 15 *dissidere*] *dissideri* **tv**; 11, 20 *petenti*] *potenti* **tv**; 11, 25 *uiro* om. **tv**; 11, 27 *referretur*] *referetur* **tv**; 11, 30 *A. Allieno*] *ab caleno* **b** *at* (*a* **n**[2]) *pro alieno* **ns** *ab alieno* **tv**, corr. Ferrarius; 11, 32 *et uictor exercitus*] *exercitus et uictor* **tv**; 12, 1 *eius uolnus*] *uulnus eius* **tv**; 12, 4 *recedit*] *recedet* **tv**; 12, 5 *perseuerare in errore*] *in errore perseuerare* **tv**; 12, 11 *est* om. **tv**; ibid. *uidebantur* om. **tv**; 12, 14 *etiam* om. **tv**; ibid. *in contione*] *in contentione* **tv**

in cursione **b**; 12, 15 *coopertos*] *copertos* **V** *opertos* **tv**; 12, 16 *legati*] *ut legati* **tv**; ibid. *ad pacem mitterentur*] *mitterentur ad pacem* **tv**; 12, 17 *quoniam*] *quod* **tv**; 12, 18 *iniquum eierabant*] *inimicum eiurabant* **tv** *inimicum ei iurabant* **b**; 12, 21 *potuero*] *potero* **tv**; 12, 23 *Etruriam*] *etruriam periculum* **tv**; 13, 2 *ipsum* om. **tv**; 13, 4 *reuocabit*] *reuocauit* **tv**; ibid. *quem uini*] *quem uini* ex corr. **n** *quem nunc* **s** *quam uinae* **tv**; 13, 13 *cum* ante *suis copiis* om. **tv**; 13, 22 *ipse* om. **tv**; 13, 26 *senatum*] *senatum potius* **tv**; 13, 30 *patere*] *fauere* **b** *parere* **s** om. **tv**, corr. Lambinus; 13, 31 *cohortari*] *coartari* **tv**; 13, 33 *uerba dedimus*] *dedimus uerba* **tv**; 13, 40 *inustum*] *iniustum* **tv**; 13, 47 *urbis* om. **tv**; 13, 49 *in alias* om. **s** *in* om. **tv**; 14, 7 *iniustae . . . notae*] *iniuste belli interiectionis* **b** *in iusta euelli inter necti nota* **s** *iniusta euelli internecuno te* **tv**; 14, 8 *inexpiabile*] *expiabile* **tv**; 14, 10 *explendas*] *expiandas* **tv**; 14, 12 *honorem*] *honorum* **s** *bonorum* **tv**; 14, 13 *dolor facit me*] *dolore ait me* **s** *dolore ac me* **tv**; ibid. *ab hominibus*] *ab omnibus* **tv**; ibid. *salute*] *salutem* **tv**; 14, 14 *me*] *ne* **tv**; ibid. *quemquamne*] *quaequam* **b** *quaequamne* **s** *quamquam nec* **tv**, corr. dett.; 14, 15 *totius*] *totiusque* **tv**; 14, 16 *contionem*] *contentionem* **tv** (item infra); ibid. *cuncta*] *coniuncta* **tv**; 14, 18 *possim*] *possum* **tv**; 14, 19 *quisque*] *quis* **tv**; 14, 23 *Pharsalia; num de te*] *pars alienum de te* **tv**.

Inter Philippicarum codices **V** iure principem obtinet locum; is enim e uetusto exemplari pendet, ut supra diximus, propterque librarii summam inscitiam interpolationibus prorsus caret; quod Gregorius Gottlieb Wernsdorf primus perspexit, Ernestii rationem refellens: illius enim sententia textus Ernestianus eo potissimum est deprauatior, quod editor Basilicani uestigia immerito neglexit.[1])

Post editionem a Wernsdorf curatam Io. Casp. Orelli maximam codici **V** fidem tribuit, cui Colotianum Ferrarii et Coloniensem Graeuii addidit.[2])

Recensionis fundamenta uera critica ratione Carolus Halm primus posuit in editione sua a. 1856[3]); inter decurtatos Bambergensem M. IV. 5, Bernensem 104 (**b**), Guelferbytanum Gudianum 273 et Tegernseensem 787 (**t**) Halm adhibuit; is tamen, quamuis codici **V** iustam fidem tribuisset, decurtatos nimium depressit: cum enim **D** probabilem lectionem Basilicanusque contra certam corruptelam tradit, conicere et emendare quam codicibus decurtatis auctoritatem tribuere maluit.

C. F. W. Müller iure contendit familiae **D** libros manu scriptos pluris aestimandos esse[4]); attamen in editione sua hanc rationem et uiam prorsus neglexit. uir doctus Clark plurimis locis familiae **D** lectiones Basilicani auctoritati anteposuit; ualde tamen mea sententia errauit familiae **D** palmam tribuens ubi codicis **V** lectio defendi potest aut eius corruptela facile remedium habet.

---

1) Wernsdorf I p. III – IV.
2) I. C. Orelli 443. Coloniensis Graeuii idem est atque Harleianus 2682, de quo uide infra: cf. Clark Coll. IX – XIII.
3) M. Tullii Ciceronis orationes. Ad codices ex magna parte primum aut iterum collatos emendauerunt I. G. Baiterus et Car. Halmius, II, Turici 1856.
4) C. F. W. Müller 99.

Familiae **D** codicibus, quos ante eum editores adhibuerunt, Vossianum Lat. O. 2 (**n**) et Vaticanum Lat. 3228 (**s**) Clark addidit; praeterea in extrema Philippicarum parte, cum magna librorum inopia sit, codicibus Harl. 2682[1]), Reg. 15 A. XIV[2]), Oxon. Collegii Noui CCLII[3]) usus est. quod adtinet ad Harleianum 2682 (XI saec.), ipse Clark eum minimi momenti esse in Philippicarum textu recensendo iure contenderat.[4]) non maioris momenti ceteri codices mihi uidentur, de quibus recte uidisse uirum doctum Thadeusz Zielinski censeo, qui eos nullum adiumentum ad textum constituendum afferre censet.[5]) quapropter in apparatu critico meo inter deteriores (ϛ) adnumerantur, una cum aliis Philippicarum testibus qui uel singulos familiae **D** codices describunt uel manifesto contaminati plurimisque interpolationibus deprauati uidentur: de Guelferb. Gud. 273 et Bamberg. M. IV. 5, quibus Halm usus est[6]), agitur praetereaque de Ienensi, quem ex Caroli Goettling collatione Wernsdorf adhibuit[7]), de Leidens. 148[8]) aliisque codicibus, quorum uir doctus Schöll mentionem facit in editionis suae praefatione.[9])

Postremo Paulus Lutz in dissertatione Argentoratensi a. 1905 familiae **D** codicibus maiorem fidem tribuere conatus est: eius sententia Albertus Curtis Clark non solum rectam uiam instituit, sed ei multo longius progrediendum fuit in familiae **D** codicum scripturis si non recipiendis at tamen pluris aestimandis[10]); sed adfirmare licet exempla a Paulo Lutz selecta[11]) familiae **D** lectionem praeferendam esse perraro ostendere.

In codicibus recte perpendendis Boulanger et Wuilleumier in editione

---

1) Harleianus 2682, qui olim in Coloniensis ecclesiae cathedralis bibliotheca asseruabatur, inde a 1725 in Harlei possessionem transiit; a uiro docto Clark in lucem prolatus diligenterque collatus est: cf. Clark, Collations from the Harleian Ms. of Cicero 2682, Oxford 1891; Cl. Rev. 14, 1900, 46–47; Schwarz Phil. 54, 1895, 163–177; P. L. Schmidt 167 adn. 14; 175 adn. 5.

2) Quod adtinet ad Reg. 15 A. XIV, saec. XI exaratum, eum e codice **s** manare Clark Cl. Rev. 14, 1900, 43–45 iure contendit, ut supra diximus: cf. p. VIII adn. 2.

3) cf. Clark Cl. Rev. 14, 1900, 45–46, Schöll edit. XXVII.

4) Clark Coll. XI: „*for the Philippics Graeuius made great use of this MS.* (...). *unfortunately for these speeches it is of very little value*"; p. XIV: „*the Philippics I found upon examination to belong to the* **D** *family, but to be inferior to some of the representatives of this already known, and to contain nothing new.*"

5) Zielinski DLZ 1901, 1556: „*dass jetzt die Klasse* **D** *dank den Bemühungen des Herausgebers reicher und besser vertreten ist, hat für die Konstitution des Textes, soweit ich mich habe überzeugen können, kein nennenswertes Ergebnis geliefert.*"

6) cf. Schöll edit. XXVII–XXVIII.

7) cf. Schöll edit. XXVIII.

8) cf. Clark Cl. Rev. 14, 1900, 249–251.

9) Schöll edit. XXIX.

10) Lutz 6–7.

11) Lutz 25–35.

Francogallica nihil noui addiderunt.[1]) de tota hac re mea sententia rectissime censuit uir doctus Aelius Pasoli, quem mors immatura studiis nuper eripuit; is enim adfirmat: „*tutte le più autorevoli edizioni delle Filippiche* (*sono*) *ben lungi dal poter essere considerate come definitivamente soddisfacenti, perché tutte* (. . .) *non sceverano a sufficienza i casi — non pochi, per verità — in cui la tradizione manoscritta è insostenibile, da quelli — pur essi numerosi — in cui la lezione tramandata da tutti i codici o da parte di essi può essere mantenuta senza sforzo eccessivo.*“[2])

Inter doctos uiros aetatis qua humanae litterae sunt restitutae Poggius optime de Philippicarum textu meritus est. sunt qui pro certo habeant[3]) Angelum de Scarperia integrum XIV Philippicarum corpus inuenisse eodemque anno Poggium eiusdem codicis apographum fecisse, ut Colucii mandata obsequeretur; hi censent igitur Laurentianum 48. 22, quem Poggius sua manu scripsit, Angeli librum manu scriptum effingere. hanc tamen opinionem falsam esse et Clark et Ullman dilucide ostenderunt.[4])

Apud Laur. 48. 22, qui etiam orationes in Catilinam continet, sub Philippicarum fine (fol. 37^{r}) haec leguntur: *explicit: Poggius scripsit*; post orationes in Catilinas (fol. 121^{r}) eadem manus scripsit: *finis libri. Scripsit Poggius Romae.*[5])

De Poggii codice aliquae epistulae agunt, quas doctissimus uir ad Nicolaum Niccoli a. 1425 scripsit, ut ab eo Ciceronis membranas peteret.[6]) membranae a Poggio assidue in epistulis expetitae d. 19 m. Octobr. ad eum peruenerunt; nam d. 20 m. Octobr. sic ad Niccoli scribit Poggius[7]): „*heri habui sacculum, in quo erant membranae, Philippicae, ac tragoediae.*“ insequentibus temporibus nulla Philippicarum mentio exstat in Poggii epistulis usque ad d. 5 m. Iun. a. 1428: uerisimile uidetur eum hoc tempore Philippicarum exemplar sua manu transcripsisse, quod a Niccoli

---

1) Boulanger — Wuilleumier I 35; „*aucun manuscrit ne l'emporte nettement; si* **V** *donne en général une meilleure leçon, il contient beaucoup d'erreurs et de graves lacunes; si la famille de* **D**, *surtout* **t** *et* **b**, *a parfois raison et reste seule assez souvent, elle est trop fantaisiste. L'éclectisme s'impose.*“

2) Pasoli Ciceroniana 2, 1960, 149; uide etiam RFIC 89, 1961, 430.

3) cf. e. g. Novati III 656. eandem sequitur sententiam Sabbadini Scop. 75—76.

4) Clark Clun. LXII et adn. 2, Ullman Orig. 33—34.

5) Imago photographice expressa Laurentiani 48. 22 apud Reynolds — Wilson 141 (tab. XVI) conferri potest.

6) Epist. 2, 29 (d. 18 m. Aug. = Tonelli I 159): „*membranas pro Verrinis, et Philippicis habere cupio, easque rogo ut quam primum mittas.*“ Epist. 2, 30 (Kal. Sept. = Tonelli I 161): „*te oro, ut de membranis, et Philippicis quam primum conficias, quod iam saepius peto.*“ Epist. 2, 31 (d. 8 m. Sept. = Tonelli I 162): „*quid a te petam nescio, nisi ut quam primum cures de membranis, et libello, quae toties peto.*“ de tota hac re cf. Rizzo 328.

7) Epist. 2, 33 = Tonelli I 165.

acceperat: in epistula enim supra laudata, quam integram refero, uerbis *Philippicas meas* utitur Poggius ad codicem designandum.

Scribit igitur Poggius[1]: „*Philippicas emendaui cum hoc antiquo codice, qui ita pueriliter scriptus est, ita mendose, ut in iis quae scripsi, non coniectura opus fuerit, sed diuinatione. nulla est femella tam rudis, tam insulsa, quae non emendatius scripsisset: sed scis in talibus me esse satis sagacem: non potui autem corrigere omnes, quia et duae ultimae deficiunt, et in reliquis desunt nonnulla: multum tamen lucrati sumus. nam praeter id, quod antea scripsi, duabus in orationibus desunt etiam multa. feram igitur mecum, cum uenero ad uos, Philippicas meas, ut uti illis possitis, quoad uobiscum fuero. uale.*"

Quod adtinet ad antiquum codicem, quem Poggius contulit ut Philippicarum textum emendaret, Clark[2]) luculenter ostendit notas in margine Laurentiani 48. 22 adscriptas ab ipsa Poggii manu haud dubie manare et e Basilicano H. 25 (V) pendere; quae ab Ullman confirmata sunt, qui notis in Laurentiani 48. 22 margine Poggii ductum inesse ostendit.[3])

Si epistulae finem consideramus (*feram ... fuero*) Nicolaum Niccoli Poggii codice usum esse manifesto patet: nam easdem fere correctiones, quas e Basilicano H. 25 Poggius sumpsit, Nicolaus in codicem, quem ipse possidebat (Laur. S. Marc. 268) sua manu transtulit.[4]) a. 1430 Iohannes Aurispa per epistulam ab Ambrosio Trauersario „*Antonianas Ciceronis perfectas ut nuper inuentae sunt*" petit[5]); haud dubie de Laurentiano 48. 22 agitur aut de Laur. S. Marc. 268: hi enim tantum libri manu scripti uere perfecti eo tempore appellari poterant.[6])

Quod adtinet ad fontem Laurentiani 48. 22 nihil certi adfirmare licet: cum in epistulis a. 1425 Poggius a Niccoli Philippicarum codicem adsidue petat, sunt qui cogitare possint de Nicolai codice agi, id est de Laur. S. Marc. 268; attamen Silvia Rizzo nullam esse adfinitatem inter Laur. 48. 22 et Laur. S. Marc. 268 ostendit.[7])

Si quis autem Poggii collationem diligentius inspicere uelit, is pro certo habeat e **V** omnes lectiones Poggium excerpsisse, quas anteferendas sui codicis textui censuit; praeterea codice **V** usus est ut omnes lacunas seu maiores seu minores sanaret; cum **V** plurimis locis uerba quae nullum praebent sensum exhibeat, persaepe Poggius iure coniecit optimeque

---

1) Epist. 3, 17 = Tonelli I 216–217.
2) Clark Clun. LXII; edit. X.
3) Ullman Orig. 34–35; cf. etiam Sabbadini Scop. 127 adn. 5; Nuov. ric. 211; Ullman Hum. 206; Rizzo 327–338.
4) cf. Clark edit. XII; Rizzo 331.
5) Sabbadini Cart. 69 (= Epist. 53).
6) Ullman Orig. 34; Rizzo 331 cum adn. 1.
7) Rizzo 338. de Niccoli bibliotheca cf. Ullman – Stadter Libr. 59–104; de codice Laur. S. Marc. 268 cf. ibid. 66. 226 et Ullman Orig. 76.

textum sanauit.[1]) qua de re cum Clark[2]) concludere possumus mixtae recensionis, quam nonnulli codices recentiores exhibent, Poggium haud dubie auctorem fuisse.

Vaticano Basil. H. 25 uel codice cum **V** artissime cognato iam saec. IX usus erat Sedulius Scottus ut Ciceronianum florilegium componeret.[3]) Scotti florilegium nobis notum est per codicem saec. XII, cuius in possessionem uenit Nicolaus Cusanus[4]) cardinalis (1401–1464), qui eum Cusani ualetudinarii bibliothecae – Cusae secundum flumen Mosellam – legauit, ubi etiam nunc adseruatur (codex miscellaneus C 52, olim 14 uel 37). Ciceronis fragmenta, quae Theodorus Oehler a. 1843 inuenit, a. 1866 a Klein edita sunt.[5]) **Cus.**

Ciceronianum florilegium, quod foliis 246–274ᵘ continetur, excerpta ex iisdem Ciceronis operibus exhibet quae in **V** inueniuntur (In Pisonem, Pro Fonteio, Pro Flacco, Philippicae): excerpta e Philippicis (inde a fol. 17ʳ col. 1 usque ad fol. 17ᵘ col. 1 florilegii Ciceroniani) a codice **V**, non ab eius apographo, manare Hermann Sauppe[6]) censuit, quem Schöll[7]) et Nisbet[8]) secuti sunt. artissima enim cum **V** adfinitas comprobata uidetur exemplis in erroribus consensus inter **V** et Cusanum:

2, 99 *patre*] *patre* **DPrisc.** *patruo* **VCus.**; 3, 31 *M.* om. **VCus.**; 4, 2 *memini*] *enim* **VCus.**; ibid. *Quirites*] *qui* **VCus.** om. **D**, corr. Halm; 4, 3 *certe ceperit*] *ceteri repperit* **VCus.**; ibid. *consiliis* om. **VCus.**; 5, 2 *sitis a*] *sit ista* **VCus.** *sin a* **bt**; 5, 15 *ferretur*] *feretur* **VCus.**; 5, 23 *adiit*] *adit* **VCus.**; 5, 48 *Flaminimus*] *flaminius* **VCus.**, corr. Faernus (deficit **D**); ibid. *populi Romani imperium auxerint*] *populus Romanus imperium auxerit* **VCus.**, corr. Poggius (deficit **D**); ibid. *uirtutis*] *uirtus* **VCus.**, corr. **V**² (deficit **D**); 10, 1 *maximo*] *maxime* **VCus.**; 11, 10 *nobis*] *bonis* **VCus.** *uobis* **D**, corr. Halm.

Contra tria tantum exempla in erroribus consensus inter **D** et Cusanum exstant:

7, 15 *illa erit*] *erit illa* **DCus.**; 7, 19 *custodia et*] *custodiet* **V** *custodie* **DCus.**, corr. **V**²; 10, 3 *quae sint*] *quae sunt* **DCus.**

Cusanum aut e **V** iam correcto aut ex eodem fonte, quo altera codicis **V** manus (**V**²) usa est ut textum emendaret, pendere censeo: cf. enim 1, 33,

---

1) De tota hac re cf. Rizzo 332.
2) Clark edit. X.
3) De Sedulio Scotto cf. Manitius I 315 sqq.; Hellmann 93–99; Laistner 251 sqq., 315 sqq., 347 sqq.
4) De Nicolao Cusano cf. Sabbadini Scop. 109–113; Nuov. ric. 16–27.
5) cf. Klein 5 sqq., 57 sq., 79–86; de Cusani bibliotheca cf. 1–4. de codice Cusano cf. etiam J. Marx, Verzeichnis der Handschriften-Sammlung des Hospitals zu Cues, Trier 1905; Sabbadini Nuov. ric. 25; Clark Desc. 162; Nisbet XXII–XXIII; Grimal 74.
6) Sauppe Ausgew. Schr. 468–473.
7) Schöll edit. XXV.
8) Nisbet XXII.

ubi **Cus.** cum **DV**^{2} uerba *num gloriae* tradit, quae contra **V**^{1} omisit; 5, 18, ubi **Cus.** cum **DV**^{2} uerba *patres conscriptos* exhibet, a **V**^{1} omissa; 5, 38, ubi **Cus.V**^{2} recte *egregiis* tradunt, cum contra **V**^{1} *egregius* exhibeat (hic tamen deficit **D**); 5, 50, ubi **Cus.V**^{2} recte *optatius* habent, cum contra in **V**^{1} mendosa lectio (*optatus*) legatur; adde praeterea 8, 15, ubi **V** recte *id uri* tradit contraque **D** *uri*, **Cus.V**^{2} *aduri* iniuria exhibent.

Qua gloria Philippicae antiquis temporibus floruerint plurima rei grammaticae scriptorum uel rhetorum testimonia testantur, ab Augusti aetate usque ad VI saec., quae in apparatu meo indicaui; si quis testimoniorum seriem conferat, facile intellegat maxime omnium II Philippicam dilectam esse. de tota hac re agit Paulus Lutz in dissertatione sua[1]), quae tamen propter plurimas lacunas nonnullaque menda nullo modo mihi satisfecit.

In apparatu critico errores qui ad rem orthographicam pertinerent uel a manifesto librarii lapsu orti essent eiciendos censui; idemque feci quotienscumque singulorum codicum lectiones manifesto interpolationem redolent minimique momenti ad textum constituendum sunt. ubi tamen **V** deficit, familiae **D** errores qui non parui momenti ad genuinam lectionem inueniendam mihi uidentur in apparatu critico inclusi.

Negatiuum adhibui apparatum; eundem positiuum reddidi tantummodo ubi uel Cusani uel rhetorum grammaticaeque rei scriptorum testimonia praesto sunt ad alterutram lectionem defendendam. omnes codices, qui in apparatu meo memorantur, in minusculis pelliculis uel in imaginibus photographice expressis examinaui; quod adtinet ad familiae Colotianae testes, Berolin. Phill. 1794 (olim 201) tantum contuli.

Opere confecto restat ut maximas agam gratias uiro doctissimo W. S. Watt, qui nonnullas adnotationes suas ad II Philippicam liberalissime mihi impertiuit. summas gratias debeo etiam discipulis meis carissimis Barensis Vniuersitatis, quibuscum in seminario philologico a. 1977–1978 de I et II Philippica disserui, uxorique optimae, quae in codicibus perscrutandis et in typothetarum mendis corrigendis ualde me adiuuit.

Dabam Barii mense Octobri anno MCMLXXIX Paulus Fedeli

---

1) Lutz 36–57.

CONSPECTVS EDITIONVM

Editio Romae typis impressa a. 1471 (ed. Romana), cur. Io. Andreas Aleriensis[1])
Editio Venetiis typis impressa a. 1471 (ed. Veneta), cur. Ludouicus Carbo[2])
M. Tullii Ciceronis Philippicae cum enarrationibus Franc. Maturantii, Vicentiae 1488
M. Tullii Ciceronis Philippicae cum annotationibus Franc. Maturantii et Phil. Beroaldi, Paris. 1509
M. Tullii Ciceronis oratt. Philippicae a Nic. Angelio nuper maxima diligentia recognitae et excussae, Flor. 1515
M. Tullii Ciceronis orationes, rec. Andr. Naugerius, Ven. 1519
M. Tullii Ciceronis omnia opera in tres secta tomos et ad uariorum uetustissimorumque codd. fidem diligentissime recognita, per Andr. Cratandrum, Basil. 1528 (ed. Cratandrina)
M. Tulli Ciceronis orationes ex opt. exempl. collatione accuratissime castigatae, Lugd. Batauorum ap. Seb. Gryph., 1536 (ed. Gryph.)
M. Tullii Ciceronis opera quotquot ab interitu uindicari potuerunt cum ueterum exemplarium tum recentiorum collatione restituta et recognitione Joach. Camerarii elaborata. Accesserunt castigationes Petr. Victorii, rerum et uerborum index copiosus, annotationes quoque uarior. codd. ad eum modum tractatae, Basil. 1540
M. Tullii Ciceronis orationum uol. III, in quo multa, quae in aliar. edit. libb. corrupte legebantur ex dilig. uetust. exempl. collat. sunt emend. Acc. tomo tertio Hier. Ferrarii ad Paul. Manutium emendat. et Philippica Ciceronis, Paris. 1543
Ciceronis Philippicae orationes a Caelio Secundo Curione post omnium castigationes diligentius emendatae et nouis iisque perpetuis explicationibus illustratae. His access. orationes quattuor ex Dione eodem Caelio Secundo Curione interprete et explicatore, Basil. 1551
M. Tullii Ciceronis Philippicae et orationes pro Fonteio pro Flacco in Pisonem omnes ex antiquissimo libro a G. Faerno emendatae una cum eiusdem annotationibus, Romae 1561
M. Tullii Ciceronis Philippicae orationes a M. A. Mureto emendatae et illustratae, Lutetiae 1562
M. Tullii Ciceronis quae exstant a Dionys. Lambino ex codd. Mss. emendata et aucta, Lutet. Paris. 1565–1566
M. Tullii Ciceronis opera omnia quae exstant a Dionys. Lambino ex codd. mss. emend. Eiusdem annotatt. s. emendatt. rationes postr. Fulu. Ursini notae, Geneu. 1584
M. Tullii Ciceronis opera omnia quae exstant ex sola fere codd. mss. fide emendata studio atque industria Jani Gulielmi et Jani Gruteri. Additis notis et indd. accurat. confectis, Hamb. 1618
M. Tullii Ciceronis opera omnia cum notis uariorum cur. J. G. Graeuius, Amst. 1699
M. Tullii Ciceronis orationes Pro Marcello, Q. Ligario et rege Deiotaro emendatae et illustratae a Chr. Aug. Heumann. Pro S. Roscio Amerino et Philipp. II recognitae et explanatae a Io. Mich. Heusinger, Isenaci 1749

---

1) i.e. Iohannes Andreas de Buxis, episcopus Aleriensis in Corsica insula, de quo cf. Cosenza I^2 744 sqq.; V^2 nn. 359-360. de editione Romana cf. Sabbadini Scop. 127.
2) cf. Cosenza I^2 863 sqq.; V^2 nn. 422-423.

M. Tullii Ciceronis opera omnia ac deperditorum fragmenta, rec. Chr. Gdfr. Schütz, VIII 2, Lipsiae 1815

M. Tullii Ciceronis opera omnia ex rec. Jo. Augusti Ernesti, II 2, Londini 1819

M. T. Ciceronis orationes Philippicae in Antonium, textum ad codicis Vaticani, aliorumque librorum optimorum fidem castigauit Gregor. Gottlieb Wernsdorf, I–II, Lipsiae 1821–1822

M. Tullii Ciceronis opera quae supersunt omnia ac deperditorum fragmenta, rec. I. C. Orelli, II 1, Turici 1826

M. Tullii Ciceronis orationes. Ad codices ex magna parte primum aut iterum collatos emendauerunt I. G. Baiterus et Car. Halmius, II, Turici 1856

M. Tullii Ciceronis opera quae supersunt omnia, edd. I. G. Baiter et C. L. Kayser, V, Lipsiae 1862

M. Tulli Ciceronis scripta quae manserunt omnia, rec. C. F. W. Müller, II 3, Lipsiae 1886

M. Tulli Ciceronis orationes, rec. A. C. Clark, II², Oxonii 1918

M. Tulli Ciceronis scripta quae manserunt omnia. VIII. Orationes Pro T. Annio Milone, Pro M. Marcello, Pro Q. Ligario, Pro rege Deiotaro rec. A. Klotz. Orationes in M. Antonium Philippicae, Fragmenta orationum rec. Fr. Schoell, Lipsiae 1918

Cicéron. Philippiques, texte établi et traduit par A. Boulanger – P. Wuilleumier, I–II, Paris 1959–1960

Cicero. Staatsreden, III. Die Philippischen Reden, Lat. u. deutsch v. H. Kasten, Berlin 1970

CONSPECTVS LIBRORVM

Adams = Adams, J. N., Conventions of Naming in Cicero, Cl. Q. 71, 1978, 145–166

Angelius cf. consp. edit.

Aubert = Aubert, L. C. M., Obseruationes criticae in primam Ciceronis Antonianam, Progr. Christianiae 1841

Baiter cf. consp. edit.

Bake = Bake, Ioh., Scholica Hypomnemata, I, Leiden 1873, 193–207

Bardt = Bardt, C., Quaestiones Tullianae, Berlin 1866

Beroaldus cf. consp. edit.

Bischoff = Bischoff, B., Panorama der Handschriftenüberlieferung aus der Zeit Karls des Großen, *in* Karls des Großen Lebenswerk und Nachleben. Das geistige Leben, Düsseldorf 1965

Boulanger cf. consp. edit.

Buecheler = Buecheler, F., Onomatologisches, Rh. Mus. 11, 1857, 457–459 (= Kl. Schr. I 51–53)
–, Zu Cicero Philipp., Rh. Mus. 12, 1857, 466–467 (= Kl. Schr. I 100)
–, Coniectanea critica, Rh. Mus. 13, 1858, 573–604 (= Kl. Schr. I 117–140)

Busche = Busche, K., Zu Ciceros Philippischen Reden, Herm. 49, 1914, 602–611

Camerarius cf. consp. edit.

Campe = Campe, J. F. C., Ciceroniana. I. Zur ersten und zweiten Philipp., J. Cl. Ph. 91, 1865, 163–174

Carcopino = Carcopino, J., Les secrets de la correpondance de Cicéron, I–II, Paris 1947

Cavallo Libri = Cavallo, G., Libri e lettori nel medioevo. Guida storica e critica, Roma/Bari 1977

Cavallo Trasm. = –, La trasmissione dei testi nell'area beneventano-cassinese, *in* Settimane di Studio del Centro italiano di Studi sull'alto medioevo, XXII, Spoleto 1975, 357–414

Chatelain = Chatelain, E., Paléographie des classiques latins, I, Paris 1884

Clark cf. consp. edit.
– cf. s. u. King
= Clark, A. C., The textual Criticism of Cicero's "Philippics", Cl. Rev. 14, 1900, 39–48. 249–251. 402–411

Clark Clun. = –, The uetus Cluniacensis of Poggio, *in* Anecdota Oxoniensia, X, 1905

Clark Coll. = –, Collations from the Harleian Ms. of Cicero 2682, Oxford 1891

Clark Desc. = –, The Descent of Manuscripts, Oxford 1918

Cobet = Cobet, C. G., Emblemata in Ciceronis oratione II in Antonium, Mnem. 10, 1861, 366
–, Ad Ciceronis Philippicas, Mnem. N. S. 7, 1879, 113–179

Cosenza = Cosenza, M. E., Biographical and bibliographical Dictionary of the Italian Humanists and of the World of classical Scholarship in Italy, 1300–1800, I–VI², Boston 1962

Curio Secundus cf. consp. edit.

Denniston = Denniston, J. D., M. Tulli Ciceronis in M. Antonium Orationes Philippicae prima et secunda, Oxford 1926

De Nolhac = De Nolhac, P., Pétrarche et l'humanisme, I–II, Paris 1907²

Deycks = Deycks, F., De Ciceronis Philippicarum orationum codice Vaticano et de libris aliquot manuscriptis bibliothecae Laurentianae, Münster 1844

Dressler = Dressler, R., Zu Ciceros Philippicae, J. Cl. Ph. 141, 1890, 152

Eberhard = 1. und 2. Philippische Rede. Für den Schulgebrauch hrsg. v. H. A. Koch, 2. Aufl. neu bearbeitet von A. Eberhard, Leipzig 1878

Ernesti cf. consp. edit.

Faernus cf. consp. edit.

Fedeli = Fedeli, P., Sul «De officiis» di Cicerone. Questioni di critica testuale, Ciceroniana 3–6, 1961–1964, 33–104

Ferrarius = Ferrarius, H., Emendationes in Philippicas Ciceronis, Venet. 1542
– cf. consp. edit.

Fraenkel Kl. Beitr. = Fraenkel, E., Kleine Beiträge zur klassischen Philologie, I–II, Roma 1964

Fraenkel Les. = –, Leseproben aus Reden Ciceros und Catos, Roma 1968

Frei = Frei, J., Zu Ciceros Philippicae III 39. X 23, Rh. Mus. 12, 1857, 631

Frotscher = Frotscher, K. H., In M. Tullii Ciceronis orationem Philippicam II commentariorum specimen, Gymn.-Progr. Annabergae 1835

Ganter = Ganter, F. L., Chronologische Untersuchungen zu Ciceros Briefen an M. Brutus und den Philippischen Reden, J. Cl. Ph. 149, 1894, 613–636

Gantrelle = Gantrelle, J., Note sur 'sequi orationem' dans Cicéron, R. Ph. 5, 1881, 191
–, 'Sed (diadema) attuleras domo, meditatum et cogitatum scelus'. Cic. Philipp. II 34, 85, R. Ph. 6, 1882, 185–187
–, Cicéron, Philippiques II 40. 103, R. Ph. 8, 1884, 100

Garatoni = Garatoni, G., Notae in Ciceronis orationes, Hauniae 1825

Gomperz = Gomperz, T., Zu Cicero, W. St. 2, 1880, 143

Graeuius cf. consp. edit.

Grimal = Cicéron. Contre L. Pison, texte établi et traduit par P. Grimal, Paris 1966

Gruter cf. consp. edit.

Gulielmius cf. consp. edit. s. u. Gruter

Hagen = Hagen, H., Catalogus codicum Bernensium, Bern 1875

Halm-Laubmann = Ciceros erste und zweite philippische Rede, erkl. v. K. Halm, 8. umgearbeitete Aufl. besorgt v. G. Laubmann, Berlin 1905

Hand Turs. = Hand, F., Tursellinus seu de particulis Latinis commentarii, I–IV, Leipzig 1829–1845

Hasper = Hasper, T., Ad Ciceronis Philippicas I et II, J. Cl. Ph. 117, 1878, 269–272

Hauschild = Hauschild, O., De sermonis proprietatibus, quae in Philippicis orationibus inueniuntur, Diss. inaug. Halis Sax. 1885 (= Diss. philol. Halenses 6, 1886, 233–305)

Hellmann = Hellmann, S., Sedulius Scottus, *in* L. Traube, Quellen und Untersuchungen zur lat. Phil. d. Mitt., I 1, München 1906

Heumann cf. consp. edit.

Heusinger cf. consp. edit. s. u. Heumann

Hirschfelder = Hirschfelder, W., Zu Cicero, J. Cl. Ph. 103, 1871, 201–210

H.-Sz. = Hofmann, J. B. – Szantyr, A., Lateinische Syntax und Stilistik, München 1965

Jahn = Jahn, O., Über Cic. Phil. II 13, 31, Phil. 3, 1848, 168

Jeep = Jeep, J., Zu Ciceros Reden, J. Cl. Ph. 75, 1857, 296–304
–, Zu Ciceros Reden, J. Cl. Ph. 81, 1860, 613–623

Jordan = Jordan, C. A., Quaestionum Tullianarum particula (Ad oratt. Philipp.), Gymn.-Progr. Soest 1864

Kahnt = Kahnt, G., Animaduersiones criticae in nonnullos locos Tullianos, Gymn.-Progr. Zeitz 1829

Kasten cf. consp. edit.

Kayser cf. consp. edit.

King = The Philippic Orations of M. Tullius Cicero, with English Notes by J. R. King, Oxford 1878[2]

King-Clark = Marcus Tullius Cicero. Philippic Orations I, II, III, V, VII, ed. by J. R. King; second Edition revised by A. C. Clark, Oxford 1908

Klein = Klein, J., Über eine Handschrift des Nicolaus von Cues, Berlin 1866

Klotz = Klotz, A., Cic. Phil. 2, 64, Rh. Mus. 59, 1914, 416
Klussmann = Klussmann, R., Tulliana, Gymn.-Progr. Gera 1877
König = König, E., Kardinal Giordano Orsini, Freiburg i. Br. 1906
Kraffert = Kraffert, H., Beiträge zur Kritik und Erklärung lateinischer Autoren, Gymn.-Progr. Aurich 1881–1883
K.-St. = Kühner, R. – Stegmann, C., Ausführliche Grammatik der lateinischen Sprache, I–II³, Hannover 1955
Kübler = Kübler, B., Recisamenta critica, Phil. 55, 1896, 154–159

Laistner = Laistner, M. L. W., Thought and Letters in Western Europe, London 1957
Lambinus cf. consp. edit.
Lebreton = Lebreton, J., Etudes sur la langue et la grammaire de Cicéron, Paris 1901
Lehmann = Lehmann, C. A., Quaestiones Tullianae, Herm. 14, 1879, 212–218. 451–456. 621–628
Löfstedt Synt. = Löfstedt, E., Syntactica, I² Lund 1942; II Lund 1933
Long = M. Tullii Ciceronis orationes, with a Commentary by G. Long, IV, London 1858
Lowe Benev. = Lowe, E. A., The Beneventan Script, Oxford 1914
Lowe CLA = –, Codices Latini Antiquiores, I, Oxford 1934
Lowe Pal. Pap. = –, Paleographical Papers 1907–1965, ed. by L. Bieler, I–II, Oxford 1972
Luterbacher = Luterbacher, F., Ciceros Reden, Jahresber. d. philol. Vereins zu Berlin 8, 1882, 73–100; 9, 1883, 16–60; 10, 1884, 157–178; 12, 1886, 60–88; 13, 1887, 218–243; 15, 1889, 193–222; 17, 1891, 1–15; 18, 1892, 26–39; 19, 1893, 169–188; 21, 1895, 69–84; 23, 1897, 55–81; 24, 1898, 215–235
Lutz = Lutz, P., Quaestiones criticae in Ciceronis orationes Philippicas, Schlettstadt 1905

Mac Kay = Mac Kay, L. A., Cicero Philippics II, 91, Cl. Ph. 29, 1934, 344–345
Madvig Adu. = Madvig, J. N., Aduersaria critica ad scriptores Graecos et Latinos, I–III, Hauniae 1871–1884
Madvig Fin. = M. Tullii Ciceronis de finibus bonorum et malorum libri quinque, Io. Nicolaus Maduigius recensuit et enarrauit, Kopenhagen 1876
Madvig Opusc. = –, De emendatione locorum aliquot orationum Ciceronianarum, Opusc. I² 110–141
= –, Coniecturae de locis Ciceronis orationum Philippicarum quattuor postremarum, ad Car. Halmium, Opusc. II², 728–734
Manitius = Manitius, M., Geschichte der lateinischen Literatur des Mittelalters, I, München 1911
Manutius = Paulli Manutii commentarius in M. Tullii Ciceronis orationes, cur. C. G. Richter, Lipsiae 1783
Marx = Marx, J., Verzeichnis der Handschriften-Sammlung des Hospitals zu Cues, Trier 1905
Maturantius cf. consp. edit.
Mazzoli = Mazzoli, G., Da Pietro Diacono al catalogo Becker 119: Seneca a Montecassino nel sec. XII (e oltre), Rendic. Accad. Naz. Linc. 31, 1976, 297–327

Mercati = Mercati, G., Opere minori, IV, Città del Vaticano 1937

Mittermayer I = Mittermayer, J., Beitrag zur Erklärung einiger Stellen in der ersten Philipp. Rede des Cicero, Gymn.-Progr. Aschaffenburg 1841

Mittermayer II = Beitrag zur Erklärung einiger Stellen in der zweiten Philipp. Rede des Cicero, Gymn.-Progr. Aschaffenburg 1843

Mommsen = Mommsen, Th., Gesammelte Schriften, IV 1, Berlin 1906

C. F. W. Müller cf. consp. edit.

P. R. Müller = Müller, P. R., Zu Cicero Philipp. I 14, 35, Phil. 12, 1857, 315

Muretus = In Ciceronis Philippicas scholia, *in* M. Antonii Mureti opera omnia, ed. D. Ruhnken, Lugd. Bat. 1789, 975–1010 – cf. consp. edit.

Nägelsbach = von Nägelsbach, K. F., Lateinische Stilistik, Nürnberg 1905^{9}

Naugerius cf. consp. edit.

Neue-Wagener = Neue, C. – Wagener, C., Formenlehre der lateinischen Sprache, I^{3} Leipzig 1902; II^{3} Berlin 1892; III^{3} Berlin 1897; IV^{3} Leipzig 1905

Niebuhr = Niebuhr, B. G., Zur Erklärung und Berichtigung ciceronischer Stellen, Rh. Mus. 1, 1827, 223–235 (= Kl. histor. u. philol. Schr. II 209–223)

Nipperdey = Nipperdey, K., Zu Ciceros Reden, Phil. 3, 1848, 141–147

Nisbet = Nisbet, R. G. M., M. Tulli Ciceronis in L. Calpurnium Pisonem oratio, Oxford 1961

Nohl = Nohl, H., Ciceros Philippische Reden. I., II., III., VII. Buch, für den Schulgebrauch hrsg. von H. Nohl, Leipzig 1895

Novati = Novati, F., Coluccio Salutati. Epistolario, I–IV, Roma 1891–1911

Nutt = Nutt, G., A Middlehill Ms. of Cicero, Academy 27, 1885, 332–333

Orelli cf. consp. edit.

Ostermann = Ostermann, Chr., Zu Cicero (Philipp. 1, 14, 35), Phil. 14, 1859, 33

Pasoli = Pasoli, E., Criticae et grammaticae animaduersiones in Philippicam Ciceronis XIV, Latin. 4, 1956, 247–256
–, Criticae et grammaticae animaduersiones in Philippicam Ciceronis IV, Latin. 5, 1957, 187–195
–, Note al testo delle Filippiche, Ciceroniana 2, 1960, 149–155
–, Censura editionis a Boulanger et Wuilleumier curatae, RFIC 89, 1961, 429–433
–, In Philippicarum Ciceronis textum constituendum critica exquisita, Latin. 12, 1964, 26–40

Pease = M. Tulli Ciceronis de diuinatione libri duo, ed. by A. S. Pease, Univ. of Illinois Stud. in Lang. and Lit. 6 (1920); 8 (1923); repr. anast. Darmstadt 1963

Pellegrin = Pellegrin, E., Les manuscrits classiques latins de la Bibliothèque Vaticane. Tome I: Fonds Archivio San Pietro à Ottoboni, Paris 1975

Peskett = M. Tulli Ciceronis oratio Philippica secunda, with Introduction and Notes by A. G. Peskett, Cambridge 1887

Peter = Peter, C., Studien zur römischen Geschichte, Phil. 8, 1853, 425–438

Pluygers = Pluygers, W. G., Lectiones Tullianae, Mnem. 11, 1862, 47–61. 145–164. 267–290

Rau = Rau, S. I. E., Variarum lectionum liber ad Ciceronis orationes pertinens, Lugd. Bat. 1834

Reynolds = Reynolds, L. D. – Wilson, N. G., Copisti e filologi, Padova 1973[2]

Rizzo = Rizzo, S., Il lessico filologico degli umanisti, Roma 1973

Roell = Roell, H., Zu griechischen und lateinischen Schriftstellern, W. Cl. Ph. 28, 1912, 1324–1325

Rose = Rose, V., Verzeichnis der lateinischen Handschriften der königlichen Bibliothek zu Berlin. I: Die Meerman-Handschriften des Sir Thomas Phillipps, Berlin 1893

Sabbadini Cart. = Sabbadini, R., Carteggio di Giovanni Aurispa, Roma 1931

Sabbadini Nuov. ric. = –, Le scoperte dei codici latini e greci ne' secoli XIV e XV. Nuove ricerche, Firenze 1914 (1967[2])

Sabbadini Scop. = –, Le scoperte dei codici latini e greci ne' secoli XIV e XV, Firenze 1905 (1967[2])

Sabbadini St. e crit. = –, Storia e critica di testi latini, Padova 1971[2]

Sauppe = Sauppe, H., Censura J. Klein (*uide supra*), Gött. Gel. Anz. 1866, 1579–1587 (= Ausgew. Schr., Berlin 1896, 468–473)

Schelle = Schelle, E. E., Beiträge zur Geschichte des Todeskampfes der römischen Republik, Progr. d. Annenschule Dresden-Altstadt 1891

F. W. Schmidt = Schmidt, F. W., Zu Cicero, J. Cl. Ph. 109, 1874, 740–744

P. L. Schmidt = Schmidt, P. L., Die Überlieferung von Ciceros Schrift „De legibus", München 1974

Schöll = Schöll, F., Über die Haupthandschrift von Ciceros Philippiken nebst Bemerkungen zu Stellen dieser Reden, Sitzungsber. Heidelb. Akad. Wiss., Philos.-hist. Kl. 1918. 4

Schöll edit. cf. consp. edit.

Schütz cf. consp. edit.

Schwarz = Schwarz, H., Miscellanea philologa, Diss. Lipsiens. 1878
–, Über den Harleianus 2682 des Cicero, Phil. 54, 1895, 163–177

Sh. B. Att. = Shackleton Bailey, D. R., Cicero's Letters to Atticus, I–VI, Cambridge 1965–1967

Sommer = Sommer, F., Handbuch der lateinischen Laut- und Formenlehre, Heidelberg 1948[2]

Stadter cf. s. u. Ullman

Stangl = Stangl, T., Tulliana et Mario-Victoriana, Progr. d. Luitpold-Gymn. München 1888

Sternkopf = Sternkopf, W., Die Verteilung der römischen Provinzen vor dem Mutinensischen Kriege, Herm. 47, 1912, 321–401
–, Zur 11. Philippischen Rede Ciceros, W. Cl. Ph. 32, 1916, 879. 913
–, Zur 12. Philippischen Rede Ciceros, W. Cl. Ph. 33, 1917, 400–406

Sternkopf I = Ciceros ausgewählte Reden. VIII Band. Die 3., 4., 5. u. 6. Philippische Rede, erkl. v. W. Sternkopf, Berlin 1912

Sternkopf II = Ciceros ausgewählte Reden. IX Band. Die 7., 8., 9. u. 10. Philippische Rede, erkl. v. W. Sternkopf, Berlin 1913

Ströbel = Ströbel, Ed., Zur Handschriftenkunde einiger Reden Ciceros, Blätt. Bayer. Gymn. 20, 1899, 381–386

Stürenburg = Stürenburg, R., Corrupti aliquot Aeschyli, Ciceronis, Taciti loci emendantur, Progr. Hildburghausen 1847
Sydow = Sydow, R., Kritische Beiträge zu Ciceros Reden, Phil. 92, 1937, 223–238
Sydow –, Kritische Beiträge zu Ciceros Reden, Rh. Mus. 91, 1942, 353–365
–, Kritische Beiträge zu Ciceros Reden, Rh. Mus. 92, 1943, 184–188
–, Kritische Beiträge zu Ciceros Reden, Rh. Mus. 93, 1944, 281–284. 381–383
Tonelli = Tonelli, T., Poggii Epistolae, I, Firenze 1832
Traube = Traube, L., Vorlesungen und Abhandlungen, hrsg. v. F. Boll, I, München 1909
Ullman Hum. = Ullman, B. L., The Humanism of Coluccio Salutati, Padova 1963
Ullman Libr. = Ullman, B. L. – Stadter, P. A., The Public Library of Renaissance Florence, Padova 1972
Ullman Orig. = Ullman, B. L., The Origin and Development of Humanistic Script, Roma 1960
Urlichs = Urlichs, L., Zu Cic. Philipp. I, 9, 21, Eos 2, 1866, 203
Ursinus = cf. consp. edit.
Vahlen Opusc. = Vahlen, J., Opuscula academica, I–II, Leipzig 1907–1908
Victorius cf. consp. edit. s. u. Camerarius
Watt = Watt, W. S., Notes on Cicero, Ad Atticum 1 and 2, Cl. Q. 56, 1962, 252–262
– cf. sub praefationis fine
Weber = Weber, H., Coniecturae Tullianae, Gymn.-Progr. Weimar 1871
Wernsdorf cf. consp. edit.
Wilson cf. s. u. Reynolds
Wölfflin Ausgew. Schr. = Wölfflin, E., Ausgewählte Schriften, hrsg. v. G. Meyer, Leipzig 1933
Wuilleumier cf. consp. edit. s. u. Boulanger
Zielinski Claus. = Zielinski, T., Das Clauselgesetz in Ciceros Reden, Leipzig 1904

SIGLA

V = cod. tabularii Basilicae Vaticanae H. 25, saec. IX

b = cod. Bernensis 104, saec. XIII–XIV

c = familia Colotiana, i. e. codicum Paris. Lat. 5802 (saec. XIII), Paris. Lat. 6602 (saec. XIII), Berolin. Phill. 1794 (olim 201, saec. XII) consensus

n = cod. Vossianus Latinus O 2, saec. X–XI

s = cod. Vaticanus Latinus 3228, saec. X

t = cod. Monacensis 18787 (olim Tegernseensis 787), saec. XI

v = cod. Vaticanus Latinus 3227, saec. XII

D = codicum **bcnstv** consensus

Cus. = cod. Nicolai Cusani, saec. XII, excerpta quaedam continens

ς = codd. deteriores

M. TVLLI CICERONIS

IN M. ANTONIVM

ORATIO PHILIPPICA PRIMA

Ante quam de republica, patres conscripti, dicam ea quae dicenda hoc **1**
tempore arbitror, exponam uobis breuiter consilium et profectionis et
reuersionis meae. ego cum sperarem aliquando ad uestrum consilium
auctoritatemque rem publicam esse reuocatam, manendum mihi sta-
5 tuebam quasi in uigilia quadam consulari ac senatoria. nec uero usquam
discedebam nec a re publica deiciebam oculos ex eo die quo in aedem Tel-
luris conuocati sumus. in quo templo, quantum in me fuit, ieci funda-
menta pacis Atheniensiumque renouaui uetus exemplum; Graecum etiam
uerbum usurpaui quo tum in sedandis discordiis usa erat ciuitas illa,
10 atque omnem memoriam discordiarum obliuione sempiterna delendam
censui. praeclara tum oratio M. Antoni, egregia etiam uoluntas; pax **2**
denique per eum et per liberos eius cum praestantissimis ciuibus confir-
mata est. atque his principiis reliqua consentiebant: ad deliberationes
eas quas habebat domi de re publica principes ciuitatis adhibebat; ad
15 hunc ordinem res optimas deferebat; nihil tum nisi quod erat notum
omnibus in C. Caesaris commentariis reperiebatur; summa constantia
ad ea quae quaesita erant respondebat. num qui exsules restituti? unum **3**

1–3 *Grill. Rhet. Lat. 604, 12* ante quam . . . meae || **2–3** *Non. 222, 13–14; 299, 9–10* exponam . . . meae || **5–6** *Non. 289, 3–4* nec . . . oculos

1 dicam patres conscripti *Grill.* || **2** breuiter *om. Grill.* | et[1] *om.* **n**, *Non.*, *Grill.* || **3** regressionis *Non.; sed cf. § 7* nunc reuersionis . . . breuiter exponam, *Att. 16, 7, 5* quam ualde ille reditu, uel potius reuersione mea laetatus || **8** renouaui **VCus.bnsv** reuocaui **ct** || **9** quod **cntv** | discordiis usa erat] discordauerat **c** discors erat **n** discordiis erat **tv** || **13** principiis his **nv** || **15** referebat *Ernesti dub.; cf. 2, 83. 113; Mil. 65 et quae fuse disputant Halm-Laubmann 40, King-Clark 2, Denniston 66* || **15–16** nisi . . . omnibus *om.* **D** || **16** reperiebat *Kraffert* (*non inscite: cf. enim* adhibebat . . . deferebat . . . respondebat . . . aiebat); reperiebat *prob. Luterbacher Zeitschr. Gymn. 1884, 171; uide etiam Schöll 21 et cf. contra C. F. W. Müller p. C* („*sapienter credo omnes hanc emendationem . . . aspernatos esse*“) | summa cum dignitate constantia **D** (constantia *ex* substantia **t**[2]); *quod iure refellit Ernesti 1346* („dignitas *est glossa* constantiae“) || **17** num . . . restituti] nunc (*corr.* **V**[2]) . . . restituit **V**[1]

aiebat, praeterea neminem. num immunitates datae? 'nullae' respondebat. adsentiri etiam nos Ser. Sulpicio, clarissimo uiro, uoluit, ne qua tabula post Idus Martias ullius decreti Caesaris aut benefici figeretur.

Multa praetereo eaque praeclara; ad singulare enim M. Antoni factum festinat oratio. dictaturam, quae iam uim regiae potestatis obsederat, funditus ex re publica sustulit; de qua ne sententias quidem diximus. scriptum senatus consultum quod fieri uellet attulit, quo recitato auctoritatem eius summo studio secuti sumus eique amplissimis uerbis
2 4 per senatus consultum gratias egimus. lux quaedam uidebatur oblata non modo regno, quod pertuleramus, sed etiam regni timore sublato, magnumque pignus ab eo rei publicae datum, se liberam ciuitatem esse uelle, cum dictatoris nomen, quod saepe iustum fuisset, propter perpetuae dictaturae recentem memoriam funditus ex re publica sustulisset.
5 liberatus periculo caedis paucis post diebus senatus; uncus impactus est fugitiuo illi qui in Mari nomen inuaserat. atque haec omnia communiter cum conlega; alia porro propria Dolabellae quae, nisi conlega afuisset, credo eis futura fuisse communia. nam cum serperet in urbem infinitum malum idque manaret in dies latius, idemque bustum in foro facerent qui illam insepultam sepulturam effecerant, et cotidie magis magisque perditi homines cum sui[s] similibus seruis tectis ac templis urbis minitarentur, talis animaduersio fuit Dolabellae cum in audacis sceleratosque seruos, tum in impuros et nefarios liberos, talisque euersio illius exsecratae columnae ut mihi mirum uideatur tam ualde reliquum tempus ab illo uno die dissensisse.

6 Ecce enim Kalendis Iuniis, quibus ut adessemus edixerant, mutata omnia: nihil per senatum, multa et magna per populum et absente po-

1 *Non. 30, 13* num . . . datae || 10 *Non. 385, 24–25* non modo . . . sublato || 14–15 *Schol. Hor. Carm. 1, 35, 19* uncus . . . inuaserat || 18–19 *Schol. Lucan. 1, 98* qui illam . . . effecerat || 26– p. 3, 1 *Arus. Gramm. VII 454, 4* et absente . . . inuito

1 alebat **st** | num . . . respondebat *om.* **c** | nullae respondebat *om.* **bnstv** nullas respondebat *coni. Wesenberg Madvig* || 4 ea quae clara sunt **D** (*nisi quod* eaque quod clara sunt **v**) eo quod clara sunt *coni. Ant. Augustinus; cf. tamen Ernesti 1346* || 5 uim iam **bcnsv** | obsederat] obtinebat *Ernesti dub.* possederat *Hirschfelder; cf. tamen ThLL IX 2, 223, 38–43* || 6 qua] qua re ς (*cf. Klussmann 1 sqq.*) quo *Stangl; sed uox* dictatura *simul audienda est* || 9 oborta *Ernesti; cf. ThLL IX 2, 500, 5* || 10 quod pertuleramus *om. Non.* || 12 funestum *Campe* iniustum *Hammer; cf. Tac. Ann. 1, 1* dictaturae ad tempus sumebantur *et King-Clark 3* || 14 c(a)edis periculo **D** || 14. 15 unctus (uncus **s**) in paucis est **nsv** || 15 est *om. Schol. Hor.* | c. mari **bcnst**, *Schol. Hor.* || 16 afuisset] fuisset $\mathbf{V}^1$ (*corr.* $\mathbf{V}^2$) || 17 in urbe **bct**; *cf. Ouid. Met. 12, 13–14; Trist. 3, 10, 30; Rem. 105; Mart. 1, 78, 2* || 20 suis **VD** *corr. Angelius* | minarentur **D**; *sed cf. e. g. 2, 110; 11, 37* || 22 in *om.* $\mathbf{V}\mathbf{n}^1$ (*add.* $\mathbf{n}^2$) **v** | impuros] impios *Mittermayer dub.; cf. tamen 12, 25* homine impuro nefarioque, *Verr. 1, 69, Har. resp. 28* | et in nefarios **V** | illius *om.* **nsv** || 24 uno die] primo die *Ernesti* unico die *Campe; tradita iure deff. Halm-Laubmann 41, qui § 31 conferunt* || 25 edixerat **t**, *fort. recte; simul audi tamen* Antonius et Dolabella

pulo et inuito. consules designati negabant se audere in senatum uenire;
patriae liberatores urbe carebant ea cuius a ceruicibus iugum seruile
deiecerant, quos tamen ipsi consules in contionibus et in omni sermone
laudabant. ueterani qui appellabantur, quibus hic ordo diligentissime
5 cauerat, non ad conseruationem earum rerum quas habebant, sed ad
spem nouarum praedarum incitabantur. quae cum audire mallem quam
uidere haberemque ius legationis liberum, ea mente discessi ut adessem
Kalendis Ianuariis, quod initium senatus cogendi fore uidebatur.

3 7 Exposui, patres conscripti, profectionis consilium: nunc reuersionis,
10 quae plus admirationis habet, breuiter exponam. cum Brundisium iter-
que illud quod tritum in Graeciam est non sine causa uitauissem, Kalen-
dis Sextilibus ueni Syracusas, quod ab ea urbe transmissio in Graeciam
laudabatur: quae tamen urbs mihi coniunctissima plus una me nocte
cupiens retinere non potuit. ueritus sum ne meus repentinus ad meos ne-
15 cessarios aduentus suspicionis aliquid adferret, si essem commoratus.
cum autem me ex Sicilia ad Leucopetram, quod est promunturium agri
Regini, uenti detulissent, ab eo loco conscendi ut transmitterem; nec ita
multum prouectus, reiectus Austro sum in eum ipsum locum unde con-
scenderam. **8** cumque intempesta nox esset mansissemque in uilla P. Va-
20 leri, comitis et familiaris mei, postridieque apud eundem uentum ex-
spectans manerem, municipes Regini complures ad me uenerunt, ex eis
quidam Roma recentes: a quibus primum accipio Antoni contionem,
quae mihi ita placuit ut ea lecta de reuersione primum coeperim cogitare.
nec ita multo post edictum Bruti adfertur et Cassi, quod quidem mihi,
25 fortasse quod eos plus etiam rei publicae quam familiaritatis gratia diligo,
plenum aequitatis uidebatur. addebant praeterea — fit enim plerumque
ut ei qui boni quid uolunt adferre adfingant aliquid quo faciant id quod
nuntiant laetius — rem conuenturam: Kalendis Sextilibus senatum fre-

4–5 *Arus. Gramm. VII 488, 24–25* ueterani . . . cauerat || 13–14 *Arus. Gramm. VII 499, 25–26* plus . . . potuit || 21–22 *Arus. Gramm. VII 505, 23* ex his . . . recentes

1 se audere negabant **nsv** || 3 et in contionibus **D** || 4 qui appellantur **ct** qui appellabantur *om. Arus., del. Ernesti* appellabantur (*del.* qui) *post* habebant *transt. Hirschfelder*; qui appellabantur *sc.* ab Antonio, *ut ostendunt Fam. 11, 2; Att. 14, 21, 2; 15, 4, 4: cf. Long 461, Denniston 73; aliter interpretantur Halm-Laubmann 42, King-Clark 4* || 5 cauerant **V**[1] (*sup.* timebant **V**[2]) timebat cauerat **stv**[2] timebat cauerant **v**[1] || 7 liberae *Beroaldus, fort. recte: cf. Cic. Leg. agr. 2, 45; Flacc. 86; Att. 15, 11, 4; Fam. 12, 21 aliaque exempla ap. ThLL VII 2, 1102, 36–50* || 12 ab urbe ea **D** || 13–14 nocte cupiens me retinere *Arus.* || 17–18 transmitterem . . . Austro] transmitteremus austro **V**[1] nec ita multum si coniunctus proiectus *add. in mg.* **V**[2] || 22 m. antoni **D** || 27 quo] quod **Vnt**; *de sententia cf. Vahlen Opusc. I 205* || 28 Kal. Sept. *Halm* Sextilibus *del. Madvig, probb. Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 113, King-Clark 6; cf. tamen Cic. Att. 16, 7, 1 et Sh. B. Att. VI 292* | senatum frequentem *om.* **V**[1] (*add.* **V**[2])

quentem fore; Antonium, repudiatis malis suasoribus, remissis prouinciis
Galliis, ad auctoritatem senatus esse rediturum.

4 9 Tum uero tanta sum cupiditate incensus ad reditum ut mihi nulli ne-
que remi neque uenti satis facerent, non quo me ad tempus occursurum
non putarem, sed ne tardius quam cuperem rei publicae gratularer. atque 5
ego celeriter Veliam deuectus Brutum uidi, quanto meo dolore non dico:
turpe mihi ipsi uidebatur in eam urbem me audere reuerti ex qua Brutus
cederet, et ibi uelle tuto esse ubi ille non posset. neque uero illum simi-
liter atque ipse eram commotum esse uidi: erectus enim maximi et pul-
cherrimi facti sui conscientia nihil de suo casu, multa de uestro quere- 10
10 batur. exque eo primum cognoui quae Kalendis Sextilibus in senatu
fuisset L. Pisonis oratio: qui quamquam parum erat – id enim ipsum a
Bruto audieram – a quibus debuerat adiutus, tamen et Bruti testimo-
nio – quo quid potest esse grauius? – et omnium praedicatione quos
postea uidi magnam mihi uidebatur gloriam consecutus. hunc igitur ut 15
sequerer properaui quem praesentes non sunt secuti, non ut proficerem
aliquid – nec enim sperabam id nec praestare poteram –, sed ut, si
quid mihi humanitus accidisset – multa autem impendere uidentur
praeter naturam etiam praeterque fatum –, huius tamen diei uocem
testem rei publicae relinquerem meae perpetuae erga se uoluntatis. 20

11 Quoniam utriusque consili causam, patres conscripti, probatam uobis
esse confido, prius quam de re publica dicere incipio, pauca querar de
hesterna M. Antoni iniuria: cui sum amicus, idque me non nullo eius
5 officio debere esse prae me semper tuli. quid tandem erat causae cur die
hesterno in senatum tam acerbe cogerer? solusne aberam, an non saepe 25
minus frequentes fuistis, an ea res agebatur ut etiam aegrotos deferri
oporteret? Hannibal, credo, erat ad portas aut de Pyrrhi pace agebatur,

15–20 *Gell. 13, 1, 1* hunc . . . uoluntatis || **18–19** *Seru. ad Verg. Aen. 4, 653; Lact. Plac. ad Stat. Theb. 3, 205* multa . . . fatum || **27** *Schol. Lucan. 1, 30; 3, 159* Hannibal . . . agebatur

1 reputatis **bct** || **1. 2** galliis prouinciis **nsv** || **5** non *om.* **D**, *del. Bake* || **8** non posset *om.* $\mathbf{V}^1$ (*add.* $\mathbf{V}^2$) non esset *coni. Halm dub. in app.* || **9** esse] ipse **cstv** | et] atque **nsv** ac *edd.*, **V** *perperam collato* || **11** exque eo] ex quo **D** || **16** quem *om.* $\mathbf{V}^1$ q. *sup.* $\mathbf{V}^2$ | quem praesentes dixit pro populo praesentes non sunt secuti **tv** || **17** neque enim **D**, *Gell.* | praestare] sperare *Pluygers; sed tradita tuetur Gellius* || **18** autem impendere] mihi imminere *Seru.* | uidentur **V**, *Gell.*, *Lact. Plac.* uidebantur **D**, *Seru.* (*prob. Ernesti 1349*) || **19** etiam **V**, *Gell.*, *Lact. Plac.* *om.* **D**, *Seru.* | factum **tv** | tamen *om.* **D**, *Gell.*; *sed cf. King-Clark 7* || **22** confido etiam $\mathbf{V}^1$ (etiam *del.* $\mathbf{V}^2$) || **22–25** querar . . . acerbe] quaerar hs (*i. e.* hic supple) de hesterna in senatum tam acerbe $\mathbf{V}^1$; *reliqua* (de hesternam antonii . . . cur) *suppl.* $\mathbf{V}^2$ *in imo folio; de lacuna cf. Clark Desc. 192* || **23** M. *om.* $\mathbf{V}^2$ || **24** esse *del. Ernesti* || **24. 25** die hesterno in senatum] in senatum (-u **s**) hesterno (externo **bt**) die **D** *corr. Halm in app., codicis* **V** *uestigiis nisus* | die hesterno *del. Kayser* || **26** deferre **V** || **27** aut] aut etiam *Schol. Lucan. 3, 159* | pyrrhi *om.* $\mathbf{V}^1$ (*add.* $\mathbf{V}^2$)

ad quam causam etiam Appium illum et caecum et senem delatum esse
memoriae proditum est. de supplicationibus referebatur, quo in genere 12
senatores deesse non solent: coguntur enim non pignoribus, sed eorum
de quorum honore agitur gratia; quod idem fit, cum de triumpho refer-
5 tur. ita sine cura consules sunt ut paene liberum sit senatori non adesse.
qui cum mihi mos notus esset cumque e uia languerem et mihimet dis-
plicerem, misi pro amicitia qui hoc ei diceret. at ille uobis audientibus
cum fabris se domum meam uenturum esse dixit. nimis iracunde hoc
quidem et ualde intemperanter! cuius enim malefici tanta ista poena est
10 ut dicere in hoc ordine auderet se publicis operis disturbaturum publice
ex senatus sententia aedificatam domum? quis autem umquam tanto
damno senatorem coegit? aut quid est ultra pignus aut multam? quod si
scisset quam sententiam dicturus essem, remisisset aliquid profecto de
seueritate cogendi. an me censetis, patres conscripti, quod uos inuiti se- 6 13
15 cuti estis, decreturum fuisse ut parentalia cum supplicationibus misceren-
tur, ut inexpiabiles religiones in rem publicam inducerentur, ut decer-
nerentur supplicationes mortuo? nihil dico cui. fuerit ille L. Brutus qui
et ipse dominatu regio rem publicam liberauit et ad similem uirtutem et
simile factum stirpem iam prope in quingentesimum annum propagauit;
20 adduci tamen non possem ut quemquam mortuum coniungerem cum
deorum immortalium religione, ut, cuius sepulcrum [n]usquam exstet
ubi parentetur, ei publice supplicetur. ego uero eam sententiam dixissem
ut me aduersus populum Romanum, si qui accidisset grauior rei publicae
casus, si bellum, si morbus, si fames, facile possem defendere; quae par-
25 tim iam sunt, partim timeo ne impendeant. sed hoc ignoscant di immor-
tales uelim et populo Romano qui id non probat, et huic ordini qui de-
creuit inuitus.

Quid? de reliquis rei publicae malis licetne dicere? mihi uero licet et 14
semper licebit dignitatem tueri, mortem contemnere. potestas modo

17–19 *Schol. Lucan. 7, 589* fuerit ille . . . propagauit; *cf. etiam Schol. Lucan. 5, 207* Brutus, cuius Tullius in Philippicis meminit

4 quorum de **D** || 7 hoc ediceret **D** || 7–8 audientibus . . . se *om.* V^1 (*suppl.* V^2) || 9 tanta] ita **t** *om.* **bcnsv** | esset *Weber* || 17 mortuorum **D** (*nisi quod* monstruorum **v**), *prob. Ernesti 1350; cf. tamen Halm-Laubmann 46, qui Cic. Cat. 3, 15* supplicatio dis immortalibus *conferunt* | cui] qui **V**b^1 (*corr.* b^2)**st** cuius **n** | L. Brutus] brutus **V** licet brutus *Schol. Lucan.; cf. tamen 2, 26 et Schöll 21* || 18 regio dominatu **nsv** || 19 et stirpem prope quingentesimum *Schol. Lucan.* | iam prope in] prope in **c**b^2 in prope b^1**n** in prope in **sv** in **t**; *de* iam prope *cf. Hand Turs. III 135 sq.* || 21 deorum *om.* **V**; *del. Ernesti 1350, cuius sententia* mortuus *et* immortales *opponuntur* | nusquam **Vcnstv**, *frustra deff. Mittermayer I 15, Carcopino II 154 adn. 3; sed cf. Madvig Opusc. 164 sq., Boulanger-Wuilleumier I 50 adn. 5* || 22 dixissem patres conscripti **cnstv** || 23 populum Romanum] rem publicam **V** | si quis **cv** si quid **t** || 26 id *om.* **nstv** || 28 mihi dicere **t** | uero **VCus.** uerum **D**

ueniendi in hunc locum sit: dicendi periculum non recuso. atque utinam,
patres conscripti, Kalendis Sextilibus adesse potuissem! non quo pro-
fici potuerit aliquid, sed ne unus modo consularis, quod tum accidit, di-
gnus illo honore, dignus re publica inueniretur. qua quidem ex re magnum
accipio dolorem, homines amplissimis populi Romani beneficiis usos 5
L. Pisonem ducem optimae sententiae non secutos. idcircone nos popu-
lus Romanus consules fecit ut in altissimo gradu dignitatis locati rem
publicam pro nihilo haberemus? non modo uoce nemo L. Pisoni consulari
15 sed ne uoltu quidem adsensus est. quae, malum, est ista uoluntaria ser-
uitus? fuerit quaedam necessaria; neque ego hoc ab omnibus eis desidero 10
qui sententiam consulari loco dicunt: alia causa est eorum quorum silen-
tio ignosco; alia eorum, quorum uocem requiro. quos quidem doleo in
suspicionem populo Romano uenire non metu, quod ipsum esset turpe,
7 sed alium alia de causa deesse dignitati suae. qua re primum maximas
gratias et ago et habeo Pisoni, qui non quid efficere posset in re publica 15
cogitauit, sed quid facere ipse deberet. deinde a uobis, patres conscripti,
peto ut, etiam si sequi minus audebitis [o]rationem atque auctoritatem
meam, benigne me tamen, ut adhuc fecistis, audiatis.

16 Primum igitur acta Caesaris seruanda censeo, non quo probem — quis
enim id quidem potest? — sed quia rationem habendam maxime ar- 20
bitror pacis atque oti. uellem adesset Antonius, modo sine aduocatis —
sed, ut opinor, licet ei minus ualere, quod mihi heri per illum non licuit —
doceret me uel potius uos, patres conscripti, quem ad modum ipse Cae-
saris acta defenderet. an in commentariolis et chirographis et libellis se
uno auctore prolatis, ne prolatis quidem sed tantum modo dictis, acta 25

9 *Aquil. Rhet. Lat. 37, 3* quae . . . seruitus || 14–15 *Grill. Comment. p. 38 Martin* qua re . . . habeo

3 accidit *del.* **V**^{2} || 7 amplissimoque *post* altissimo *add.* **V**^{2} || 8 pisonis **bntv** | consularis **bnstv**, *prob. Lutz 7; cf. tamen Clark, Cl. R. 11, 1900, 403* || 10 quaedam] quibusdam *Campe* | *lac. post* necessaria *stat. Kayser* | neque] nec **D** | ergo **ns** || 11 loco consulari **nv** || 13 populo Romano uenire] peruenire **V**^{1} (*corr.* **V**^{2}) | non metu] non modo metus **V**; *ut recte contendit Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 114, inter se opponuntur* non metu, sed alium alia de causa || 13–14 non . . . dignitati suae *del. Campe* || 14 primum *om. Grill.* || 14. 15 gratias Pisoni maximas *Grill.* || 15 et habeo et ago **D**; *cf. 10, 1 et uide contra 3, 25, Marc. 33* | l. pisoni **D** | quisquam *post* quid *add. Reid* | efficere *om.* **n** efficere posset *om.* **sv** || 17 orationem **VD** *corr. Gomperz, W. St. 2, 1880, 143, coll. Cic. Caecin. 51* orationem atque *del. Cobet; tradita frustra def. Pasoli, Latin. 12, 1964, 27: cf. contra Cic. Caec. 51, Acad. 1, 34; uide etiam Gantrelle, R. Ph. 5, 1881, 191* || 18 fecistis adhuc **D** || 20 enim *ex* enim cam **V**^{2} || 21 adessem **V**^{1} adesse **V**^{2} adesset M. *Halm; cf. tamen Schöll 15* || 22 licebat **D** *om.* **V** licuit *add.* **V**^{2} || 23 doceret *om.* **V**^{1} (*add.* **V**^{2}) || 24 se *del. C. F. W. Müller; cf. tamen King-Clark 10* || 25 prolatis ac ne prolatis **bct** (*prob. Campe, J. cl. Ph. 91, 1865, 164*) probatis ac ne prolatis **nsv** prolatis ⟨uel potius⟩ ne *Cobet* | prolatis? ne *sic dist. Iw. Müller; cf. tamen Madvig Fin. 813, qui de omissa copula Cic. Quinct. 89; Verr. 2, 4, 2; Deiot. 36; Lael. 97; Off. 2, 67; 3, 16 confert*

Caesaris firma erunt: quae ille in aes incidit, in quo populi iussa perpe-
tuasque leges esse uoluit, pro nihilo habebuntur? equidem existimo nihil 17
tam esse in actis Caesaris quam leges Caesaris. an, si cui quid ille promisit,
id erit fixum quod idem facere non potuit? ut multis multa promissa non
5 fecit: quae tamen multo plura illo mortuo reperta sunt quam a uiuo be-
neficia per omnis annos tributa et data. sed ea non muto, non moueo:
summo studio illius praeclara acta defendo. pecunia utinam ad Opis
maneret! cruenta illa quidem, sed his temporibus, quoniam eis quorum
est non redditur, necessaria. quamquam ea quoque sit effusa, si ita in ac-
10 tis fuit. ecquid est quod tam proprie dici possit actum eius qui togatus in 18
re publica cum potestate imperioque uersatus sit quam lex? quaere acta
Gracchi: leges Semproniae proferentur; quaere Sullae: Corneliae. quid?
Pompei tertius consulatus in quibus actis constitit? nempe in legibus. de
Caesare ipso si quaereres quidnam egisset in urbe et in toga, leges multas
15 responderet se et praeclaras tulisse, chirographa uero aut mutaret aut
non daret aut, si dedisset, non istas res in actis suis duceret. sed haec ipsa
concedo; quibusdam etiam in rebus coniueo; in maximis uero rebus, id
est in legibus, acta Caesaris dissolui ferendum non puto.

8
Quae lex melior, utilior, optima etiam re publica saepius flagitata 19
20 quam ne praetoriae prouinciae plus quam annum neue plus quam bien-
nium consulares obtinerentur? hac lege sublata uidenturne uobis posse
Caesaris acta seruari? quid? lege quae promulgata est de tertia decuria
nonne omnes iudiciariae leges Caesaris dissoluuntur? et uos acta Caesaris
defenditis qui leges eius euertitis? nisi forte, si quid memoriae causa
25 ret⟨t⟩ulit in libellum, id numerabitur in actis et, quamuis iniquum et
inutile sit, defendetur: quod ad populum centuriatis comitiis tulit, id in
actis Caesaris non habebitur. at quae est ista tertia decuria? 'centurio- 20

1 *Arus. Gramm. VII 487, 14* quae . . . incidit || 7–8 *Arus. Gramm. VII 454, 3* pecunia . . . maneret || 10–18 *Victorin. De defin. 31 St.* et quid . . . non puto || 11–12 *Mart. Cap. Rhet. Lat. 467, 7–10* est quam . . . Corneliae (quid . . . actum *suppl. Halm*) || 24–27 *Victorin. De definit. 32 St.* nisi forte . . . non habebitur

3 si cui quod **ns** || 4 id erat **sv** | facere non] non facere *Muretus, probb. Ernesti 1352, Zielinski Claus. 213; sed de rhythmo* ⏑⏑⏑ — ⏑⏑⏓ *cf. Fraenkel Les. 162* || 5 a *om.* **cnv** || 7 summo etiam studio praeclara illius **D** | ad opis **Vc**, *Arus.* ad opes **n**^{1}**sv** ad opus **tn**^{2}; *cf. 2, 93; 8, 26; Att. 14, 14, 5; K.-St. I 232* || 8 quoniam] cum **nsv** || 12 cornelii **svV**^{2} || 13 cn. pompei(i) **D** | consistit **v**, *Victorin.* | nempe *om.* **V**^{1} (*prob. Zielinski Claus. 213; cf. contra Mittermayer I 18*) *add.* **V**^{2} || 13.14 a caesare **D** de Caesare *om. Victorin.* || 14 in urbem **V** | togam **Vn**^{1} (*corr.* **n**^{2}) tota **s** totam **t** || 16 haec ipsa] ea ipsa (ea ipse **v**) **D**, *Victorin.* || 17 in rebus etiam **ntv** || 18 in legibus **c**, *Victorin.* (*prob. Klussmann 6–14*) in *om.* **Vbnstv** (*probb. K.-St. I 582, qui Cic. Fin. 4, 35, Inu. 1, 41 conferunt*) id . . . legibus *del. Jordan* || 19 rei p. **Vbcn** || 20 neue] neu **nstv** || 21 posse *om.* **D** || 22 ea lege **D** | decuria iudicum **D** || 24 euertistis **bct** || 25 retulit **V**^{1}**D** *corr.* **V**^{2} || 26 defenditur *Victorin.* || 27 est *om.* **V**

num' inquit. quid? isti ordini iudicatus lege Iulia, etiam ante Pompeia, Aurelia non patebat? 'census praefiniebatur' inquit. non centurioni quidem solum sed equiti etiam Romano; itaque uiri fortissimi atque honestissimi qui ordines duxerunt res et iudicant et iudicauerunt. 'non quaero' inquit 'istos: quicumque ordinem duxit, iudicet.' at si ferretis (5) quicumque equo meruisset, quod est lautius, nemini probaretis; in iudice enim spectari et fortuna debet et dignitas. 'non quaero' inquit 'ista: addo etiam iudices manipularis ex legione Alaudarum. aliter enim nostri negant posse se saluos esse.' o contumeliosum honorem eis quos ad iudicandum nec opinantis uocatis! hic enim est legis index ut ei res in tertia (10) decuria iudicent qui libere iudicare non audeant. in quo quantus error est — di immortales! — eorum qui istam legem excogitauerunt! ut enim quisque sordidissimus uidebitur, ita libentissime seueritate iudicandi sordis suas eluet laborabitque ut honestis decuriis potius dignus uideatur quam in turpem iure coniectus. **9** 21 altera promulgata lex est ut et de ui et (15) maiestatis damnati ad populum prouocent, si uelint. haec utrum tandem lex est an legum omnium dissolutio? quis est enim hodie cuius intersit istam legem †manere†? nemo reus est legibus illis, nemo quem futurum putemus: armis enim gesta numquam profecto in iudicium uocabuntur. 'at res popularis.' utinam quidem aliquid uelletis esse populare! omnes (20) enim iam ciues de rei publicae salute una et mente et uoce consentiunt. quae est igitur ista cupiditas legis eius ferendae quae turpitudinem summam habeat, gratiam nullam? quid enim turpius quam qui maiestatem populi Romani minuerit per uim, eum damnatum iudicio ad eam ipsam 22 uim reuerti propter quam sit iure damnatus? sed quid plura de lege dis- (25) puto? quasi uero id agatur ut quisquam prouocet: id agitur, id fertur ne quis omnino umquam istis legibus reus fiat. quis enim aut accusator tam amens reperietur qui reo condemnato obici se multitudini conductae uelit, aut iudex qui reum damnare audeat, ut ipse ad operas mercenna-

2–3 *Arus. Gramm. VII 499, 6–7* census . . . Romano

1 etiam ante] etiamne **D** || **2** at *ante* census *add. Pluygers* || **3** honestissimi atque fortissimi **D** || **6** lautius] laudatius **D**; *sed cf. Cic. Fin. 5, 90, Off. 2, 52, Fam. 15, 14, 4, ThLL VII 2, 1055, 39sqq.* || **10** ut ei] uti **V** ut hi(i) **bcnsv** | res *om.* **bcntv** || **11. 12** est error **nsv** honor (horror **t**^{2}) est **t**^{1} || **15** turpe **cn**^{1} turpi **n**^{2} | et^{1} *om.* **cnstv**, *fort. recte: cf. Denniston 86* || **16** maiestates **V** de maiestate **bcnst** maiestate **v** *corr. Halm; cf. K.-St. I 465* | haec **V Cus.** haecum **cn**^{1}**s**^{1} (*corr.* **n**^{2}**s**^{2}) **v** haec cum **bt** || **18** manere **V** uenire **D** ualere *Orelli* (*prob. Zielinski Claus. 213*) sanciri *Halm* habere *Jordan* auere *Urlichs* emanari *Kraffert* emanare *Schöll in app.* uigere *Boyancé; cruces ponere malo, cum lex nondum lata sit, sed tantum promulgata: de re cf. Halm-Laubmann 132, Long 469* | legibus illis] istis (istius **b**) legibus **D** (*cf. l. 27*); *uide King-Clark 13* || **20** at res popularis] ad res populares (popularis **V**^{2}) **V**^{1} **D** *corr. Naugerius* | esse *del. Eberhard; cf. contra Zielinski Claus. 213* || **25** uim *om.* **nsv** || **28** obici se] obicere **V**^{1} obicere se **V**^{2}

rias statim protrahatur? non igitur prouocatio ista lege datur, sed duae
maxime salutares leges quaestionesque tolluntur. quid est aliud hortari
adulescentis ut turbulenti, ut seditiosi, ut perniciosi ciues uelint esse?
quam autem ad pestem furor tribunicius impelli non poterit his duabus
5 quaestionibus de ui et maiestate sublatis? quid, quod obrogatur legibus 23
Caesaris, quae iubent ei qui de ui itemque ei qui maiestatis damnatus sit
aqua et igni interdici? quibus cum prouocatio datur, nonne acta Caesaris
rescinduntur? quae quidem ego, patres conscripti, qui illa numquam
probaui, tamen ita conseruanda concordiae causa arbitratus sum ut non
10 modo, quas uiuus leges Caesar tulisset, infirmandas hoc tempore non
putarem, sed ne illas quidem quas post mortem Caesaris prolatas esse et 10
fixas uidetis. de exsilio reducti a mortuo; ciuitas data non solum singulis 24
sed nationibus et prouinciis uniuersis a mortuo; immunitatibus infinitis
sublata uectigalia a mortuo. ergo haec, uno uerum optimo auctore, domo
15 prolata defendimus: eas leges quas ipse nobis inspectantibus recitauit,
pronuntiauit, tulit, quibus latis gloriabatur eisque legibus rem publicam
contineri putabat, de prouinciis, de iudiciis, eas, inquam, Caesaris leges
nos qui defendimus acta Caesaris euertendas putamus? ac de his tamen 25
legibus quae promulgatae sunt saltem queri possumus: de eis quae iam
20 latae dicuntur ne illud quidem licuit. illae enim sine ulla promulgatione
latae sunt ante quam scriptae.

Quaero autem quid sit cur aut ego aut quisquam uestrum, patres con-
scripti, bonis tribunis plebi leges malas metuat. paratos habemus qui
intercedant, paratos qui rem publicam religione defendant: uacui metu
25 esse debemus. 'quas tu mihi' inquit 'intercessiones, quas religiones?' eas
scilicet quibus rei publicae salus continetur. 'neglegimus ista et nimis
antiqua ac stulta ducimus: forum saepietur; omnes claudentur aditus;
armati in praesidiis multis locis conlocabuntur.' quid tum? quod ita erit 26
gestum, id lex erit? et in aes incidi iubebitis, credo, illa legitima: CONSVLES

6–7 *Arus. Gramm. VII 469, 3–4* quae iubent . . . damnatus sit; *VII 481, 1–2* iubent . . . interdici || **24–25** *Arus. Gramm. VII 514, 11* uacui . . . debemus || **29** *Arus. Gramm. VII 487, 15* et . . . iubebitis

2 hortaria **V**^{1} adhortari **D** *corr.* **V**^{2} || **4** ad rei p. pestem **D**, *prob. Ernesti 1354; cf. contra Halm-Laubmann 53* || **5** de ui et de maiestate **D** de ui et maiestatis *Halm* (*fort. recte; cf. enim § 21, King-Clark 14*) *del. Cobet* || **6** ei qui^2 *om.* **V** | maiestates **V** || **9** tamen *om.* **D**; *cf. 8, 19, K.-St. II 295* || **10** caesar leges **cnsv** || **12** multi *post* reducti *add. Eberhard* || **13** a mortuo *om.* **nsv**; *cf. tamen Zielinski Claus. 213 et Halm-Laubmann 53, qui de triplici* a mortuo *2, 55* Antonius . . . Antonius . . . Antonius *conferunt* || **14** uerum] uiro **D**; *sed cf. King-Clark 14* || **15** nobis] nouos **V**^{1} (*corr.* **V**^{2}) uobis *Naugerius* | promulgauit *ante* recitauit *add. O. Müller* || **17** continere **D** (*corr.* **v**^{2}) || **18** uertendas **D** | putabimus **b**^{1} (*corr.* **b**^{2}) **n** (*prob. Ernesti 1355*) putauimus **stv** || **19** iam] tam **bcs** || **20** illud *om.* **V**^{1} (*add.* **V**^{2}) id *Halm dub. in app.* | sine ulla] nulla **D** || **22** quaero] quae **nsv** || **23** bonus **bcntv** | plebis **V**^{2} || **28** multis in locis **nv** || **29** uidebitis **bct**

POPVLVM IVRE ROGAVERVNT — hocine a maioribus accepimus ius rogandi? — POPVLVSQVE IVRE SCIVIT. qui populus? isne qui exclusus est? quo iure? an eo quod ui et armis omne sublatum est? atque haec dico de futuris, quod est amicorum ante dicere ea quae uitari possint: quae si facta non erunt, refelletur oratio mea. loquor de legibus promulgatis, de quibus est integrum uobis; demonstro uitia: tollite! denuntio uim, arma: remouete!

11 27 Irasci quidem uos mihi, Dolabella, pro re publica dicenti non oportebit. quamquam te quidem id facturum non arbitror — noui facilitatem tuam —; conlegam tuum aiunt in hac sua fortuna quae bona ipsi uidetur — mihi, ne grauius quippiam dicam, auorum et auunculi sui consulatum si imitaretur, fortunatior uideretur —: sed eum iracundum audio esse factum. uideo autem quam sit odiosum habere eundem iratum et armatum, cum tanta praesertim gladiorum sit impunitas: sed proponam ius, ut opinor, aequum, quod M. Antonium non arbitror repudiaturum. ego, si quid in uitam eius aut in mores cum contumelia dixero, quo minus mihi inimicissimus sit non recusabo; sin consuetudinem meam quam in re publica semper habui tenuero, id est si libere quae sentiam de re publica dixero, primum deprecor ne irascatur; deinde, si hoc non impetro, peto ut sic irascatur ut ciui. armis utatur, si ita necesse est, ut dicit, sui defendendi causa: eis qui pro re publica quae ipsis uisa erunt dixerint 28 ista arma ne noceant. quid hac postulatione dici potest aequius? quod si, ut mihi a quibusdam eius familiaribus dictum est, omnis eum quae habetur contra uoluntatem eius oratio grauiter offendit, etiam si nulla inest contumelia, feremus amici naturam. sed idem illi ita mecum: 'non idem tibi aduersario Caesaris licebit quod Pisoni socero', et simul admonent quiddam quod cauebimus: 'nec erit iustior in senatum non ueniendi morbi causa quam mortis.'

12 29 Sed per deos immortalis! — te enim intuens, Dolabella, qui es mihi carissimus, non possum utriusque uestrum errorem reticere —: credo

26–27 *Arus. Gramm. VII 488, 22–23* et . . . cauebimus

1 hocine] hoc enim **D**V^2 || **3** ego haec **cnstv** ego hoc **b** || **6. 7** uim: arma remouete *dist.* **c** (*cf. tamen l. 6* demonstro uitia: tollite; *uide supra* ui et armis *et cf. Schöll 22*) uim arma, remouete *dist. Poggius* || **8** uos quidem **D** | dicenti *om.* s^1 (*add.* s^2)**t** | oportebat V^1 (*corr.* V^2) || **9** noui enim **bcnsv** || **10** tum aiunt V^1 (*corr.* V^2) || **11–12** *dist. Aubert* || **12** esse *om.* **D**, *prob. Zielinski Claus. 213; sed de clausula ditrochaica cf. Fraenkel Les. 15* || **13** iratum eundem **D** || **17** sin] si **D** | meam] eam *Kornitzer, quem Schöll et Wuilleumier perperam secuti sunt; cf. enim Pasoli, Latin. 12, 1964, 27* || **17–18** quam . . . habui *om.* V^1 (*add.* V^2); *cf. Ernesti 1356* || **25** mecum locuntur **V**; *cf. Lutz 35* || **27–28** *dist. Aubert* || **27** iustior (istior **t**) p. c. **D** || **29–30** qui . . . carissimus *om.* V^1 (*add.* V^2)*; cf. Clark, Cl. R. 14, 1900, 402* || **30** de utriusque uestrum errore **D** (*def. Zielinski Claus. 213*)*; cf. tamen de structura K.-St. I 264 et de clausula Fraenkel Les. 199*

enim uos nobilis homines magna quaedam spectantis non pecuniam, ut
quidam nimis creduli suspicantur, quae semper ab amplissimo quoque
clarissimoque contempta est, non opes uiolentas et populo Romano mi-
nime ferendam potentiam, sed caritatem ciuium et gloriam concupiuisse.
5 est autem gloria laus recte factorum magnorumque in rem publicam me-
ritorum, quae cum optimi cuiusque, tum etiam multitudinis testimonio
comprobatur. dicerem, Dolabella, qui recte factorum fructus esset, nisi **30**
te praeter ceteros paulisper esse expertum uiderem. quem potes recordari
in uita inluxisse tibi diem laetiorem quam cum expiato foro, dissipato
10 concursu impiorum, principibus sceleris poena adfectis, ⟨urbe incendio
et caedis metu liberata⟩ te domum recepisti? cuius ordinis, cuius generis,
cuius denique fortunae studia tum laudi et gratulationi tuae se non ob-
tulerunt? quin mihi etiam, quo auctore te in his rebus uti arbitrabantur,
et gratias boni uiri agebant et tuo nomine gratulabantur. recordare,
15 quaeso, Dolabella, consensum illum theatri, cum omnes earum rerum
obliti propter quas fuerant tibi offensi significarent se beneficio nouo
memoriam ueteris doloris abiecisse. hanc tu, P. Dolabella, — magno **31**
loquor cum dolore — hanc tu, inquam, potuisti aequo animo tantam
dignitatem deponere?

20 Tu autem, M. Antoni, — absentem enim appello — unum illum diem **13**
quo in aede Telluris senatus fuit non omnibus his mensibus quibus te
quidam multum a me dissentientes beatum putant anteponis? quae
fuit oratio de concordia! quanto metu senatus, quanta sollicitudine
ciuitas tum a te liberata est cum conlegam tuum, depositis inimicitiis,

5 *Isid. Orig. 2, 30, 2* gloria . . . meritorum

4 concupisse **bctvs²** concepisse **s¹** || 5 est . . . laus] gloria est laus **Cus.** | ea est autem **bct V²** (*prob. Mittermayer I 19*) ea autem est **nsv** | et laus **DV²** ea laus *Clark dub. in app.* | in rem publica **V** in re publica **Cus.** | meritorum **VCus.bnstv** fama meritorum **c**, *Isid.; prob. Clark, Cl. R. 14, 1900, 403, coll. Cic. Marc. 26, Sest. 139, Inu. 2, 166; cf. tamen Schöll 22* || 8 praeter ceteros *om.* **D** || 9 tibi illuxisse **nsv** || 10–11 urbe . . . liberata *om.* **V¹D** urbe incendio et tedis metu liberata *add.* **V²** *corr. Faernus; cf. Cic. Fam. 9, 14, 8* liberasti igitur et urbem periculo et ciuitatem metu, *Clark Desc. 197, Cl. R. 14, 1900, 402* || 12 tulerunt **V** optarent **nsv** || 13 cum etiam mihi **n** cum etiam **s** cum mihi etiam **t** quin etiam **v** || 16 significarunt **bc** significauerunt **nsv** (*ut censet Halm, „uidetur* significarent *ferri posse, si explices:* recordare qui consensus theatri fuerit, cum significarent") | se *om.* **V** || 20 te **D** | enim *om.* **D** || 22 dissentientem **cn** || 23 oratio tua *Muretus* | senatus *Ernesti* ueteranis **V¹** ueterani **bctV²** cetera **n** ueteri **s** ueteris **v** ueteris mali *Orelli* ueterum malorum *Halm* ueteris anni *Jeep* uestri animi *Weber* ueteranorum *Weiske* *del. Manutius;* ueterani *defenditur a Boulanger et Wuilleumier I 71 adn. 4; cf. tamen Campe, J. cl. Ph. 91, 1865, 166, qui § 5* liberatus periculo caedis paucis post diebus senatus *confert, Clark Desc. 198 et de corruptelae origine Clark in app.* || 24 tum *om.* **nv** | cum conlegam tuum] tu collegam **bct** (*prob. Lutz 8 sq., qui Cic. Tusc. 5, 5 confert*) tuum collegam (-a **v**)**nsv** | dispositis **n¹** (*corr.* **n²**)**st**

oblitus auspiciorum a te ipso augure populi Romani nuntiato⟨rum⟩,
illo primum die conlegam tibi esse uoluisti, tuus paruus filius in Capitolium a te missus pacis obses fuit! quo senatus die laetior, quo populus
32 Romanus? qui quidem nulla in contione umquam frequentior fuit. tum
denique liberati per uiros fortissimos uidebamur, quia, ut illi uoluerant, 5
libertatem pax consequebatur. proximo, altero, tertio, denique reliquis
consecutis diebus non intermittebas quasi donum aliquod cotidie adferre rei publicae; maximum autem illud quod dictaturae nomen sustulisti. haec inusta est a te, a te, inquam, mortuo Caesari nota ad ignominiam sempiternam. ut enim propter unius M. Manli scelus decreto gentis 10
Manliae neminem patricium Manlium ⟨Marcum⟩ uocari licet, sic tu
33 propter unius dictatoris odium nomen dictatoris funditus sustulisti. num
te, cum haec pro salute rei publicae tanta gessisses, fortunae tuae, num
amplitudinis, num claritatis, num gloriae paenitebat? unde igitur subito
tanta ista mutatio? non possum adduci ut suspicer te pecunia captum. 15
licet quod cuique libet loquatur, credere non est necesse. nihil enim umquam in te sordidum, nihil humile cognoui. quamquam solent domestici
deprauare non numquam; sed noui firmitatem tuam. atque utinam ut
14 culpam, sic etiam suspicionem uitare potuisses! illud magis uereor ne
ignorans uerum iter gloriae gloriosum putes plus te unum posse quam 20
omnis et metui a ciuibus tuis quam diligi malis. quod si ita putas, totam
ignoras uiam gloriae. carum esse ciuem, bene de re publica mereri, laudari, coli, diligi gloriosum est; metui uero et in odio esse inuidiosum, de-
34 testabile, imbecillum, caducum. quod uidemus etiam in fabula illi ipsi
qui 'oderint, dum metuant' dixerit perniciosum fuisse. utinam, M. An- 25

15 *Non. 253, 15–16* non possum . . . captum || **25** oderint dum metuant *Acc. Trag. 203–204 R.*[3]

1 auspiciorum a te ipso augure pronuntiate (pronuntiante **V**[2])**V**[1] auspicia te ipso augure nuntiante **D** (*prob. Ernesti 1357*) auspici a te ipso augure p. R. nuntiati *Madvig Opusc. 754* auspicia te ipso augure p. R. nuntiata *Lutz, corr. Faernus; cf. 2, 79–83, Mittermayer I 21sq.* || 2 primo **bcstv** | tuus] tunc **V** licet tuus **b** K. tuus **ctv** R. tuus **ns** cum tuus *Halm, corr.* ς | in capitolio **bcnv** || 3.4 populus Romanus *om.* **V**[1] (*add.* **V**[2]) || 4 in contione erat **ct** || 5 per *om.* **V** || 6 consequebatur proxime. Altero *Hasper* | altero *del. Cobet, cuius sententia* proximus dies *idem ualet ac* sequens dies, *ut ap. Cic. Tusc. 4, 30; cf. tamen Schöll 22* | denique *om.* **D** || 9 c. caesari **bt** | nota res **Cus.** || 11 *suppl. Gulielmius* || 13 te cum haec **VCus.** haec te cum **D** || 14 claritatis] ⟨ciuium⟩ caritatis *Busche, coll. § 29* caritatem ciuium et gloriam | num gloriae **DCus.V**[2] *om.* **V**[1]*; cf. Schöll 22* || 16 enim *om.* **Cus.** || 17 in te . . . quamquam *om.* **D** (*nisi quod* tam sanctum est non **b**) || 21 quam diligi malis *om.* **V**, *prob. Mittermayer I 22; cf. tamen Cic. Off. 2, 29* dum metui quam cari esse et diligi maluimus, *Clark, Cl. R. 14, 1900, 402 et de lacunae origine Schöll 22sq.* || 22 publica *om.* **V**[1] (*add.* **V**[2]) || 23 in] id **sv** | et detestabile **V** || 24 in fabulis ipsi illi **D** || 25 oderunt **bn**[1] (*corr.* **n**[2])**st** | dixerint **bstvn**[2] dixerant **n**[1]; *cf. Lebreton 265* | M. *om.* **nstv**

toni, auum tuum meminisses! de quo tamen audisti multa ex me eaque saepissime. putasne illum immortalitatem mereri uoluisse, ut propter armorum habendorum licentiam metueretur? illa erat uita, illa secunda fortuna, libertate esse parem ceteris, principem dignitate. itaque, ut omit-
5 tam res aui tui prosperas, acerbissimum eius supremum diem malim quam L. Cinnae dominatum, a quo ille crudelissime est interfectus.

35 Sed quid oratione te flectam? si enim exitus C. Caesaris efficere non potest ut malis carus esse quam metui, nihil cuiusquam proficiet nec ualebit oratio. quem qui beatum fuisse putant, miseri ipsi sunt. beatus
10 est nemo qui ea lege uiuit ut non modo impune sed etiam cum summa interfectoris gloria interfici possit. qua re flecte te, quaeso, et maiores tuos respice atque ita guberna rem publicam ut natum esse te ciues tui gaudeant: sine quo nec beatus nec c[l]arus nec †unctus† quisquam esse omni⟨no⟩ potest.

15 36
15 Populi quidem Romani iudicia multa ambo habetis, quibus uo[bi]s non satis moueri permoleste fero. quid enim gladiatoribus clamores innumerabilium ciuium? quid populi uersus? quid Pompei statuae plausus infiniti, quid duobus tribunis plebis qui uobis aduersantur? parumne haec significant incredibiliter consentientem populi Romani uniuersi uolunta-
20 tem? quid? Apollinarium ludorum plausus uel testimonia potius et iudicia populi Romani parum magna uobis uidebantur? o beatos illos qui, cum adesse ipsis propter uim armorum non licebat, aderant tamen et in medullis populi Romani ac uisceribus haerebant! nisi forte Accio tum plaudi et sexagesimo post anno palmam dari, non Bruto putabatis, qui ludis
25 suis ita caruit ut in illo apparatissimo spectaculo studium populus Roma-

2 *Seru. pl. ad Verg. Aen. 4, 343* putasne . . . uoluisse

1 multa audiui ex me **bcnsv** multa ex me audisti **t** | eaque] aquae **V** *om.* **D** quam *coni. Muretus, corr. Faernus* (*prob. Mittermayer I 22*) || 2 putasne . . . uoluisse *om.* **n**s^1v^1 (*add.* s^2v^2) || 4 cum ceteris **D**; *cf. King-Clark 19* || 5 diem supremum **nsv** | mallem **bcnsv** || 7 non] hoc non **bnst** || 8 cuiusdam **nstv** || 9 fuisse *om.* **t** || 12 te *om.* V^1 (*add.* V^2) || 13 clarus **VD** *corr. Clark, Cl. R. 14, 1900, 403, qui § 33. 35; 2, 112 confert; uide etiam Lutz 59* | nec unctus **V** *om.* **D** nec tutus *coni. Muretus* (*prob. Lutz 59*) nec sanctus *Deycks* nec diuturnus *Mittermayer* (*coll. 2, 113*) nec munitus *P. R. Müller* nec ullus *Ostermann* nec impunitus *Schanz* nec iucundus *Weber, prob. Clark, Cl. R. 14, 1900, 403, qui § 37, Sull. 62, Fin. 1, 51 confert; quibus exemplis addi possunt Cluent. 202; Font. 47; Sest. 6; Fam. 1, 9, 24; 13, 1, 5; Hor. Sat. 1, 5, 44; attamen, ut recte contendit Lutz 59, de coniunctione et necessitate amicorum inter se semper agitur* | esse quisquam **D**, *prob. Lutz 60* || 14 omni potestate **V** potest **D** omnino potest. At *Deycks* omni potest parte *Schöll in app., corr. Muretus* || 15 uos non] uobis non **V** non **b**v^2 *om.* **cnst**v^1 *corr. Poggius; cf. Clark Desc. 192* || 16 quid enim? *dist. C. F. W. Müller* | gladiatorii **bcnt** gladiatoris **s** gladiatori **v** || 18 duobus] ii **Vc** his n^1**s** (*cf. Mittermayer I 23*) hi **v**n^2 u **t** *corr. Faernus* || 21 parum magna] praua (parua **t**) **D** | cum] quamquam *Halm* || 23 laudi **sv** || 24 non putabitis Bruto **cnstv** (putabitis *et* V^2) non putabatis bruto **b** || 25 studium suum V^2

nus tribueret absenti, desiderium liberatoris sui perpetuo plausu et clamore leniret.

37 Equidem is sum qui istos plausus, cum popularibus ciuibus tribuerentur, semper contempserim; idemque cum a summis, mediis, infimis, cum denique ab uniuersis hoc idem fit, cumque ei qui ante sequi populi consensum solebant fugiunt, non plausum illum, sed iudicium puto. sin haec leuiora uobis uidentur quae sunt grauissima, num etiam hoc contemnitis quod sensistis tam caram populo Romano uitam A. Hirti fuisse? satis erat enim probatum illum esse populo Romano, ut est; iucundum amicis, in quo uincit omnis; carum suis, quibus est ipse carissimus: tantam tamen sollicitudinem bonorum, tantum timorem omnium in quo meminimus? 38 certe in nullo. quid igitur? hoc uos, per deos immortalis! quale sit non interpretamini? quid? eos de uestra uita cogitare non censetis quibus eorum quos sperant rei publicae consulturos uita tam cara sit?

Cepi fructum, patres conscripti, reuersionis meae, quoniam et ea dixi, ut quicumque casus consecutus esset, exstaret constantiae meae testimonium, et sum a uobis benigne ac diligenter auditus. quae potestas si mihi saepius sine meo uestroque periculo fiet, utar: si minus, quantum potero, non tam mihi me quam rei publicae reseruabo. mihi fere satis est quod uixi uel ad aetatem uel ad gloriam: huc si quid accesserit, non tam mihi quam uobis reique publicae accesserit.

M. TVLLI CICERONIS

IN M. ANTONIVM

ORATIO PHILIPPICA SECVNDA

1 Quonam meo fato, patres conscripti, fieri dicam ut nemo his annis uiginti rei publicae fuerit hostis qui non bellum eodem tempore mihi

8–10 *Mart. Cap. Rhet. Lat. 468, 26* Auli Hirti uita populo cara est, quod ei populus plaudit

1 tribuerit **V**^{1} **D** (*frustra def. Mittermayer I 24*) *corr.* **V**^{2} | ut absenti **V**^{1} (ut *del.* **V**^{2}) absenti, ut *Faernus* et (*i. e.* etiam) absenti *Mittermayer* || 3 is sum] istum **cstv** | a popularibus **c** (*def. Pasoli, Latin. 12, 1964, 28; cf. tamen Madvig Opusc. 165, C. F. W. Müller CII, King-Clark 20*) a populi parte *Campe* | a plebe *post* ciuibus *add. Lutz; cf. tamen Pasoli, Latin. 12, 1964, 28* || 4 contempserit **cnsv** || 5 consequi *Lutz* | assensum *Eberhard* || 8 A. *om.* **V**^{1} (*add.* **V**^{2}) || 9 enim erat probatum **cnv** (*sed cf. Hand Turs. II 403*) enim probatum erat **b** enim *om.* **t** | est] esset **bcnt** esse **v** || 10 ipse *om.* **D**; *cf. contra Zielinski Claus. 24* || 11 omnium *om.* **V** || 13 non *om.* **D** || 14 quod sperant **nv** || 15 quoniam] qui non **nv** qui nunc **s** | et ea] ea **bcst** mea **nv** || 16 conscienti(a)e **cnsv** || 19 qui mihi fere **V** quia mihi fere *Halm dub. in app.* || 22 quoniam **V** | facto **Vnv**

quoque indixerit? nec uero necesse est quemquam a me nominari:
uobiscum ipsi recordamini. mihi poenarum illi plus quam optarem dede-
runt: te miror, Antoni, quorum facta imitere, eorum exitus non per-
horrescere. atque hoc in aliis minus mirabar. nemo enim illorum inimicus
5 mihi fuit uoluntarius: omnes a me rei publicae causa lacessiti. tu ne uerbo
quidem uiolatus, ut audacior quam Catilina, furiosior quam Clodius ui-
derere, ultro me maledictis lacessisti, tuamque a me alienationem com-
mendationem tibi ad impios ciuis fore putauisti. quid putem? contemp- 2
tumne me? non uideo nec in uita nec in gratia nec in rebus gestis nec in
10 hac mea mediocritate ingeni quid despicere possit Antonius. an in senatu
facillime de me detrahi posse credidit? qui ordo clarissimis ciuibus bene
gestae rei publicae testimonium multis, mihi uni conseruatae dedit. an
decertare mecum uoluit contentione dicendi? hoc quidem est beneficium.
quid enim plenius, quid uberius quam mihi et pro me et contra Anto-
15 nium dicere? illud profecto: non existimauit sui similibus probari
posse se esse hostem patriae, nisi mihi esset inimicus. cui prius quam de 3
ceteris rebus respondeo, de amicitia quam a me uiolatam esse criminatus
est, quod ego grauissimum crimen iudico, pauca dicam.

Contra rem suam me nescio quando uenisse questus est. An ego non 2
20 uenirem contra alienum pro familiari et necessario, non uenirem contra
gratiam non uirtutis spe, sed aetatis flore conlectam, non uenirem contra
iniuriam quam iste intercessoris iniquissimi beneficio obtinuit, non iure
praetorio? sed hoc idcirco commemoratum a te puto u[i]t te infimo or-
dini commendares, ⟨cum omnes te⟩ recordarentur libertini generum et

3 *Isid. Orig. 2, 9, 12; Cassiod. Rhet. Lat. 499, 26* te miror . . . non pertimescere || 8–10 *Quintil. Inst. 11, 1, 25* quid . . . Antonius || 12–15 *Quintil. Inst. 11, 1, 25* an decertare . . . dicere

1 a me quemquam **D** || 1.2 a me nominari uobis, qui ipsi recordamini *Mittermayer* (uobiscum *iam improbauerat Muretus*); *cf. tamen Cic. Mur. 50, Cael. 43, Wernsdorf I 129* || 2 optaram *Heumann, prob. Ernesti 1361; cf. tamen Cic. Pis. 46, Sest. 82, Halm-Laubmann 61, King 35, Nisbet 107* || 3 facta] exempla *Isid., Cassiod.* | imitaris *Isid., Cassiod.; cf. tamen Mittermayer II 16* | pertimescere **t**, *Isid., Cassiod.* || 4 minas **V**^{1} (*corr.* **V**^{2}) | enim *om.* **nv** || 4.5 illorum mihi inimicus **ns** || 5 rei publicae] re **V** || 6 l. catilina **DV**^{2}; *cf. Mittermayer II 20* | furiosius **V**^{1} (*corr.* **V**^{2}) | p. clodius **DV**^{2} || 7 ut romae maledictis **V**^{1} ultro maledictis me **DV**^{2} *corr. Faernus* | commendationem *om.* **nsv** || 8 fere **V**^{1} (*corr.* **V**^{2}) || 9.10 in haec **V** || 10 quid] qui **V** || 11 de me *om.* **nsv** || 13 beneficium est **nsv** || 14 mihi quam *Campe* quam me hic *Jeep* mihi *ante* plenius *transt. Hasper, del. Koch; sed nihil mutandum, ut recte monent Halm-Laubmann 62* || 15 illud profecto est **D**; *sed cf. Cic. Fam. 12, 22, 2, Sest. 43 et uide Mittermayer II 27, Denniston 92* | suis similibus **D**; *sed cf. e. g. 1, 5* || 16 se *om.* **V** || 17 amicitia] amici tam **V** || 18 ego *om.* **nsv** || 20 familiaria **V** | necessario meo **D**; *cf. Rizzo 332* || 23 – p. 16, 1 sed hoc . . . fuisse *om.* **D**; *cf. Clark Desc. 192, Schöll 23* || 23 ut] uit **V** uti *Halm, corr. Poggius* || 24 cum omnes te *om.* **V**^{1} (*et* **D**) cum omnes *add.* **V**^{2} cum te omnes *ed. Aldina, corr. Halm; cum omnes frustra def. Pasoli, Latin. 12, 1964, 29 sq.* | libertinum **V** *corr.* ς

liberos tuos nepotes Q. Fadi, libertini hominis, fuisse. at enim te in disciplinam meam tradideras — nam ita dixisti —, domum meam uentitaras. ne tu, si id fecisses, melius famae, melius pudicitiae tuae consuluisses. sed neque fecisti nec, si cuperes, tibi id per C. Curionem facere
4 licuisset. auguratus petitionem mihi te concessisse dixisti. o incredibilem 5
audaciam, o impudentiam praedicandam! quo enim tempore me augurem a toto conlegio expetitum Cn. Pompeius et Q. Hortensius nominauerunt — nec enim licebat a pluribus nominari —, tu nec soluendo eras nec te ullo modo nisi euersa re publica fore incolumem putabas. poteras autem eo tempore auguratum petere cum in Italia Curio non esset, aut tum cum 10
es factus unam tribum sine Curione ferre potuisses? cuius etiam familiares de ui condemnati sunt, quod tui nimis studiosi fuissent.

3 5 At beneficio sum tuo usus. quo? quamquam illud ipsum quod commemoras semper prae me tuli: malui me tibi debere confiteri quam cuiquam minus prudenti non satis gratus uideri. sed quo beneficio? quod me Brun- 15
disi non occideris? quem ipse uictor, qui tibi, ut tute gloriari solebas, detulerat ex latronibus suis principatum, saluum esse uoluisset, in Italiam ire iussisset, eum tu occideres? fac potuisse. quod est aliud, patres conscripti, beneficium latronum nisi ut commemorare possint eis se dedisse uitam quibus non ademerint? quod si esset beneficium, numquam 20
qui illum interfecerunt a quo erant conseruati, quos tu ipse clarissimos uiros soles appellare, tantam essent gloriam consecuti. quale autem beneficium est quod te abstinueris nefario scelere? qua in re non tam iucundum mihi uideri debuit non interfectum ⟨me⟩ a te quam miserum te id
6 impune facere potuisse. sed sit beneficium, quando quidem maius accipi 25
a latrone nullum potuit: in quo potes me dicere ingratum? an de interitu rei publicae queri non debui, ne in te ingratus uiderer? at in illa querela misera quidem et luctuosa, sed mihi pro hoc gradu in quo me senatus

1–2 *Arus. Gramm. VII 513, 4* at . . . uentitaras || 8 *Prisc. Gramm. III 360, 7* tu . . . eras

1 Q. Fadi *del. Campe; cf. tamen Cic. Att. 16, 11, 1* | at tu *Arus.* || 2 uentitabas *Cobet coll. Cic. Leg. 1, 4* || 4 C. *om.* **V** | faceres **V** || 8 neque enim **D** | nec soluendo eras] nec soluendo era aderas **b** nec solus deeras **nv** nec solus eras **s** nec eras **t**; *cf. tamen Cic. Scaur. frg. 13, Off. 2, 79, Fam. 3, 8, 2, Att. 13, 10, 3, K.-St. I 747, Lebreton 385 sq.* || 9 re publica] re **V**[1] (p. *add.* **V**[2]) | incolumem fore **cv**; *sed clausula ditrochaica optima est* || 10 in italiae curio **V** in Italia C. Curio *Halm; cf. Schöll 19 adn. 2* | aut] an *Eberhard; tradita def. Halm-Laubmann 64 coll. §§ 29. 92. 111* || 13 usus tuo **D** || 15 pudenti *Bake; cf. tamen Long 480* | quod] quo **b**[1]**ns tv**[1] (*corr.* **b**[2]**v**[2]) || 16 occiderit **V**[1] (*corr.* **V**[2]) || 18 tu] ut **V** || 21 ii (*uel* hi) qui **D** | conseruatio **V** seruati **D** *corr.* ς || 22 appellare soles **D** || 24 uideri mihi **D** | me *post* interfectum *add. Madvig, prob. Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 116* (*ante* non *add. iam Lambinus*); *cf. § 32* | a te *del. Cobet; sed cf. supra* me Brundisi non occideris . . . eum tu occideres | quam *om.* **V** | id te **D** || 27 at in] an in **bcnsv** an **t** || 27.28 misera querela **Cus.** || 28 quidem *om.* **Cus.**

populusque Romanus conlocauit necessaria, quid est dictum a me cum contumelia, quid non moderate, quid non amice? quod quidem cuius temperantiae fuit, de M. Antonio querentem abstinere maledicto, praesertim cum tu reliquias rei publicae dissipauisses, cum domi tuae tur-
5 pissimo mercatu omnia essent uenalia, cum leges eas quae numquam promulgatae essent et de te et a te latas confiterere, cum auspicia augur, intercessionem consul sustulisses, cum esses foedissime stipatus armatis, cum omnes impuritates pudica in domo cotidie susciperes uino lustrisque confectus. at ego, tamquam mihi cum M. Crasso contentio esset, quo- 7
10 cum multae et magnae fuerunt, non cum uno gladiatore nequissimo, de re publica grauiter querens de homine nihil dixi. itaque hodie perficiam ut intellegat quantum a me beneficium tum acceperit.

At etiam litteras, quas me sibi misisse diceret, recitauit homo et huma- 4 nitatis expers et uitae communis ignarus. quis enim umquam, qui pau-
15 lum modo bonorum consuetudinem nosset, litteras ad se ab amico missas offensione aliqua interposita in medium protulit palamque recitauit? quid est aliud tollere ex uita uitae societatem, tollere amicorum conloquia absentium? quam multa ioca solent esse in epistulis quae, prolata si sint, inepta uideantur, quam multa seria neque tamen ullo modo diuol-
20 ganda! sit hoc inhumanitatis: stultitiam incredibilem uidete. quid habes 8 quod mihi opponas, homo diserte, ut Mustelae tamen Seio et Tironi Numisio uideris? qui cum hoc ipso tempore stent cum gladiis in conspectu senatus, ego quoque te disertum putabo, si ostenderis quo modo sis eos inter sicarios defensurus. sed quid opponas tandem, si negem me

8–9 *Non. 333, 26* cum omnes ... confectus | *Seru. pl. ad Verg. Aen. 3, 647* uino lustrisque confectos || 18 *Seru. ad Verg. Aen. 1, 806* quam ... epistolis

3 maledicti **V**[1] maledictu **V**[2] maledictis *Faernus* || 6 confitere **V**[1] confiterer **cntV**[2] confitereris **v** || 8 impudica **V**, *Non.; sed* pudica *dicitur* domus *cum olim Cn. Pompei fuerit: cf. enim § 69* quid enim umquam domus illa (*sc.* Pompei) uiderat nisi pudicum? *eandem oppositionem inter domus pudicitiam nouique domini impudicitiam inuenire possumus in § 104, Off. 1, 139; cf. etiam Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 116 sq.* || 9 tamquam] tam **V** quamquam **t** || 10 et] etiam **V** et tam *Halm* (*sed cf. Madvig Opusc. 754*) et sane *Hirschfelder* et etiam *Schmalz; cf. tamen ThLL VIII 143, 15, Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 117* || 12 intellegas **V** | tum *om.* **nsv** || 14, 15 paulum modo] paulo **V**; *cf. Hand Turs. III 630* || 15 bonorum] politiorum *uel* elegantiorum *Campe* urbanorum *Hirschfelder; sed cf. Halm-Laubmann 66* || 17 ex] et **V** e **D** *corr. Halm* || 18 ioca **n**, *Seru.* loca **Vbcstv** | esse *om.* **V** *post* epistulis *transt. Halm dub. in app.* || 20 inhumanitatis tuae **D**, *prob. Schöll 21 adn. 2 propter clausulam; sed clausula ditrochaica optima est: cf. etiam Rizzo 332* || 21 ut Mustelae tamen Seio] mus et laetam esse **V** ut mustelae tam inscio **c** ut mustelae tamen scio **nsv**; *de Tirone et Mustela cf. etiam § 106; 8, 26; 12, 4; 13, 3; de re cf. Denniston 95, Clark, Cl. R. 14, 1900, 404* || 21, 22 et Tironi Numisio *om.* **V** | ut Tironi et Mustelae iam esse *Halm* (iam *del. Cobet*) ut Mustelae iam esse et Tironi *Kayser* ut Tironi et Mustelae tamen esse *Jeep* || 22 ipso] ipsum o **V** *in ras.* isto **cnstv** || 23 te quoque **V**

umquam ad te istas litteras misisse? quo me teste conuincas? an chiro-
grapho? in quo habes scientiam quaestuosam. qui possis? sunt enim
librari manu. iam inuideo magistro tuo, qui te tanta mercede quantam
9 iam proferam nihil sapere doceat. quid enim est minus non dico oratoris,
sed hominis quam id obicere aduersario quod ille si uerbo negarit longius 5
progredi non possit qui obiecerit? at ego non nego, teque in isto ipso
conuinco non inhumanitatis solum sed etiam amentiae. quod enim uer-
bum in istis litteris est non plenum humanitatis, offici, beneuolentiae?
omne autem crimen tuum est quod de te in his litteris non male existi-
mem, quod scribam tamquam ad ciuem, tamquam ad bonum uirum, non 10
tamquam ad sceleratum et latronem. at ego tuas litteras, etsi iure pot-
eram a te lacessitus, tamen non proferam: quibus petis ut tibi per me liceat
quendam de exsilio reducere, adiurasque id te inuito me non esse factu-
rum; idque a me impetras⟨ti⟩. quid enim me interponerem audaciae tuae,
quam neque auctoritas huius ordinis neque existimatio populi Romani 15
10 neque leges ullae possent coercere? uerum tamen quid erat quod me ro-
gares, si erat is de quo rogabas Caesaris lege reductus? sed uidelicet
meam gratiam uoluit esse, in quo ne ipsius quidem ulla esse poterat lege
lata.

5 Sed cum mihi, patres conscripti, et pro me aliquid et in M. Antonium 20
multa dicenda sint, alterum peto a uobis ut me pro me dicentem benigne,
alterum ipse efficiam ut, contra illum cum dicam, attente audiatis. simul
illud oro: si meam cum in omni uita tum in dicendo moderationem mo-
destiamque cognostis, ne me hodie, cum isti, ut prouocauit, respondero,
oblitum esse putetis mei. non tractabo ut consulem: ne ille quidem me ut 25
consularem. etsi ille nullo modo consul, uel quod ita uiuit uel quod ita
rem publicam gerit uel quod ita factus est. ego sine ulla controuersia con-
sularis.

11 Vt igitur intellegeretis qualem ipse se consulem profiteretur, obiecit
mihi consulatum meum. qui consulatus uerbo meus, patres conscripti, re 30
uester fuit. quid enim ego constitui, quid gessi, quid egi nisi ex huius or-

1 istas (istus **n**) litteras ad te **nsv** | quo in **sv** | conuinces **bcnst** || 3 librari] libera **D**; *cf. Halm-Laubmann 67, Rizzo 332* || 3.4 quantam iam proferam *del. O. Müller* || 4 docuit **D**, *prob. Ernesti 1364; cf. tamen Madvig Opusc. 166 adn. 1, Long 481 et uide §§ 42. 43. 101 et 3, 22* || 6 non nego teque in isto ipso *om.* **Cus.** | in ipso isto **ns** || 7 conuinco te **Cus.** | inhumanitatis] stultitiae **Cus.**; *cf. tamen §§ 7–8* homo . . . humanitatis expers; . . . sit hoc inhumanitatis || 7–8 solum . . . humanitatis *om.* **D** || 9 tuum] meum **n**[2] *del. Manutius* || 10 scribebam **V**, *prob. King 40 sq.* || 14 impetras **VD** (*prob. Pasoli, Latin. 12, 1964, 30*) *corr. Bake; cf. app. ad § 50* aduolasti, *Zielinski Claus. 213* | me[2] *om.* **sv** || 15 quam] quem **bcnst**, *prob. Schöll 23* || 17 lege Caesaris *Watt dub. coll. 1, 17. 19; 2, 109* leges Caesaris, *8, 7* lex Caesaris || 18 poterat esse **ctv** || 21 sunt **st** || 24 cognoscitis **s v** | respondebo **bcnsv** respondeo **t** || 26 est consul **D** || 29 se *om.* **sv** | consul **cn**[1] (consulem se **n**[2]) **stv** | profitetur **ns**

dinis consilio, auctoritate, sententia? haec tu homo sapiens, non solum
eloquens, apud eos quorum consilio sapientiaque gesta sunt ausus es
uituperare? quis autem meum consulatum praeter te ac P. Clodium qui
uituperaret inuentus est? cuius quidem tibi fatum, sicuti C. Curioni,
5 manet, quoniam id domus tuae est quod fuit illorum utrique fatale. non 12
placet M. Antonio consulatus meus. at placuit P. Seruilio, ut eum primum
nominem ex illius temporis consularibus qui proxime est mortuus; pla-
cuit Q. Catulo, cuius semper in hac re publica uiuet auctoritas; placuit
duobus Lucullis, M. Crasso, Q. Hortensio, C. Curioni, C. Pisoni, M'. Gla-
10 brioni, M'. Lepido, L. Volcatio, C. Figulo, D. Silano, L. Murenae, qui
tum erant consules designati; placuit idem quod consularibus M. Catoni,
qui cum multa uita excedens prouidit, tum quod te consulem non uidit.
maxime uero consulatum meum Cn. Pompeius probauit qui, ut me pri-
mum decedens ex Syria uidit, complexus et gratulans meo beneficio
15 patriam se uisurum esse dixit. sed quid singulos commemoro? frequen-
tissimo senatui sic placuit ut esset nemo qui mihi non ut parenti gratias
ageret, qui mihi non uitam suam, fortunas, liberos, rem publicam referret
acceptam.

6 13 Sed quoniam illis quos nominaui tot et talibus uiris res publica orbata
20 est, ueniamus ad uiuos qui duo de consularium numero reliqui sunt.
L. Cotta, uir summo ingenio summaque prudentia, rebus eis gestis quas
tu reprehendis supplicationem decreuit uerbis amplissimis, eique illi ipsi
quos modo nominaui consulares senatusque cunctus adsensus est; qui ho-
nos post conditam hanc urbem habitus est togato ante me nemini.
25 L. Caesar, auunculus tuus, qua oratione, qua constantia, qua grauitate 14
sententiam dixit in sororis suae uirum, uitricum tuum! hunc tu cum
auctorem et praeceptorem omnium consiliorum totiusque uitae debuisses
habere, uitrici te similem quam auunculi maluisti. huius ego alienus con-

4–5 *Diom. Gramm. I 314, 35* tibi poena manet (*cf. Keilii app. ad locum*) ||
5 *Arus. Gramm. VII 491, 25* quando tibi domi . . . fatale

1 sententiae **V**, *unde* sententia? et *coni. C. F. W. Müller dub. in app.* || 3 te ac P. Clodium] te p. aut clod. **V** p. clod. **D** te et P. Clodium *Muretus* te Publiumque Clod. *P. R. Müller, corr. Schöll* || 4 fatum] factum **cn**^{1} (*corr.* **n**^{2})**stv** poena *Diom.* | sicut **bcstv** | curioni **V**^{1} (c. *add.* **V**^{2}) c. curionem (centurionem **v**) **D** || 5 manet *ante* quod *Arus.* | quoniam id] quando tibi *Arus.*, *qui* tuae est *om.* | domùi **c** domu **n** domi **st**, *Arus.; cf. Madvig Opusc. 753* || 6 primo **D** || 7.8 placuit Q.] placuit quae **V** placuitque l. (placuit p. **v**) **D** *corr.* ς || 8 uiuit **D** (*fort. recte; cf. enim Cic. Att. 10, 1, 1* eius igitur mihi uiuit auctoritas) || 9.10 m. glabrioni m. lepido **V** m. lepido m. glabrioni **D** *corr. Muretus* || 10 uulcatio **Vt** | D. *om.* **V** || 11 idem qui *Koch* || 12 tum . . . uidit *om.* **ns**^{1} (*add.* **s**^{2}) || 13 ut primum **b**^{1} (me *suppl.* **b**^{2}) ut te primum **n**^{1} (*corr.* **n**^{2})**sv** ut primum te **t** || 14 congratulans **c** || 15 dixit esse **st** || 16 non mihi **D** || 20 uiuos] eos **nsv** | et consulari **cn**^{1} e consulari **btv** ex consulari **sn**^{2} || 23 *inter* est *et* qui **V**^{2} *add.* pĩ *supra lin.; de num. sing. cf. Lebreton 12* || 28 esse maluisti **D**; *cf. tamen 2, 19; 4, 6; Tusc. 5, 54. 66; Diuin. 2, 118 aliaque exempla ap. Madvig Fin. 313*

siliis consul usus sum: tu, sororis filius, ecquid ad eum umquam de re
publica rettulisti? at ad quos refert, di immortales? ad eos scilicet quorum
15 nobis etiam dies natales audiendi sunt. hodie non descendit Antonius.
cur? dat nataliciam in hortis. cui? neminem nominabo: putate tum
Phormioni alicui, tum Gnathoni, tum etiam Ballioni. o foeditatem homi- 5
nis flagitiosam, o impudentiam, nequitiam, libidinem non ferendam!
tu cum principem senatorem, ciuem singularem tam propinquum habeas,
ad eum de re publica nihil referas, referas ad eos qui suam rem nullam
habent, tuam exhauriunt? tuus uidelicet salutaris consulatus, pernicio-
7 sus meus. adeone pudorem cum pudicitia perdidisti ut hoc in eo templo 10
dicere ausus sis in quo ego senatum illum, qui quondam florens orbi
terrarum praesidebat, consulebam, tu homines perditissimos cum gladiis
16 conlocauisti? at etiam ausus es – quid autem est quod tu non audeas? –
cliuum Capitolinum dicere me consule plenum seruorum armatorum
fuisse. ut illa, credo, nefaria senatus consulta fierent, uim adferebam 15
senatui. o miser, siue illa tibi nota non sunt – nihil enim boni nosti –
siue sunt, qui apud talis uiros tam impudenter loquare! quis enim eques
Romanus, quis praeter te adulescens nobilis, quis ullius ordinis qui se
ciuem esse meminisset, cum senatus in hoc templo esset, in cliuo Capito-
lino non fuit, quis nomen non dedit? quamquam nec scribae sufficere nec 20
17 tabulae nomina illorum capere potuerunt. etenim cum homines nefarii
de patriae parricidio confiterentur, consciorum indiciis, sua manu, uoce
paene litterarum coacti se urbem inflammare, ciuis trucidare, uastare
Italiam, delere rem publicam consensisse, quis esset qui ad salutem
communem defendendam non excitaretur, praesertim cum senatus po- 25
pulusque Romanus haberet ducem, qualis si qui nunc esset, tibi idem
quod illis accidit contigisset? ad sepulturam corpus uitrici sui negat a me
datum. hoc uero ne P. quidem Clodius dixit umquam: quem, quia iure ei
18 inimicus fui, doleo a te omnibus uitiis iam esse superatum. qui autem tibi

13 *Arus. Gramm. VII 458, 4* quid . . . audeas

1 consul usus sum] consultus ussum (sum $\mathbf{V}^2$)**V**, *unde* consul tum usus sum *coni. Halm; cf. tamen Madvig Opusc. 754* || 2 publica *om.* $\mathbf{V}^1$ (*add.* $\mathbf{V}^2$) | at ad] ad ad $\mathbf{V}^1$ (*alt.* ad *del.* $\mathbf{V}^2$) ad **D** *corr. Faernus* | refert? di immortales, ad eos *dist. Schöll; cf. tamen Watt, ClQ 56, 1962, 259, Fraenkel Les. 108* || 4 natalicia **D**; *supple tamen* cenam *et cf. Cic. Att. 4, 5, 4* uiaticam, *Sh. B. Att. II 186 sq.* | putate tum] putato te eum **bt** putatote eum **cns** putabo eum te **v** putat eum $\mathbf{V}^2$; *cf. Sh. B. Att. III 303* || 5 etiam *om.* **D** || 8 refers ad eos refers **D**; *de coniunctiuo cf. Peskett 58* | suam rem] domum suam **D**; *de clausula* (◡— — —◡◡) *cf. Fraenkel Les. 188* || 10 templo] tempore $\mathbf{V}^1$ (*corr.* $\mathbf{V}^2$) || 13 autem] enim *Arus.* || 15 consulta tum (consultum **v**) **D** || 16 o miserum **D**; *cf. tamen 13, 34, Halm-Laubmann 71, Peskett 58 sq.* || 17 loquere **nsv** || 19 esse *om.* **D** || 22 cum consciorum **V** || 26 si quis **st** || 27 accidit contigisset] accidisset *Ernesti* || 29 fui inimicus **D** | iam] eum **V**, *quo recepto* cui quia iure inimicus fui, doleo . . . eum esse *coni. Stürenburg* eum *del. Halm; cf. tamen Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 117, H.-Sz. 569*

uenit in mentem redigere in memoriam nostram te domi P. Lentuli esse
educatum? an uerebare ne non putaremus natura te potuisse tam impro-
bum euadere, nisi accessisset etiam disciplina? tam autem eras excors ut 8
tota in oratione tua tecum ipse pugnares, non modo non cohaerentia
5 inter se diceres, sed maxime disiuncta atque contraria, ut non tanta me-
cum quanta tibi tecum esset contentio. uitricum tuum fuisse in tanto
scelere fatebare, poena adfectum querebare. ita quod proprie meum est
laudasti; quod totum est senatus reprehendisti. nam comprehensio son-
tium mea, animaduersio senatus fuit. homo disertus non intellegit eum
10 quem contra dicit laudari a se, eos apud quos dicit uituperari.

Iam illud cuius est, non dico audaciae – cupit enim se audacem –, 19
sed, quod minime uolt, stultitiae, qua uincit omnis, cliui Capitolini men-
tionem facere, cum inter subsellia nostra uersentur armati, cum in hac
cella Concordiae – di immortales! – in qua me consule salutares sen-
15 tentiae dictae sunt, quibus ad hanc diem uiximus, cum gladiis homines
conlocati stent? accusa senatum; accusa equestrem ordinem qui tum cum
senatu copulatus fuit; accusa omnis ordines, omnis ciuis, dum confiteare
hunc ordinem hoc ipso tempore ab Ituraeis circumsederi. haec tu non
propter audaciam dicis tam impudenter, sed quia tantam rerum repu-
20 gnantiam non uide[a]s. nihil profecto sapis. quid est enim dementius
quam, cum rei publicae perniciosa arma ipse ceperis, obicere alteri sa-
lutaria? at etiam quodam loco facetus esse uoluisti. quam id te, di boni, 20
non decebat! in quo est tua culpa non nulla. aliquid enim salis a mima
uxore trahere potuisti. 'cedant arma togae.' quid? tum nonne cesserunt?
25 at postea tuis armis cessit toga. quaeramus igitur utrum melius fuerit
libertati populi Romani sceleratorum arma an libertatem nostram armis
tuis cedere. nec uero tibi de uersibus plura respondebo: tantum dicam

2–3 *Non. 293, 7* an uerebare . . . euadere || **6–7** *Iul. Seu. Rhet. Lat. 360, 26* (= *368, 9*) auunculum . . . querebatur || **22–23** *Arus. Gramm. VII 465, 1* quam . . . decebat || **24** *Cic. Poet. frg. 16 Mor.* (*cf. etiam Cic. Off. 1, 77; Pis. 72; Plin. N. H. 7, 117; Quintil. Inst. 11, 1, 24; Laus Pis. 36; Inuect. in Cic. 6; Inuect. in Sall. 7; Seru. ad Verg. Aen. 1, 1; Plut. Comp. Dem. et Cic. 2*)

2 tam] non *codd. Nonii* || **3.4** ut tanta in ratione **sv** || **4** tua **V Cus.** *om.* **D**; *de clausula* (◡ — — ◡ — ◡◡◡) *cf. tamen Fraenkel Les. 109* | non modo **V Cus.** ut non modo **D** et non modo *Faernus* cum non modo *Halm in app.* | non[2] *om.* **tv** || **5** diiuncta *Klotz; sed de* disiungo *et* diiungo *in codicibus cf. ThLL V 1, 1385, 32–42; uide app. ad 2, 23* (*p. 22, 26*); disiuncta *et* **Cus.** *habet* || **6** uitricum] auunculum *Iul. Seu.* || **8** est *om.* **D** | nam cum **sv** || **11** audacem dici **D**; *cf. tamen Madvig Fin. 313* || **14** o dii **nsv** || **19** quia] qui **nstv** || **20** uideas **V D** (*def. Pasoli, Latin. 12, 1964, 30*) uidens *Luterbacher, corr. Ernesti; cf. Madvig Opusc. 166, Schöll 22* | ⟨si⟩ haec tu . . . impudenter, sed quia . . . non uideas, nihil profecto sapis *Madvig Adu. III 153* | sed quia, ⟨qui⟩ . . . non uideas, nihil profecto sapis *Halm* sed, cum tantam . . . non uideas, nihil profecto sapis *Lutz* | nihil profecto sapis *del. Koch; cf. tamen Lutz 62* || **21** ipse *ante* rei publicae **D** || **22** te *om.* **D** || **23** non[2] *om.* **cnstv** || **27** plura] tuis **t** *om.* **bcnsv**

breuiter, te neque illos neque ullas omnino litteras nosse; me nec rei publicae nec amicis umquam defuisse, et tamen omni genere monumentorum meorum perfecisse ut meae uigiliae meaeque litterae et iuuentuti utilitatis et nomini Romano laudis aliquid adferrent. sed haec non huius temporis: maiora uideamus. 5

9 21 Clodium meo consilio interfectum esse dixisti. quidnam homines putarent, si tum occisus esset cum tu illum in foro spectante populo Romano gladio insecutus es negotiumque transegisses, nisi se ille in scalas tabernae librariae coniecisset eisque oppilatis impetum tuum compressisset? quod quidem ego fauisse me tibi fateor, suasisse ne tu quidem dicis. at 10 Miloni ne fauere quidem potui; prius enim rem transegit quam quisquam eum facturum id suspicaretur. at ego suasi. scilicet is animus erat Milonis ut prodesse rei publicae sine suasore non posset. at laetatus sum. quid ergo? in tanta laetitia cunctae ciuitatis me unum tristem esse oportebat?
22 quamquam de morte Clodi fuit quaestio non satis prudenter illa quidem 15 constituta — quid enim attinebat noua lege quaeri de eo qui hominem occidisset, cum esset legibus quaestio constituta? — quaesitum est tamen. quod igitur, cum res agebatur, nemo in me dixit, id tot annis post tu es inuentus qui diceres?

23 Quod uero dicere ausus es idque multis uerbis, opera mea Pompeium 20 a Caesaris amicitia esse diiunctum ob eamque causam culpa mea bellum ciuile esse natum, in eo non tu quidem tota re sed, quod maximum est,
10 temporibus errasti. ego M. Bibulo, praestantissimo ciui, consule nihil praetermisi, quantum facere enitique potui, quin Pompeium a Caesaris coniunctione auocarem. in quo Caesar felicior fuit. ipse enim Pompeium 25 a mea familiaritate diiunxit. postea uero quam se totum Pompeius Cae-

6—9 *Schol. Bob. ad Cic. Mil. 40 (p. 123, 3—6 St.)* quidnam . . . con⟨iecisset⟩

1 te *om.* **bct** *ante* omnino *habent* **nsv** | ullas] illas **cv** || 2 et] at **c** ut **stv** || 3 perfecisse operis subsiciuis **bcnsv** perfecissem subsiciuis **t**; operis subsiciuis *def. Clark in app. coll. Cic. De orat. 2, 364, Leg. 1, 9. 13; cf. etiam Clark, Cl. R. 14, 1900, 403 at uide contra Fraenkel Les. 113* || 5 ad maiora ueniamus **D** || 6 p. clodium **DV**[2]*; cf. app. ad l. 15* || 7 inspectante **bct**, *Schol. Bob. ad Cic. Mil. 40, prob. Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 118; fortasse recte: cf. enim 3, 12, Vat. 34* || 8 gladio stricto **D** | se *ante* coniecisset *Schol. Bob. ad Cic. Mil. 40* *om.* **nsv** | in] sub **nv** || 9 eisque . . . compressisset *om.* **nsv** || 10 quod quidem] sed quid **bcst** sed **nv** || 11 potui suadere **V**[1] suadere *del.* **V**[2] || 12 facturum . . . suspicaretur] sciscitaretur facturum esse **c** suspicaretur eum facturum esse **bn**[1] (eum *del.* **n**[2]) **sv** sciscitaretur rem facturum esse **t** || 15 p. clodii **D** || 16—17 *sic dist. Halm* || 16 instituta *Cobet coll. Cic. Mil. 13; quod tamen exemplum uocem* constituta, *non* instituta, *tuetur* || 18 quid igitur **bct** | id] at **n**[1] (*corr.* **n**[2]) **t** et **s** ut **v** || 21 disiunctum **D** || 23 ciue **Vb** cui **t** || 24 nitique **b** innitique **nstv**[1] (*corr.* **v**[2])*; cf. tamen 4, 16, Diu. in Q. Caec. 26, Amic. 59, Att. 13, 29, 5, Tac. Dial. 11, 3* || 25 fuit felicior **cnstv** || 26 disiunxit **D**

sari tradidit, quid ego illum ab eo distrahere conarer? stulti erat sperare,
suadere impudentis. duo tamen tempora inciderunt quibus aliquid con- 24
tra Caesarem Pompeio suaserim. ea uelim reprehendas, si potes: unum ne
quinquenni imperium Caesari prorogaret, alterum ne pateretur ferri ut
5 absentis eius ratio haberetur. quorum si utrumuis persuasissem, in has
miserias numquam incidissemus. atque idem ego, cum iam opes omnis
et suas et populi Romani Pompeius ad Caesarem detulisset, seroque ea
sentire coepisset quae multo ante prouideram, inferrique patriae bellum
uiderem nefarium, pacis, concordiae, compositionis auctor esse non de-
10 stiti, meaque illa uox est nota multis: 'utinam, Cn. Pompei, cum C. Cae-
sare societatem aut numquam coisses aut numquam diremisses! fuit al-
terum grauitatis, alterum prudentiae tuae.' haec mea, M. Antoni, semper
et de Pompeio et de re publica consilia fuerunt. quae si ualuissent, res
publica staret, tu tuis flagitiis, egestate, infamia concidisses. **11**
15 Sed haec uetera, illud uero recens, Caesarem meo consilio interfectum. 25
iam uereor, patres conscripti, ne, quod turpissimum est, praeuaricatorem
mihi apposuisse uidear, qui me non solum meis laudibus ornaret sed etiam
oneraret alienis. quis enim meum in ista societate gloriosissimi facti
nomen audiuit? cuius autem qui in eo numero fuisset nomen est occul-
20 tatum? occultatum dico? cuius non statim diuolgatum? citius dixerim
iactasse se aliquos ut fuisse in ea societate uiderentur, cum conscii non
fuissent, quam ut quisquam celari uellet qui fuisset. quam ueri simile por- 26
ro est in tot hominibus partim obscuris, partim adulescentibus neminem
occultantibus meum nomen latere potuisse? etenim si auctores ad libe-
25 randam patriam desiderarentur illis a[u]ctoribus, Brutos ego impellerem,
quorum uterque L. Bruti imaginem cotidie uideret, alter etiam Ahalae?
hi igitur his maioribus ab alienis potius consilium peterent quam a suis
et foris potius quam domo? quid? C. Cassius in ea familia natus quae non

1 *Non. 287, 12* quid ⟨ego illum ab eo distrahere conarer?⟩ (*cf. Lindsay ad loc.*) ||
10–11 *Prisc. Gramm. II 395, 3–5; 407, 21–23* utínam . . . diremisses

1 tradiderat *Ernesti* || 4 ferri] fieri **D** || 6 ego *om.* **ns** | opes omnis] omnes
opes **D** || 7 et[1] *om.* **sv** | eadem **nsv** || 8 quae ego **Vcnsv** | ante multo **nsv** || 9 nefa-
rium uiderem **D** | non *om.* **cns**[1] (*suppl.* **s**[2])**tv** || 10 Cn. *om.* **V** | C. *om.* **V** || 12 graui-
tatis alterum *om.* **V**[1] (*add.* **V**[2]) || 18 oneraret *om.* **V**; *cf. tamen Liu. 4, 14; 22, 30 et
de adnominatione Wölfflin, ALL 3, 1886, 456, Clark, Cl. R. 14, 1900, 403, Lutz 11* |
in istius conscientia (conscia **b**) gloriosissimi facti **bc** in istius facti conscientia
gloriosissimi (-a **s**)**nsv** in istius facti conscientia gloriosissimi facti **t** || 20 occulta-
tum *om.* **bns**[1] (*add.* **s**[2])**v** || 21 ea] ista **D** || 21–22 cum . . . non fuissent *del. Cobet* |
socii cum conscii **b** socii cum socii **ct** socii **n**[1]**v** cum socii **s** qui socii **n**[2]; *cf.
Cic. Verr. 2, 4, 139* || 22 celare **D** | fuisset *om.* **D** || 23 partim[1]] parum **sv** || 23, 24 ne-
minem occultantibus *del. Koch; cf. etiam Gomperz, W. St. 2, 1880, 143* || 25 auctori-
bus **VD** (*prob. Pasoli, Latin. 12, 1964, 31 sq.*) *corr. Madvig Opusc. 133; cf. etiam Cobet,
Mnem. N. S. 7, 1879, 120 sq., qui de paronomasia Plut. Brut. 10, 1 confert* || 27 hi igitur
his] his igitur **D** | ab] orti ab **D** || 28 domi **bt** modo **s** | C. *om.* **V**[1] (*add.* **V**[2]) **nstv**

modo dominatum, sed ne potentiam quidem cuiusquam ferre potuit, me
auctorem, credo, desiderauit: qui etiam sine his clarissimis uiris hanc rem
in Cilicia ad ostium fluminis Cydni confecisset, si ille ad eam ripam quam
27 constituerat, non ad contrariam nauis appulisset. Cn. Domitium non
patris interitus, clarissimi uiri, non auunculi mors, non spoliatio digni- 5
tatis ad recuperandam libertatem, sed mea auctoritas excitauit? an C. Tre-
bonio ego persuasi? cui ne suadere quidem ausus essem. quo etiam maio-
rem ei res publica gratiam debet qui libertatem populi Romani unius
amicitiae praeposuit depulsorque dominatus quam particeps esse maluit.
an L. Tillius Cimber me est auctorem secutus? quem ego magis fecisse 10
illam rem sum admiratus quam facturum putaui, admiratus autem ob
eam causam quod immemor beneficiorum, memor patriae fuisset. quid?
duos Seruilios — Cascas dicam an Ahalas? — et hos auctoritate mea cen-
ses excitatos potius quam caritate rei publicae? longum est persequi ce-
teros, idque rei publicae praeclarum fuisse tam multos, ipsis gloriosum. 15

12
28 At quem ad modum me coarguerit homo acutus recordamini. 'Caesare
interfecto' inquit 'statim cruentum alte extollens Brutus pugionem Cice-
ronem nominatim exclamauit atque ei recuperatam libertatem est gra-
tulatus.' cur mihi potissimum? qui⟨a⟩ sciebam? uide ne illa causa fuerit
appellandi mei quod, cum rem gessisset consimilem rebus eis quas ipse 20
gesseram, me potissimum testatus est se aemulum mearum laudum ex-
29 stitisse. tu autem, omnium stultissime, non intellegis, si, id quod me
arguis, uoluisse interfici Caesarem crimen sit, etiam laetatum esse morte
Caesaris crimen esse? quid enim interest inter suasorem facti et proba-
torem? aut quid refert utrum uoluerim fieri an gaudeam factum? ecquis 25
est igitur, exceptis eis qui illum regnare gaudebant, qui illud aut fieri
noluerit aut factum improbarit? omnes ergo in culpa. etenim omnes boni,

4–5 *Non. 209, 8* Gnaeum Domitium . . . uiri

1 suorum *post* cuiusquam *add. Campe* || 2 quid etiam **V**^{1} (*corr.* **V**^{2}) || 3 cydoni **V** || 6 ad recuperandam] ad liberandam ad recipiendam **cn**^{1}**stv** ad liberandam patriam ad recipiendam **bn**^{2} | mea] me **Vv**^{1} (*corr.* **v**^{2}) || 6–8 an C. . . . debet *ante* Cn. Domitium (*l. 4*) *hab.* **V**; *cf. Clark Desc. 190* || 7 ego *om.* **D** | quo] quae **V** quare *Halm* || 10 L. Tillius] l. t. **V** l. tullius **D** *corr. Barbadorius* | Cimber me] cimbrem **V** || 11 sum autem ob **bcnsv** autem sum ob **t** || 12 eam] meam **ct** | quid *ex* quo **V**^{2} || 13 seruilios nomina propria (nomine proprio **n**^{2}) **n**^{1}**stv** | cascam . . . ahalam **V** || 15 fuisse tam multos *del. Bake; cf. etiam Gomperz, W. St. 2, 1880, 143* | tam] tamen **btv** tum **ns** | multo ipsis gloriosius est **D** || 17 m. brutus **D** || 19 qui **VD** quod *Ferrarius, corr. Graeuius* || 20 mei] me **bnstv** a me **c** || 21 me *om.* **nsv** | laudium **V**; *cf. tamen ThLL VII 2, 1062, 69–72* || 22 non] illud non **Cus.** | *post* intellegis *haec add.* **Cus.**: stupore asinino obnubilate amentissime || 24 enim *om.* **nsv** | suasorem] fautorem *Campe* || 25 aut . . . factum *del. Kraffert* || 26 te excepto is qui **cnstv** te excepto et ii qui **b** te excepto et iis qui *Gruter* | gaudebat **D** (*corr.* **b**^{2}) | aut fieri] auferri **n**^{1} (*corr.* **n**^{2}) **tv** || 26–27 aut . . . aut *del. Campe* || 27 improbauit **V** | ergo] enim **D**

quantum in ipsis fuit, Caesarem occiderunt: aliis consilium, aliis animus, aliis occasio defuit; uoluntas nemini. sed stuporem hominis uel dicam **30** pecudis attendite. sic enim dixit: 'Brutus, quem ego honoris causa nomino, cruentum pugionem tenens Ciceronem exclamauit: ex quo in-
5 tellegi debet eum conscium fuisse.' ergo ego sceleratus appellor a te quem tu suspicatum aliquid suspicaris; ille qui stillantem prae se pugionem tulit, is a te honoris causa nominatur? esto; sit in uerbis tuis hic stupor: quanto in rebus sententiisque maior! constitue hoc, consul, aliquando, Brutorum, C. Cassi, Cn. Domiti, C. Treboni, reliquorum quam uelis esse
10 causam; edormi crapulam, inquam, et exhala. an faces admouendae sunt quae excitent tantae causae indormientem? numquamne intelleges statuendum tibi esse utrum illi qui istam rem gesserunt homicidaene sint an uindices libertatis? attende enim paulisper cogitationemque sobrii **13 31** hominis punctum temporis suscipe. ego qui sum illorum, ut ipse fateor,
15 familiaris, ut a te arguor, socius, nego quicquam esse medium: confiteor eos, nisi liberatores populi Romani conseruatoresque rei publicae sint, plus quam sicarios, plus quam homicidas, plus etiam quam parricidas esse, si quidem est atrocius patriae parentem quam suum occidere. tu homo sapiens et considerate, quid dicis? si parricidas, cur honoris causa
20 a te sunt et in hoc ordine et apud populum Romanum semper appellati? cur M. Brutus referente te legibus est solutus, si ab urbe plus quam decem dies afuisset? cur ludi Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati? cur prouinciae Bruto, Cassio datae, cur quaestores additi, cur legatorum numerus auctus? atque haec acta per te. non igitur homicidas.
25 sequitur ut liberatores tuo iudicio, quando quidem tertium nihil potest esse. quid est? num conturbo te? non enim fortasse satis quae diiunctius **32** dicuntur intellegis. sed tamen haec summa est conclusionis meae, quoniam scelere a te liberati sunt, ab eodem amplissimis praemiis dignissimos iudicatos. itaque iam retexo orationem meam. scribam ad illos ut, si qui

10 *Arus. Gramm. VII 472, 9; 477, 13* edormi . . . exhala || **25** *Seru. ad Verg. Aen. 10, 105* quandoquidem

3 m. brutus **D** || **6** ille *uel* is *delendum censet Gruter, prob. Ernesti 1373* || **7** a te honoris] antenoris **V** abs te honoris *Halm* | in *om.* **nsv** || **10** inquam *om. Arus.* || **11** quae te **DV²**; *cf. tamen Long 490, King 53* | intellegis **bnsv** || **12** homicidae **Vbt** (*prob. Hauschild 301*) homicidae rei **nsv** || **13** enim *om.* **Cus.**; *cf. tamen Cic. Nat. deor. 2, 31; Tusc. 3, 25; 4, 40; 5, 68; K.-St. II 122* || **14** puncto temporis **bcns** per punctum temporis **Cus.**; *cf. tamen 8, 20; Verr. 2, 1, 103; Cat. 4, 7; Cluent. 40* || **15** ut] aut ut **bct** || **19** parricidae **D** || **20, 21** semper appellati cur *om.* **V** || **21** te referente **D** || **23** bruto casso **V** cassio et bruto **D** *corr.* ς || **24** auctus] est addictus **nsv** | atqui *Jahn; cf. tamen de* atque *cum ui aduersatiua ThLL II 1077, 15–57, H.-Sz. 658. 660, Pasoli, Ciceroniana 2, 1960, 150* | homicidae **bcnst** || **25** iudicio sint **D** || **26** distinctius **bnstv** *om.* **c**; *cf. tamen Cic. Top. 56, Acad. 2, 97* || **27** summa est] summas **V¹** summa **b** est summa **cnstv** *corr.* **V²** || **28** eodem te **D** (*cf. fortasse Cic. Sest. 107. 109*) || **28, 29** dignissimi iudicati (iudicandi **n²**) sunt **nsv** dignissimi iudicantur **t**

forte, quod a te mihi obiectum est, quaerent sitne uerum, ne cui negent.
etenim uereor ne aut celatum me illis ipsis non honestum aut inuitatum
refugisse mihi sit turpissimum. quae enim res umquam, pro sancte
Iuppiter, non modo in hac urbe sed in omnibus terris est gesta maior,
quae gloriosior, quae commendatior hominum memoriae sempiternae? 5
in huius me tu consili societatem tamquam in equum Troianum cum
33 principibus includis? non recuso; ago etiam gratias, quoquo animo facis.
tanta enim res est ut inuidiam istam quam tu in me uis concitare cum
laude non comparem. quid enim beatius illis quos tu expulsos a te prae-
dicas et relegatos? qui locus est aut tam desertus aut tam inhumanus qui 10
illos, cum accesserint, non adfari atque appetere uideatur? qui homines
tam agrestes qui se, cum eos aspexerint, non maximum cepisse uitae
fructum putent? quae uero tam immemor posteritas, quae tam ingratae
litterae reperientur, quae eorum gloriam non immortalitatis memoria
14 34 prosequantur? tu uero ascribe me talem in numerum. sed unam rem ue- 15
reor ne non probes: si enim fuissem, non solum regem sed etiam regnum
de re publica sustulissem; et, si meus stilus ille fuisset, ut dicitur, mihi
crede, non solum unum actum sed totam fabulam confecissem. quamquam
si interfici Caesarem uoluisse crimen est, uide, quaeso, Antoni, quid tibi
futurum sit, quem et Narbone hoc consilium cum C. Trebonio cepisse 20
notissimum est et ob eius consili societatem, cum interficeretur Caesar,
tum te a Trebonio uidimus seuocari. ego autem – uide quam tecum
agam non inimice – quod bene cogitasti aliquando, laudo; quod non
35 indicasti, gratias ago; quod non fecisti, ignosco. uirum res illa quaerebat.
quod si te in iudicium quis adducat usurpetque illud Cassianum 'cui 25
bono fuerit', uide, quaeso, ne haereas. quamquam illud quidem fuit, ut
tu dicebas, omnibus bono qui seruire nolebant, tibi tamen praecipue qui
non modo non seruis sed etiam regnas; qui maximo te aere alieno ad
aedem Opis liberauisti; qui per easdem tabulas innumerabilem pecuniam

25–26 *Prisc. Gramm. III 365, 17* illud . . . bono

1 quaerenti **bnstv** quaerant *Ernesti* || 2 ab ipsis illis **bcnst** ab illis ipsis **v** || 5 commendatior erit **D** || 7 ago] ego **st** || 11 cum] quo **VD** quoquo *Angelius, corr. ed. Cratandrina* || 14 reperiuntur **bestv** || 15 prosequatur **nv** prosequitur **s** || 16 adfuissem *Muretus* in eo fuissem *uel* interfuissem *C. F. W. Müller* in iis fuissem *Eberhard* fecissem *Schöll; fuissem sc.* in eo numero | regnum etiam **D** || 20 C. *om.* **V**[1] (*add.* **V**[2]) || 22 uidemus **nsv** | uideo **D** || 23 non[2] *om.* **V**; *cf. tamen King 55* || 24 uerum **n**[1] (*corr.* **n**[2]) **stv** || 25 usurpeturque **nsv** || 25. 26 'cui bono fuerit' *sic dist. Halm* 'cui bono' *dist. Prisc., quem secutus est Schöll in edit.; cf. tamen Cic. Mil. 32, Rosc. Amer. 84, King 55* || 26 quidem illud **n**[1] (*transt.* **n**[2]) **sv** || 26. 27 illud fuit tu ut dicebas quidem **V** illud fuit, [tu] ut dicebas quidem *Halm* illud fuit, tum quidem ut dicebas *Nohl* illud fuit, ut tu dicebas [quidem] *Reid* illud fuit, ut tu quidem dicebas *Schöll* | ut tum dicebas *Madvig* || 27 inseruire **nsv** || 29 aedem *del. Cobet, fort. recte: cf. enim 1, 17; 2, 93; 8, 26; ThLL I 486, 31; 522, 46; uide tamen 5, 18, Verr. 2, 4, 121* | liberabis **V** (*sed cf. Madvig Opusc. 754*) liberasti **nv** || 29 – p. 27, 1 qui . . . dissipauisti *del. Campe*

dissipauisti; ad quem e domo Caesaris tam multa delata sunt; cuius domi
quaestuosissima est falsorum commentariorum et chirographorum offi-
cina, agrorum, oppidorum, immunitatium, uectigalium flagitiosissimae
nundinae. etenim quae res egestati et aeri alieno tuo praeter mortem 36
5 Caesaris subuenire potuisset? nescio quid conturbatus esse uideris: num
quid subtimes ne ad te hoc crimen pertinere uideatur? libero te metu:
nemo credet umquam; non est tuum de re publica bene mereri; habet
istius pulcherrimi facti clarissimos uiros res publica auctores; ego te
tantum gaudere dico, fecisse non arguo. respondi maximis criminibus:
10 nunc etiam reliquis respondendum est.

15 37 Castra mihi Pompei atque illud omne tempus obiecisti. quo quidem
tempore si, ut dixi, meum consilium auctoritasque ualuisset, tu hodie
egeres, nos liberi essemus, res publica non tot duces et exercitus amisisset.
fateor enim me, cum ea quae acciderunt prouiderem futura, tanta in
15 maestitia fuisse quanta ceteri optimi ciues, si idem prouidissent, fuissent.
dolebam, dolebam, patres conscripti, rem publicam uestris quondam
meisque consiliis conseruatam breui tempore esse perituram. nec uero
eram tam indoctus ignarusque rerum ut frangerer animo propter uitae
cupiditatem, quae me manens conficeret angoribus, dimissa molestiis
20 omnibus liberaret. illos ego praestantissimos uiros, lumina rei publicae,
uiuere uolebam, tot consularis, tot praetorios, tot honestissimos senato-
res, omnem praeterea florem nobilitatis ac iuuentutis, tum optimorum
ciuium exercitus; qui si uiuerent, quamuis iniqua condicione pacis —
mihi enim omnis pax cum ciuibus bello ciuili utilior uidebatur — rem
25 publicam hodie teneremus. quae sententia si ualuisset ac non ei maxime 38
mihi quorum ego uitae consulebam spe uictoriae elati obstitissent, ut
alia omittam, tu certe numquam in hoc ordine uel potius numquam in
hac urbe mansisses. at uero Cn. Pompei uoluntatem a me alienabat oratio
mea. an ille quemquam plus dilexit, cum ullo aut sermones aut consilia
30 contulit saepius? quod quidem erat magnum, de summa re publica dis-
sentientis in eadem consuetudine amicitiae permanere. ego quid ille et
contra ille quid ego sentirem et spectarem uidebat. ego incolumitati
ciuium primum, ut postea dignitati possemus, ille praesenti dignitati

1 domi] domus **bcnsv** || 2–3 officina . . . oppidorum *om.* **V** || 3 immunitas **c** immunitatis **bnstv** || 5 mihi esse **bcnst** esse mihi **v** || 8 te *om.* **n**^{1} (*post* dico *sup.* **n**^{2})**sv** || 9 dico gaudere **nsv** || 10 nunc] num **Vbcnsv** tunc **t** *corr. ed. Romana* || 11 obiecistis **V** || 12 dixi meum] diximus **V**^{1} diximum **V**^{2} || 13 egeres] iaceres *Campe dub.; cf. Halm-Laubmann 83, Lebreton 166* || 14 prouidem futuram **V** || 14, 15 in maiestate **V** || 16 publicam *om.* **V** || 17 eisque *ex* meisque **V**^{2} || 20 liberauisset **bct** liberasset **nsv** | illos] hos **Cus.** || 27 certe *om.* **nsv** || 28 abalienabat **D** || 30 de summa *om.* **ns** | publica *om.* **D** | dissidentes **ns** dissentientes **t** || 31 ego] sed et ego **bcntv** sed ego **s** et ego *Clark dub. in app.* || 33 ut] et **cnsv** ac **bt** | possemus *et* dignitati^{2} *om.* **D**

potius consulebat. quod autem habebat uterque quid sequeretur, idcirco
39 tolerabilior erat nostra dissensio. quid uero ille singularis uir ac paene
diuinus de me senserit sciunt qui eum de Pharsalia fuga Paphum perse-
cuti sunt. numquam ab eo mentio de me nisi honorifica, nisi plena ami-
cissimi desideri, cum me uidisse plus fateretur, se sperauisse meliora. et 5
eius uiri nomine me insectari audes cuius me amicum, te sectorem esse
16 fateare? sed omittatur bellum illud in quo tu nimium felix fuisti. ne ⟨de⟩
iocis quidem respondebo quibus me in castris usum esse dixisti: erant
quidem illa castra plena curae; uerum tamen homines, quamuis in tur-
bidis rebus sint, tamen, si modo homines sunt, interdum animis relaxan- 10
40 tur. quod autem idem maestitiam meam reprehendit, idem iocum, ma-
gno argumento est me in utroque fuisse moderatum.

Hereditates mihi negasti uenire. utinam hoc tuum uerum crimen esset!
plures amici mei et necessarii uiuerent. sed qui istuc tibi uenit in men-
tem? ego enim amplius sestertium ducentiens acceptum hereditatibus 15
ret⟨t⟩uli. quamquam in hoc genere fateor feliciorem esse te. me nemo
nisi amicus fecit heredem, ut cum illo commodo, si quod erat, animi
quidam dolor iungeretur; te is quem tu uidisti numquam, L. Rubrius
41 Casinas [fecit heredem]. et quidem uide quam te amarit is qui albus aterne
fuerit ignoras: fratris filium praeterit, Q. Fufi, honestissimi equitis Ro- 20
mani suique amicissimi; quem palam heredem semper factitarat, ne no-
minat quidem: te, quem numquam uiderat ⟨a⟩ut cer⟨t⟩e numquam salu-
tauerat, fecit heredem. uelim mihi dicas, nisi molestum est, L. Turselius
qua facie fuerit, qua statura, quo municipio, qua tribu. 'nihil scio' in-
quies 'nisi quae praedia habuerit.' igitur fratrem exheredans te faciebat 25
heredem. in multas praeterea pecunias alienissimorum hominum ui eiectis

1 quod sequeretur *Lambinus; cf. tamen Peskett 37* || 2 singularis] consularis **D**; *cf. contra 2, 68; 3, 1; Off. 2, 20; Ernesti 1376* || 3 de Pharsalia] pharsalica **D**; *de adiectiuo* Pharsalius *cf. 14, 23; Diuin. 1, 68* | prosecuti *Ernesti* || 4.5 reuersio honorifica et plena amicissimi desiderii fuit **Cus.** || 6 me[2] *om.* **V**[1] (*add.* **V**[2]) amicum me *coni. Halm; quod adtinet ad uerba* et eius uiri . . . fateare *cf. Madvig Fin. 161* | sectatorem **btvs**[2]; *cf. 13, 30* || 7 *add. Wesenberg* || 8 iocis] totis **V** || 9 illa quidem **bct**; *cf. tamen King 57* || 11 eundem locum **nsv** || 12 est me] sit me **ct** simul **nsv** || 13 hereditate **V** hereditatem **D** *corr. Naugerius; cf. Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 122* || 16 retuli **VD** *corr.* ς || 18 tu *om.* **nsv** || 19 *del. Madvig, prob. Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 119* | qui] quem *Cobet, fort. recte; cf. tamen Cic. Cluent. 2, Hauschild 300* || 20 ignorans fratri **V** | praeteriit **cn** praetereo **t** || 21 *post* amicissimi *sic dist. Watt, qui cum Münzer RE VII (1910) 203, 67 hic de uno filio agi censet* || 21.22 ne nomen quidem perscripsit **D** ne . . . quidem *del. Heusinger* || 22 te *om.* **D** | ut (aut **V**[2]) cere numquam **V** ac ne umquam **bnstv** ac numquam **c** *corr. Faernus* || 23 turseius **b** tursecius **cnsv** tursetius **t** || 24 inques **V** inquis *Klotz* || 25 habuerint **V**[1] (*corr.* **V**[2]) | is igitur **V**[2]; *cf. tamen Halm-Laubmann 86 et de* igitur *primo loco H.-Sz. 512, ThLL VII 1, 253, 55 sqq.* || 26 ui eiectis] eiectis **nsv** reiectis **bc**

ueris heredibus, tamquam heres esset, inuasit. quamquam hoc maxime 42
admiratus sum, mentionem te hereditatum ausum esse facere, cum ipse
hereditatem patris non adisses.

Haec ut conligeres, homo amentissime, tot dies in aliena uilla decla- 17
5 masti? quamquam tu quidem, ut tui familiarissimi dictitant, uini ex-
halandi, non ingeni acuendi causa declamitas. at uero adhibes ioci causa
magistrum suffragio tuo et compotorum tuorum rhetorem, cui conces-
sisti ut in te quae uellet diceret, salsum omnino hominem, sed materia
facilis in te et in tuos dicta dicere. uide autem quid intersit inter te et
10 auum tuum. ille sensim dicebat quod causae prodesset; tu cursim dicis
aliena. at quanta merces rhetori data est! audite, audite, patres conscripti, 43
et cognoscite rei publicae uolnera. duo milia iugerum campi Leontini
Sex. Clodio rhetori adsignasti et quidem immunia, ut populi Romani
tanta mercede nihil sapere disceres. num etiam hoc, homo audacissime,
15 ex Caesaris commentariis? sed dicam alio loco et de Leontino agro et de
Campano, quos iste agros ereptos rei publicae turpissimis possessoribus
inquinauit.

Iam enim, quoniam criminibus eius satis respondi, de ipso emendatore
et correctore nostro quaedam dicenda sunt. nec enim omnia effundam, ut,
20 si saepius decertandum sit, ut erit, semper nouus ueniam: quam facul-
tatem mihi multitudo istius uitiorum peccatorumque largitur.

Visne igitur te inspiciamus a puero? sic, opinor; a principio ordiamur. 18 44
tenesne memoria praetextatum te decoxisse? 'patris' inquies 'ista culpa
est.' concedo. etenim est pietatis plena defensio. illud tamen audaciae

6–14 *Suet. De gramm. et rhet. 29, 2 (p. 33, 4–10 Brugnoli)* ⟨ad⟩hibes ... disceres ‖ **10–11** *Schem. dian. 33 (Rhet. Lat. 75, 6–7)* ille ... aliena

1 tamquam heres esses inuasisti *Heumann, prob. Cobet, Mnemos. N. S. 7, 1879, 122, cuius sententia nulla potest esse dubitatio „quin haec quoque ut reliqua ueluti ad ipsum Antonium praesentem dicantur"; tradita deff. Halm-Laubmann 86 coll. §§ 17. 56* ‖ **6** ingeni acuendi] ingeniendi **V** ingenii exercendi *Halm in app.* ingenii alendi *O. Müller* ingenii excolendi *C. F. W. Müller dub. in app.* ingenii augendi *Stangl* ingenii tingendi *uel* imbuendi *Busche;* ingenii acuendi *def. Schöll 23sq. coll. Cic. Brut. 126 et Kroll ad loc.; cf. etiam De orat. 3, 93; Rep. 1, 30; Phaedr. app. 20, 7; Quintil. Inst. 1, 3, 11; 1, 4, 6 aliaque exempla ap. ThLL I 461, 64sqq.* | declamas **V**; *cf. Zielinski Claus. 213 et de rhythmo* (— — — — ∪ ∪) *Fraenkel Les. 211* | at] et **c** tu **nsv** *om.* **b** ‖ **7** magistrum, suffragio ... rhetorem *dist. Madvig* | competitorum (*uel sim.*) *codd. Suet.* | cui *om. codd. Suet.* ‖ **8** in te quae] in quem *Suet.* | falsum *uel* insulsum *codd. Suet.* ‖ **9** facilis est **V** | in te *om. Suet.* | dicta *om. Suet.* dicta dicere *del. Ernesti* | uide autem *om.* **bc** uide autem quid *om.* **nstv** | intersit (quid intersit **c**) *post* tuum *hab.* **D** ‖ **10** tum tuum **V** | sensim *om.* **V** | quod causae prodesset] quae ad causam adtinebant *Schem. dian.* | tu cursim dicis] turi (tuti **V**[2]) indictis **V** tu currens dicis *Schem. dian.* ‖ **11** est data *Suet.* ‖ **13** populi Romani] pro **D** *om. Suet.* ‖ **18** respondit **V** ‖ **20** si *om.* **n**[1] (*add.* **n**[2])**sv** ‖ **22** sic opinor; *ita dist. Heusinger, prob. Madvig Fin. 354* ‖ **23** tenes **V**[1] (*corr.* **V**[2])

tuae quod sedisti in quattuordecim ordinibus, cum esset lege Roscia decoctoribus certus locus constitutus, quamuis quis fortunae uitio, non suo decoxisset. sumpsisti uirilem, quam statim muliebrem togam reddidisti. primo uolgare scortum; certa flagiti merces nec ea parua; sed cito Curio interuenit, qui te a meretricio quaestu abduxit et, tamquam stolam dedis- 5
45 set, in matrimonio stabili et certo conlocauit. nemo umquam puer emptus libidinis causa tam fuit in domini potestate quam tu in Curionis. quotiens te pater eius domu sua eiecit, quotiens custodes posuit ne limen intrares? cum tu tamen nocte socia, hortante libidine, cogente mercede, per tegulas demitterere. quae flagitia domus illa diutius ferre non potuit. 10 scisne me de rebus mihi notissimis dicere? recordare tempus illud cum pater Curio maerens iacebat in lecto; filius se ad pedes meos prosternens, lacrimans, te mihi commendabat; orabat ut se contra suum patrem, si sestertium sexagiens peteret, defenderem; tantum enim se pro te intercessisse dicebat. ipse autem amore ardens confirmabat, quod desiderium 15
46 tui discidi ferre non posset, se in exsilium iturum. quo tempore ego quanta mala florentissimae familiae sedaui uel potius sustuli! patri persuasi ut aes alienum fili dissolueret; redimeret adulescentem, summa spe et animi et ingeni praeditum, rei familiaris facultatibus eumque non modo tua familiaritate sed etiam congressione patrio iure et potestate prohiberet. 20 haec tu cum per me acta meminisses, nisi illis quos uidemus gladiis con-
19 47 fideres, maledictis me prouocare ausus esses? sed iam stupra et flagitia omittamus: sunt quaedam quae honeste non possum dicere; tu autem eo liberior quod ea in te admisisti quae a uerecundo inimico audire non posses. sed reliquum uitae cursum uidete, quem quidem celeriter perstrin- 25 gam. ad haec enim quae in ciuili bello, in maximis rei publicae miseriis fecit, et ad ea quae cotidie facit, festinat animus. quae peto ut, quamquam multo notiora uobis quam mihi sunt, tamen, ut facitis, attente audiatis. debet enim talibus in rebus excitare animos non cognitio solum

1 ordinibus *del. Faernus, prob. Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 122* || 2 constitutus *om.* **V**[1] (*add.* **V**[2]) | qui **nv** || 3 uirilem togam **D**; *sed de structura ἀπὸ κοινοῦ cf. K.-St. II 560* | togam] stolam **D**; *cf. tamen Ernesti 1378, Halm-Laubmann 87, King 61* || 4 incerta *Busche* | sed] sic **ns** || 6 et certo et **V**[1] (*alt.* et *del.* **V**[2]) et certo te *Halm* | locauit **D**; *cf. tamen Cic. Rep. 2, 12, Diuin. 1, 104, Scaeu. Dig. 36, 1, 79, 1, Vlp. Dig. 48, 5, 24, 1 aliaque exempla ap. ThLL III 1644, 59; VIII 479, 40–43* || 8 domo **D**; *de abl.* domu *cf. Quintil. Inst. 1, 6, 5, Neue-Wagener I*[3] *545, ThLL V 1, 1950 sq.; ap. Cic. cf. etiam Vatin. 22, Verr. 2, 5, 128* || 9 tamen tu **nv** || 10 dimit(t)erere **Vbns** dimittere **ctv** *corr. Faernus; cf. ThLL V 1, 488, 41 sq.; 491, 59 sqq.* | diutius *om.* **nsv** | ferre] stare **nsv** || 13 se] te **bcst** (*probb. Madvig Opusc. 753, Peskett 84*) tu **n**[1] (*corr.* **n**[2]); *cf. King 61* || 14 se *om.* **nsv** || 15 confirmaui at quo **V** confirmauit quod *Halm; cf. tamen Madvig Opusc. 754* || 16 esse iturum **D**; *cf. Zielinski Claus. 213* | ego tempore **nv** ergo tempore **s** | tanta **D** || 19 a tua non modo **D** || 23 omittam **sv** || 25 uitae *om.* **nsv** || 29 non cognitio] incognitos **nsv**

rerum sed etiam recordatio; etsi incidamus, opinor, media, ne nimis sero
ad extrema ueniamus.

Intimus erat in tribunatu Clodio qui sua erga me beneficia commemo- 48
rat; eius omnium incendiorum fax, cuius etiam domi iam tum quiddam
5 molitus est. quid dicam ipse optime intellegit. inde iter Alexandriam con-
tra senatus auctoritatem, contra rem publicam et religiones; sed habebat
ducem Gabinium, quicum quiduis rectissime facere posset. qui tum inde
reditus aut qualis? prius in ultimam Galliam ex Aegypto quam domum.
quae autem domus? suam enim quisque domum tum obtinebant nec
10 erat usquam tua. domum dico? quid erat in terris ubi in tuo pedem pone-
res praeter unum Misenum quod cum sociis tamquam Sisaponem tene- 20
bas? uenis e Gallia ad quaesturam petendam. aude dicere te prius ad 49
parentem tuam uenisse quam ad me. acceperam iam ante Caesaris litte-
ras ut mihi satis fieri paterer a te: itaque ne loqui quidem sum te passus
15 de gratia. postea sum cultus a te, tu a me obseruatus in petitione quaes-
turae; quo quidem tempore P. Clodium approbante populo Romano in
foro es conatus occidere, cumque eam rem tua sponte conarere, non
impulsu meo, tamen ita praedicabas, te non existimare, nisi illum inter-
fecisses, umquam mihi pro tuis in me iniuriis satis esse facturum (in quo
20 demiror cur Milonem impulsu meo rem illam egisse dicas, cum te ultro
mihi idem illud deferentem numquam sim adhortatus); quamquam, si in
eo perseuerares, ad tuam gloriam rem illam referri malebam quam ad
meam gratiam. quaestor es factus: deinde continuo sine senatus consulto, 50
sine sorte, sine lege ad Caesarem cucurristi. id enim unum in terris eges-
25 tatis, aeris alieni, nequitiae perditis uitae rationibus perfugium esse
ducebas. ibi te cum et illius largitionibus et tuis rapinis expleuisses, si

1 etsi] sed iam **b** iam etsi **ct** tametsi **nsv** | opinor] oportet **D** || 3 clodius **nv** | is *ante* qui *add. Cobet* || 4 quiddam (quidam **v**) iam tum **D** || 6 rem publicam et *om.* **D** (*haud dubie propter inseq.* religiones) || 9 erat domus **cnstvV²**; *sed de metro iambico in colis* (*hic* quae autem domus) *cf. Fraenkel Les. 190; de uerbali uoce in quaestionibus omissa cfr. e. g. §§ 43. 74* | optinebat **D**; *sed de pronomine* quisque *cum plur. coniuncto cf. K.-St. I 22 sqq., Schöll 24* | neque **D** || 12 uenis e] uenisse **Vct** uenisti **bn¹sv** (*prob. Madvig Opusc. 753*) uenisti in **n²** *corr. Halm* | galliam **D** | te *om.* **sv** || 13 parentem] patrem **nsv**; *cf. Halm-Laubmann 89* | tuum **VD** tum *Frotscher, corr. Manutius* (*p. 497: „nam Antonii pater multo ante perierat: et post eius obitum nupserat Antonii mater Iulia P. Lentulo, qui cum Catilina coniurauit, et in carcere strangulatus est. Quod si tertio nupsisset Iulia, non tamen* ad parentem tuum, *sed* ad uitricum tuum *Cicero dixisset*") || 15 postea] potense **V** | cultus sum **bc** custoditus sum **ntv** ⟨ego⟩ sum cultus *Halm in app.* | obseruatus] ouatus **V** subleuatus *Muretus* adiutus *Halm* commendatus *Hammer* auctus *Jeep; alii alia: cf. Schöll 19, ThLL IX 2, 212, 51 sqq.* || 17 conatus es **bt** || 19–21 *sic dist. Watt* || 21 quamquam] quoniam *Manutius; cf. tamen Long 499, King 64* || 22 rem . . . malebam *om.* **V**

hoc est explere *** quod statim effundas, aduolasti egens ad tribunatum,
ut in eo magistratu, si posses, uiri tui similis esses.

21 Accipite nunc, quaeso, non ea quae ipse in se atque in domesticum
[de]decus impure et intemperanter, sed quae in nos fortunasque nostras,
id est in uniuersam rem publicam, impie ac nefarie fecerit. ab huius enim 5
51 scelere omnium malorum principium natum reperietis. nam cum L. Len-
tulo C. Marcello consulibus Kalendis Ianuariis labentem et prope caden-
tem rem publicam fulcire cuperetis ipsique C. Caesari, si sana mente
esset, consulere uelletis, tum iste uenditum atque emancipatum tribu-
natum consiliis uestris opposuit ceruicesque suas ei subiecit securi qua 10
multi minoribus in peccatis occiderunt. in te, M. Antoni, id decreuit se-
natus et quidem incolumis, nondum tot luminibus exstinctis, quod in
hostem togatum decerni est solitum more maiorum. et tu apud patres
conscriptos contra me dicere ausus es, cum ab hoc ordine ego conseruator
essem, tu hostis rei publicae iudicatus? commemoratio illius tui sce- 15
leris intermissa est, non memoria deleta. dum genus hominum, dum po-
puli Romani nomen exstabit – quod quidem erit, si per te licebit, sem-
52 piternum – tua illa pestifera intercessio nominabitur. quid cupide a se-
natu, quid temere fiebat, cum tu unus adulescens uniuersum ordinem
decernere de salute rei publicae prohibuisti, neque id semel, sed saepius, 20
neque tu tecum de senatus auctoritate agi passus es? quid autem age-
batur nisi ne deleri et euerti rem publicam funditus uelles? cum te neque
principes ciuitatis rogando neque maiores natu monendo neque frequens
senatus agendo de uendita atque addicta sententia mouere potui⟨sse⟩t,
tum illud multis rebus ante temptatis necessario tibi uolnus inflictum est 25
53 quod paucis ante te, quorum incolumis fuit nemo: tum contra te dedit
arma hic ordo consulibus reliquisque imperiis et potestatibus: quae non
22 effugisses, nisi te ad arma Caesaris contulisses. tu, tu, inquam, M. Antoni,

10–11 *Non. 387, 17* ceruicisque . . . occiderunt || 28–p. 33, 2 *Aquil. Rhet. Lat. 31, 18* tu, tu . . . dedisti

1 *post* explere *multis modis textum redintegrare conati sunt edd.:* deuorare *aut* haurire *add. Faernus* rapere *Graeuius* exhaurire *Heusinger* ingerere *Schütz* infundere *Lutz* capere *Schöll* expilare *Clark; alii alia* | quod] quom *Ernesti* | aduolas **D** || 2 uiri tui] uirtuti **V** || 4 dedecus **VD** (*nisi quod* deditus **t**) *corr. Madvig; cf. King 64* | et] atque **D** || 6 principium . . . reperietis *om.* **V**^{1} (*add.* **V**^{2}) || 7 labantem **bcs** || 9 mancipatum **ns** || 11 in te] in te autem **nsv** in mente **t** || 12 luminaribus **stv** liminaribus **n** || 13. 14 patres conscriptos aput **V** || 17 per] pro **V** | licuerit **D** || 19 adulescentis **sv** || 20 id *om.* **V**; *uide tamen Lutz 10, qui § 67, Pis. 75 confert* || 22 ne *om.* **D** (*add.* **n**^{2}) | delere **Vnt** | euertere **cnstv** | euerti rem publicam *om.* **V**^{1} (*add.* **V**^{2}) | uelles? cum *sic dist.* **ns** (*prob. Madvig Opusc. 755*) || 23 neque . . . monendo *om.* **V** | frequens] r. eques aut **ns** || 24 agitando *Campe* | demouere *Ernesti* | potuit **VD** *corr. Madvig Opusc. 755* || 25 est *om.* **D** || 28–p. 33, 1 Antoni . . . Caesari *Aquil.*

princeps C. Caesari omnia perturbare cupienti causam belli contra patriam inferendi dedisti. quid enim aliud ille dicebat, quam causam sui dementissimi consili et facti adferebat, nisi quod intercessio neglecta, ius tribunicium sublatum, circumscriptus a senatu esset Antonius? omitto
5 quam haec falsa, quam leuia, praesertim cum omnino nulla causa iusta cuiquam esse possit contra patriam arma capiendi. sed nihil de Caesare: tibi certe confitendum est causam perniciosissimi belli in persona tua constitisse. o miserum te, si haec intellegis, miseriorem, si non intellegis 54 hoc litteris mandari, hoc memoriae prodi, huius rei ne posteritatem qui-
10 dem omnium saeculorum umquam immemorem fore, consules ex Italia expulsos, cumque eis Cn. Pompeium quod imperi populi Romani decus ac lumen fuit, omnis consularis qui per ualetudinem exsequi cladem illam fugamque potuissent, praetores, praetorios, tribunos plebis, magnam partem senatus, omnem subolem iuuentutis, unoque uerbo rem
15 publicam expulsam atque exterminatam suis sedibus! ut igitur in semi- 55 nibus est causa arborum et stirpium, sic huius luctuosissimi belli semen tu fuisti. doletis tris exercitus populi Romani interfectos? interfecit Antonius. desideratis clarissimos ciuis? eos quoque uobis eripuit Antonius. auctoritas huius ordinis adflicta est? adflixit Antonius. omnia denique,
20 quae postea uidimus – quid autem mali non uidimus? –, si recte ratiocinabimur, uni accepta referemus Antonio. ut Helena Troianis, sic iste huic rei publicae causa belli, causa pestis atque exiti fuit. reliquae partes tribunatus principi similes. omnia perfecit quae senatus salua republica

16–17 et **21–22** *Mart. Cap. Rhet. Lat. 467, 11–12* a simili per se: ut Helena Troianis, sic ciuibus belli semen tu fuisti, *Mar. Vict. Rhet. Lat. 228, 24–27* inuenitur tamen et qualitas in exemplo, ut Cicero, cum circa bellum causarum similium comparat naturas, ait: ut Helena, inquit, Troianis, sic tu, Antoni, hujus belli semen fuisti, *Plut. Ant. 6, 1 Κικέρων ἐν τοῖς Φιλ. ἔγραψε τοῦ μὲν Τρωικοῦ πολέμου Ἑλένην, τοῦ δ᾽ ἐμφυλίου Ἀντώνιον ἀρχὴν γενέσθαι*

1 perturbare omnia **ns** | omnia . . . cupienti] ruenti atque omnia permiscere cupienti *Aquil.* || **1–2** causam . . . dedisti] causam belli ciuilis dedisti *Aquil.* || **2** ferendi *Hirschfelder; cf. tamen ThLL II 1837, 62–80; VII 1, 1387, 15–28, Schöll 24* || **4** sublatum circumscriptus *om.* **V**[1] (*add.* **V**[2]) | a senatu *om.* **nsv** || **6** de *om.* **bcnst** | cesaris **nsv** caesari **t**; *quod adtinet ad locutionem* sed nihil de Caesare (*sc.* dicam) *cf. K.-St. II 552* || **7** est] si **bct** sit **nsv** | causa **D** | in *om.* **V**[1] (*add.* **V**[2]); *cf. app. ad 3, 19, Madvig Opusc. 753* || **8** si te **sv** | haec *om.* **bcstv** || **9** prodi *om.* **V**[1] (*add.* **V**[2]) || **10** immemorem] meorum **V** || **11** cumque] que **V**[1] (*corr.* **V**[2]); *cf. Clark Desc. 180* || **12** sequi *Kübler* || **14** uno uerbo *Ferrarius* || **17–19** interfectos? . . . ciuis? . . . est? *sic dist. Watt* || **17** interfectos *om.* **nsv** || **18** uobis] bonis **V** nobis *Halm* | eripuit *ante* uobis **D** || **19** auctoritas . . . Antonius *om.* **nv** || **20** non *om.* **V** | ratiocinabimus **sv** || **22** causa belli, causa] belli causa **V** belli semen *Mart. Cap., Mar. Vict.* (*e l. 16*) belli causa, causa *Klotz* belli causa *del. Cobet; de* cā *post* publicae *in* **V** *omisso cf. Schöll 25* || **23** principiis **Vbt** principibus **c** principio **ns** *om.* **v** *corr. cod. Wolfenbuttelanus 278*

23 56 ne fieri possent perfecerat. cuius tamen scelus in scelere cognoscite. restituebat multos calamitosos: in eis patrui nulla mentio. si seuerus, cur non in omnis? si misericors, cur non in suos? sed omitto ceteros: Licinium Denticulum de alea condemnatum, conlusorem suum, restituit, quasi uero ludere cum condemnato non liceret, sed ut quod in alea 5 perdiderat beneficio legis dissolueret. quam attulisti rationem populo Romano cur eum restitui oporteret? absentem, credo, in reos relatum; rem indicta causa iudicatam; nullum fuisse de alea lege iudicium; ui oppressum et armis; postremo, quod de patruo tuo dicebatur, pecunia iudicium esse corruptum? nihil horum. at uir bonus et re publica dignus. 10 nihil id quidem ad rem; ego tamen, quoniam condemnatum esse pro nihilo est, si ita esset, ignoscerem. hominem omnium nequissimum qui non dubitaret uel in foro alea ludere, lege quae est de alea condemnatum qui in integrum restituit, is non apertissime studium suum ipse profitetur?

57 in eodem uero tribunatu, cum Caesar in Hispaniam proficiscens huic 15 conculcandam Italiam tradidisset, quae fuit eius peragratio itinerum, lustratio municipiorum! scio me in rebus celebratissimis omnium sermone uersari, eaque quae dico dicturusque sum notiora esse omnibus qui in Italia tum fuerunt quam mihi qui non fui: notabo tamen singulas res, etsi nullo modo poterit oratio mea satis facere uestrae scientiae. et- 20 enim quod umquam in terris tantum flagitium exstitisse auditum est, tan-

24 58 tam turpitudinem, tantum dedecus? uehebatur in essedo tribunus plebis; lictores laureati antecedebant, inter quos aperta lectica mima portabatur, quam ex oppidis municipales homines honesti, obuiam necessario prodeuntes, non noto illo et mimico nomine, sed Volumniam consalutabant. 25

2–3 *Arus. Gramm. VII 486, 23* si seuerus ... misericors est || 12–13 *Arus. Gramm. VII 489, 27* qui ... ludere || 22–23 *Fortunatian. Rhet. Lat. 124, 18* uehebantur ... antecedebant

1 prouiderat *Campe* effecerat *Cobet* (*coll. 10, 4*) prospexerat *Stangl* profecerat (*coll. 10, 23*) *uel* confecerat (*coll. 10, 4*) *Clark; cum uiro docto Watt uerbalem uocem consulto iterari censeo* | restituerat **V** || 3 si misericors] in illo misericors est *Arus.* || 4 denticulam **Vbct** lenticulam **nsv** (*cf. Λεντίκουλον ap. Cass. Dion. 45, 47, 4;* Lenticulam *def. Clark, Cl. R. 14, 1900, 404: at uide contra Buecheler Kl. Schr. I 51–53*) *corr. Heusinger; cf. etiam Münzer RE XIII* (*1926*) *350* || 5 sed] scilicet *Koch; simul audi tamen* restituit; *tradita deff. Halm-Laubmann 93, coll. Cic. Dom. 14, Leg. agr. 2, 85, Rosc. Amer. 47* || 10 corruptum? *sic dist. Klotz* || 11 et ego **D** || 11. 12 nihilo est si ita esset] nihilosi (nihilocii *ut uid.* **V**[2]) ita **V** nihilo est, ita *Halm* || 12 cognoscerem **sv** | hominem] in eodem uero hominem **V** neminem **nsv** nemo inest **t**; *cf. Clark Desc. 183* || 13 uel foro *Arus.* | uel lege **D** || 14 in *om.* **sv** | profiteretur **V** || 16 itinerum] coloniarum *Campe* Italiae *Hammer* uicinitatum *Schöll in app.* (*coll. Cic. Mur. 47*) || 17 sermone omnium **nv** || 18 omnibus esse **nsv** || 20 facere *om.* **nsv** || 21. 22 tantam turpitudinem *del. Ernesti* || 22 uehebantur ... trib. pl. *Fortunatian.* | essedo] esse genus uehiculi do **t**; *cf. Buecheler Kl. Schr. I 100* || 24 necessaria **sv** *om.* **t**

sequebatur raeda cum lenonibus, comites nequissimi; reiecta mater ami-
cam impuri fili tamquam nurum sequebatur. o miserae mulieris fecundi-
tatem calamitosam! horum flagitiorum iste uestigiis omnia municipia,
praefecturas, colonias, totam denique Italiam impressit.

5 Reliquorum factorum eius, patres conscripti, difficilis est sane repre- 59
hensio et lubrica. uersatus in bello est; saturauit se sanguine dissimilli-
morum sui ciuium: felix fuit, si potest ulla in scelere esse felicitas. sed
quoniam ueteranis cautum esse uolumus, quamquam dissimilis est mili-
tum causa et tua — illi secuti sunt, tu quaesisti ducem — tamen, ne
10 apud illos me in inuidiam uoces, nihil de genere belli dicam. uictor e
Thessalia Brundisium cum legionibus reuertisti. ibi me non occidisti.
magnum beneficium! potuisse enim fateor. quamquam nemo erat eorum
qui tum tecum fuerunt qui mihi non censeret parci oportere. tanta est 60
enim caritas patriae ut uestris etiam legionibus sanctus essem, quod eam
15 a me seruatam esse meminissent. sed fac id te dedisse mihi quod non ad-
emisti, meque a te habere uitam, quia non a te sit erepta: licuitne mihi
per tuas contumelias hoc tuum beneficium sic tueri ut tuebar, praesertim 25
cum te haec auditurum uideres? uenisti Brundisium, in sinum quidem et 61
in complexum tuae mimulae. quid est? num mentior? quam miserum est
20 id negare non posse quod sit turpissimum confiteri! si te municipiorum
non pudebat, ne ueterani quidem exercitus? quis enim miles fuit qui
Brundisi illam non uiderit? quis qui nescierit uenisse eam tibi tot dierum
uiam gratulatum? quis qui non indoluerit tam sero se quam nequam ho-
minem secutus esset cognoscere? Italiae rursus percursatio eadem comi- 62
25 te mima; in oppida militum crudelis et misera deductio; in urbe auri,
argenti maximeque uini foeda direptio.

Accessit ut Caesare ignaro, cum esset ille Alexandriae, beneficio ami-
corum eius magister equitum constitueretur. tum existimauit se suo iure

1 sequebantur redam **n**[2] | leonibus *cod. Harleianus 2682; eandem lectionem coni. Victorius coll. Plin. N. H. 8, 55; cf. etiam Cic. Att. 10, 3, 1, Plut. Ant. 9; qui omnes tamen de re ad seriora tempora pertinente loquuntur, ut iam uidit Ernesti 1383; cf. etiam King 69* | comites nequissimi *del. Koch* | lacunam *post* nequissimi *stat. Lutz; cf. tamen Hirschfelder, Zeitschr. Gymn. 1871, 40, Löfstedt Synt. I² 82 sq., H.-Sz. 28* | recta **V** || **6** lubirca **V** lubrice **D** *corr.* ς || **7** fuit felix **D** | esse in scelere **nsv** || **10** belli genere **D** (*peiore numero*) | e *om.* **nsv** || **13. 14** enim est **tv** || **15** fac jd te dedisse] faci ut edidisse **V** facit te dedisse **nv** fac te dedisse **t** fas sit te dedisse **s**[2] fac illud te dedisse *Halm in app.* || **16** quia] qua **V** quae *Graeuius* | a te non sit **nsv** non sit a te **t** | liceatne **D** licebatne *Ernesti dub.* || **17** tuum *om.* **cnsv** | sic tueri ut debebam (*uel* ut tueri debebam) *coni. Watt; quod adtinet ad* beneficium tueri *cf. Sh. B. Att. I 333; V 392* || **18** ausurum uiderem *Eberhard* || **19** num] non **bct** || **21** non *om.* **V**; *de nexu* municipiorum ... pudebat *cf. Sh. B. Att. V 349* || **22** quis qui] quisquis **n**[1] (quis **n**[2])**sv** || **23** uia **V** ⟨iter ob⟩uiam *C. F. W. Müller; tradita deff. Halm-Laubmann 95 coll. Cic. Diuin. 1, 27* | quam nequam] quam nec quam **V** que **b** quem **cnstv** (*prob. Ernesti 1384*) *corr.* ς || **27** cum esset ille Alexandriae *del. Cobet*

cum Hippia uiuere et equos uectigalis Sergio mimo tradere; tum sibi non hanc quam nunc male tuetur, sed M. Pisonis domum ubi habitaret legerat. quid ego istius decreta, quid rapinas, quid hereditatum possessiones datas, quid ereptas proferam? cogebat egestas; quo se uerteret non habebat: nondum ei tanta a L. Rubrio, non a L. Turselio hereditas uene- 5 rat; nondum in Cn. Pompei locum multorumque aliorum qui aberant repentinus heres successerat. erat uiuendum latronum ritu, ut tantum haberet, quantum rapere potuisset.

63 Sed haec, quae robustioris improbitatis sunt, omittamus: loquamur potius de nequissimo genere leuitatis. tu istis faucibus, istis lateribus, 10 ista gladiatoria totius corporis firmitate tantum uini in Hippiae nuptiis exhauseras ut tibi necesse esset in populi Romani conspectu uomere postridie. o rem non modo uisu foedam sed etiam auditu! si inter cenam in ipsis tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidisset, quis non turpe duceret? in coetu uero populi Romani negotium publicum gerens, ma- 15 gister equitum, cui ructare turpe esset, is uomens frustis esculentis uinum redolentibus gremium suum et totum tribunal impleuit. sed haec ipse fatetur esse in suis sordibus: ueniamus ad splendidiora.

26 64 Caesar Alexandria se recepit, felix, ut sibi quidem uidebatur; mea au-

3–4 *Quintil. Inst. 9, 2, 47* quid ego ... proferam? || 10–17 *libere Labeo ap. Sen. Suas. 6, 3* uidebis illas fauces (...), illa latera, illam totius corporis gladiatoriam firmitatem; uidebis illum pro tribunali locum, quem modo magister equitum, cui ructare turpe erat, uomitu foedauerat || 10–11 *Quintil. Inst. 8, 4, 16; 9, 4, 23* tu ... firmitate || 12 *Quintil. Inst. 9, 4, 29* ut ... uomere || 12–13 *Quintil. Inst. 9, 4, 107* in conspectu ... postridie || 13–14 *Quintil. Inst. 5, 10, 99; Arus. Gramm. VII 482, 1–2; Iul. Vict. p. 43, 27–28 Giomini* si ... accidisset || 13–15 *Quintil. Inst. 8, 4, 10* si ... Romani || 14–15 *Quintil. Inst. 9, 4, 107* quis ... duceret; *11, 3, 172* in coetu ... Romani || 15–16 *Quintil. Inst. 8, 4, 8; 11, 3, 39* in coetu ... equitum; *11, 3, 167* in coetu ... gerens || 15 *Arus. Gramm. VII 475, 22–23* magister ... gerens || 16–17 *Seru. pl. ad Verg. Aen. 3, 632; Diom. Gramm. I 319, 12* frustis ... redolentibus | *Quintil. Inst. 8, 6, 68; 9, 4, 44; Diom. Gramm. I 467, 23–24* uomens ... impleuit

1 tradere *om.* V^1 (*add.* V^2) || 1–2 tum ... legerat *om.* **D** || 3 ego] ergo **bst** | hereditatium *Quintil.; cf. ThLL VI 3, 2630, 70–76* || 6 Cn. *om.* **V** || 7 herus *Jeep; cf. tamen Long 505, Zielinski Claus. 213* | erat ei **nsv** || 10 iniquissimo **cs** || 12 in conspectu populi Romani *Quintil. 9, 4, 29. 107* || 13–14 hoc tibi *ante* inter *Quintil. 5, 10, 99; 8, 4, 10; Iul. Vict.* || 14 in ipsis ... poculis] et in illis immanibus poculis tuis *Quintil. 5, 10, 99* (*om.* et)*; 8, 4, 10* et illis inmanibus poculis tuis *Iul. Vict.* atque in ipsis tuis immanibus poculis *Arus.* | ipsis *om.* **nsv** || 15 duceret b^1, *Quintil. 8, 4, 10; 9, 4, 107* diceret **Vcnstvb**^{2} | Romani *om.* **D** | gerens n^2, *Quintil. 8, 4, 8; 11, 3, 39. 167, Arus.* gens **V** regens **D** || 15.16 magister equitum *ante* negotium *Arus.; del. Kraffert* || 16 uomeret **b** uomet **nv** || 16.17 uinum redolentibus *om. Quintil. 8, 6, 68; 9, 4, 64; Diom.* || 18 splendida **D**; splendidiora *respuunt nonnulli propter clausulam (cf. e. g. Clark in app., Zielinski Claus. 213, Schöll 25 adn. 1); de clausula heroica cf. tamen Fraenkel Les. 198–200* || 19 alexandria sei recepit **V** alexandriam se recepit **D** *corr.* ς || 19–p. 37, 1 ut ... hostis *om.* **nsv** | uideatur **V**

tem sententia, qui rei publicae sit hostis, felix esse nemo potest. hasta
posita pro aede Iouis Statoris bona [subiecta] Cn. Pompei — miserum
me! consumptis enim lacrimis tamen infixus animo haeret dolor — bona,
inquam, Cn. Pompei Magni uoci acerbissimae subiecta praeconis. una in
5 illa re seruitutis oblita ciuitas ingemuit seruientibusque animis, cum
omnia metu tenerentur, gemitus tamen populi Romani liber fuit. ex-
spectantibus omnibus quisnam esset tam impius, tam demens, tam dis
hominibusque hostis qui ad illud scelus sectionis auderet accedere, in-
uentus est nemo praeter Antonium, praesertim cum tot essent circum
10 hastam illam qui alia omnia auderent: unus inuentus est qui id auderet
quod omnium fugisset et reformidasset audacia. tantus igitur te stupor 65
oppressit uel, ut uerius dicam, tantus furor ut primum, cum sector sis
isto loco natus, deinde cum Pompei sector, non te exsecratum populo
Romano, non detestabilem, non omnis tibi deos, non omnis homines et
15 esse inimicos et futuros scias? at quam insolenter statim helluo inuasit in
eius uiri fortunas cuius uirtute terribilior erat populus Romanus exteris
gentibus, iustitia carior! in eius igitur uiri copias cum se subito ingur- 27
gitasset, exsultabat gaudio persona de mimo, 'modo egens, repente di-
ues'. sed, ut est apud poetam nescio quem, 'male parta male dilabuntur'.
20 incredibile ac simile portenti est quonam modo illa tam multa quam 66
paucis non dico mensibus sed diebus effuderit. maximus uini numerus
fuit, permagnum optimi pondus argenti, pretiosa uestis, multa et lauta
supellex et magnifica multis locis, non illa quidem luxuriosi hominis, sed

2–4 *Quintil. Inst. 9, 3, 29* bona ... praeconis || 2–3 *Quintil. Inst. 9, 2, 26* miserum ... dolor || 5–6 *Haterius ap. Sen. Contr. 7, 2, 5* quamuis omnia ... fuit || 19 male parta male dilabuntur *Naeu. Trag. 51 R.*[3]

1 si qui **bct** | hostis] infelix **bct** infensus *Klotz;* infelix *def. Lutz 10; cf. tamen Boulanger-Wuilleumier I 123 adn. 2* || 2 subiecta **Vcntv** subiecti **b** inquam **s** subiecta *del. Faernus* subiecta Cn. Pompei *om. Quintil. 9, 3, 29;* subiecta *deff. Halm et Schöll in app.; sed uerbum e l. 4 fortasse huc irrepsit; cf. etiam Madvig Opusc. 166 sq.* || 3 infixus tamen *Quintil. 9, 2, 26* (*cf. contra 9, 3, 29*) | animo haeret] haberet animo **V** pectori haeret *Quintil. 9, 2, 26* (*at uide 9, 3, 29* animo haeret) haeret animo *Faernus* || 4 Magni *om. Quintil.; cf. tamen Sh. B. Att. I 322* | acerbissimae uoci *Quintil.* || 5 feruentibusque *Busche; cf. tamen Halm-Laubmann 97* | animis] cunctis *Hirschfelder* manibus *Koch* || 5.6 animis cum omnia] omnibus cum animi *Campe* | cum ... tenerentur *om.* **D** | cum] quamuis *Sen. rhet.* || 6 gemitu **V** | Romani *om. Sen. rhet.* || 8 omnibusque **V** || 9 circa **sv** || 11 formidasset **nv** || 13 exsecrandum **D** (-us **b**)*; cf. ThLL V 2, 1840, 15 sqq.* || 14 non[3] *om.* **D** | et *om.* **V**; *cf. tamen e. g. 3, 9; Verr. 2, 2, 15; de re uide Peskett 64* || 15 futuros] duros **nsv** || 17 uiri *om.* **D** | ingurgitauisset **D** || 18 minimo **ns**[1] (*corr.* **s**[2]) **v** | 'modo egens repente diues'] *de mimi inscriptione agitur, ut recte contendit O. Skutsch, RCCM 2, 1960, 197 sq.; cf. etiam Fraenkel Les. 200* || 19 male parata **sv** || 19.20 dilabuntur', incredibile *dist. Weber* || 20 est] sit **c** si **sv** *om.* **bt**

67 tamen abundantis. horum paucis diebus nihil erat. quae Charybdis tam uorax? Charybdim dico? quae si fuit, animal unum fuit: Oceanus, me dius fidius, uix uidetur tot res tam dissipatas, tam distantibus in locis positas tam cito absorbere potuisse. nihil erat clausum, nihil obsignatum, nihil scriptum. apothecae totae nequissimis hominibus condonabantur; 5 alia mimi rapiebant, alia mimae; domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum; totos dies potabatur atque id locis pluribus; suggerebantur etiam saepe – non enim semper iste felix – damna aleatoria; conchyliatis Cn. Pompei peristromatis seruorum in cellis lectos stratos uideres. quam ob rem desinite mirari haec tam celeriter esse consumpta. non modo 10 unius patrimonium quamuis amplum, ut illud fuit, sed urbis et regna celeriter tanta nequitia deuorare potuisset. at idem aedis etiam et hortos –
68 o audaciam immanem! – tu etiam ingredi illam domum ausus es, tu illud sanctissimum limen intrare, tu illarum aedium dis penatibus os impurissimum ostendere? quam domum aliquamdiu nemo aspicere pot- 15 erat, nemo sine lacrimis praeterire, hac te in domo tam diu deuersari non pudet? in qua, quamuis nihil sapias, tamen nihil tibi potest esse iucun-
28 dum. an tu illa in uestibulo rostra [spolia] cum aspexisti, domum tuam

1–4 *Triar. ap. Sen. Suas. 6, 5; Quintil. Inst. 8, 6, 70* quae Charybdis ... potuisse || 1–2 *Quintil. Inst. 12, 10, 62* quae ... uorax || 2 *Seru. ad Verg. Aen. 3, 420* Charybdis: quae si fuit, animal fuit unum || 2–3 *Quintil. Inst. 12, 10, 62* Oceanus me dius fidius ipse || 8–9 *Quintil. Inst. 8, 4, 25* conchyliatis ... uideres || 9 peristromatis: *cf. Auct. de dub. nom. Gramm. V 586, 7* peristromum generis neutri; sed Cicero elegantius dixit hoc peristroma et haec peristromata

1. 2 est tam uorax *Sen.* | tam uorax tam inexplebilis **Cus.** || 2 charybdim **V**, *Sen.* (*cf. ThLL Onom. II 382, 53 sqq.*) caribdin **D** Charybdin *Quintil. 8, 6, 70* | animal unum fuit **V**, *Sen.* animal fuit unum *Seru.* fuit animal unum **D**, *Quintil. 8, 6, 70* || 2. 3 Oceanus me dius fidius ipse *Quintil. 12, 10, 62* | uix me dius fidius Oceanus *Sen.* (*qui* uidetur *om.*) || 3 uidet **nsv** || 3. 4 tot res tamque diuersas uno tempore absorbere (absoluere *codd. Senecae*) potuisset *Sen.* || 3 dissitas *Cobet, qui* tam ... positas *del.*; *cf. tamen ThLL V 1, 1492, 71 sqq.* || 6 rapiebantur **V** || 8 iste] ipse **D** || 9 Cn. *om.* **nsv** | stratos lectos **c**, *Quintil.* || 12–13 *sic dist. Watt, qui* occupauit *simul audit; cf. etiam Halm-Laubmann 99; iniuria* deuorauit *simul audiunt King-Clark 51, K.-St. II 558* || 12 idem] eiusdem **cn** || 13 etiam *om.* **D** || 14. 15 os impurissimum ostendere] os impurissimum osten inportunissimum dere **V** os importunissimum ostendere **D**; *de corruptelae in cod.* **V** *origine cf. Buecheler Kl. Schr. I 100, Clark Desc. 178;* os importunissimum *frustra deff. Boulanger-Wuilleumier in app. coll. 12, 13* huic igitur importuno atque impuro parricidae; *quod adtinet enim ad* os impurissimum *cf. 5, 20, Dom. 26, Firm. Err. 24, 1* || 15 sine lacrimis *ante* adspicere *add. Cobet coll. 14, 10; cf. contra Halm-Laubmann 99* || 16 haec **V** | diuersari **bct** diuersa **n**[1]**sv** uersare **n**[2]; *cf. Cic. Verr. 2, 2, 69. 78; 2, 5, 70* || 18 in uestibuloa **V** uestibula **D** *corr. Muretus* | rostran spolia **V** rostra spolia **D** rostra an (*uel* ac) spolia *Graeuius* rostrorum spolia *Hirschfelder* spolia *del. Orelli; tradita frustra def. Schöll coll. Liu. 10, 2, 14; non dissimile glossema infra in codd. irrepsit; cf. app. ad § 69, l. 11*

te introire putas? fieri non potest. quamuis enim sine mente, sine sensu sis, ut es, tamen et te et tua et tuos nosti. nec uero te umquam neque uigilantem neque in somnis credo posse mente consistere. necesse est, quamuis sis, ut es, uiolentus et furens, cum tibi obiecta sit species singu-
5 laris uiri, perterritum te de somno excitari, furere etiam saepe uigilantem. me quidem miseret parietum ipsorum atque tectorum. quid enim 69 umquam domus illa uiderat nisi pudicum, quid nisi ex optimo more et sanctissima disciplina? fuit enim ille uir, patres conscripti, sicuti scitis, cum foris clarus tum domi admirandus, neque rebus externis magis lau-
10 dandus quam institutis domesticis. huius in sedibus pro cubiculis stabula, pro conclauibus popinae [tricliniis] sunt. etsi iam negat. nolite quaerere; frugi factus est: mimulam suam suas res sibi habere iussit, ex duodecim tabulis clauis ademit, exegit. quam porro spectatus ciuis, quam probatus! cuius ex omni uita nihil est honestius quam quod cum mima fecit
15 diuortium. at quam crebro usurpat: 'et consul et Antonius!' hoc est di- 70 cere, et consul et impudicissimus, et consul et homo nequissimus. quid est enim aliud Antonius? nam si dignitas significaretur in nomine, dixisset, credo, aliquando auus tuus se et consulem et Antonium. numquam dixit. dixisset etiam conlega meus, patruus tuus, nisi si tu es solus
20 Antonius.

Sed omitto ea peccata quae non sunt earum partium propria quibus tu rem publicam uexauisti: ad ipsas tuas partis redeo, id est ad ciuile 29 bellum, quod natum, conflatum, susceptum opera tua est. cui bello cum 71 propter timiditatem tuam tum propter libidines defuisti. gustaras ciuilem

13 *Non. 291, 8* clauis . . . exegit || 24 – p. 40, 1 *Prisc. Gramm. II 491, 17* sanguinem ciuilem exhausit uel potius exsorbuit

1 putas introire *Clark dub. in app., numeri gratia; sed de rhythmo* — — —∪∪⏑ *cf. Fraenkel Les. 183* || 2 et te et tua et tuos] et (*del.* et te *add. in mg.* **V**[2]) ei tua et uos **V** || 4 uinolentus **tn**[2], *fort. recte; cf. enim § 101* furiosam uinolentiam, *6, 4* furor . . . uinolentia, *Fam. 12, 25, 3* uinolentum furorem*; tradita tuetur 12, 26* noui hominis furorem, noui effrenatam uiolentiam | furens] ferox *Heine* | tibi] ibi **cn sv** || 5 te *om.* **nsv** | furere] ruere *Eberhard* stupere *Jeep* furiis agitari *Campe* horrere *Dressler; quod adtinet tamen ad eadem uel similia uerba breui interuallo repetita* (*l. 4* furens, *l. 5* furere) *cf. exempla a Schöll 23 allata* || 7 quid *om.* **D** || 8 sicut **sv** || 10 in aedibus *Vrsinus; cf. tamen § 104* || 11 conclauibus popinae triclinis **V** tricliniis popinae **D** *corr. Halm; cf. King 74sq., Clark Desc. 178* | nolite inclite (indite **v**) quaerere **nsv** || 12 illam suam **VD** (minimam *sup. lin. add. cod. Harleianus 2682*) mimam suam *Halm, corr. Cornelissen* || 13 clauis] clausa **nstv**; *cf. Ambros. Epist. 6, 3* mulier offensa clauis remisit, domum reuertit, *ThLL III 1317, 83sqq.* | forasque exegit *Non.; de asyndeto cf. H.-Sz. 469sqq.* || 14 cum *om.* **nstv** || 16 et[1] *om.* **V** | homi **V** omnium *Nohl* || 17 enim est **nsb**[2] est **b**[1]**t** enim **v** || 18 se] sed **V** | et[1] *om.* **bcntv**; *de* et consulem et *cf. Lebreton 88* || 18. 19 numquam dixit] numquid **V**, *unde* numquid dixit *coni. Muretus* || 19 meus] eius **ct** | tuus *om.* **V** | tu es *om.* **ns** si tu es *om.* **v** || 23 cui bello cum] cur ei bello tum (tu **n**[2]) **D** || 24 propter[1] . . . libidines *del. Ernesti* | tum] et **bnst** tuam et **v**

sanguinem uel potius exsorbueras; fueras in acie Pharsalica antesigna-
nus; L. Domitium, clarissimum et nobilissimum uirum, occideras mul-
tosque praeterea qui e proelio effugerant, quos Caesar, ut non nullos,
fortasse seruasset, crudelissime persecutus trucidaras. quibus rebus tantis
talibus gestis quid fuit causae cur in Africam Caesarem non sequerere, 5
cum praesertim belli pars tanta restaret? itaque quem locum apud ipsum
Caesarem post eius ex Africa reditum obtinuisti? quo numero fuisti?
cuius tu imperatoris quaestor fueras, dictatoris magister equitum, belli
princeps, crudelitatis auctor, praedae socius, testamento, ut dicebas
ipse, filius, appellatus es de pecunia quam pro domo, pro hortis, pro 10
72 sectione debebas. primo respondisti plane ferociter et, ne omnia uidear
contra te, prope modum aequa et iusta dicebas: 'a me C. Caesar pecu-
niam? cur potius quam ego ab illo? an sine me ille uicit? at ne potuit qui-
dem. ego ad illum belli ciuilis causam attuli; ego leges perniciosas rogaui;
ego arma contra consules imperatoresque populi Romani, contra sena- 15
tum populumque Romanum, contra deos patrios arasque et focos, contra
patriam tuli. num sibi soli uicit? quorum facinus est commune, cur non
sit eorum praeda communis?' ius postulabas, sed quid ad rem? plus
73 ille poterat. itaque excussis tuis uocibus et ad te et ad praedes tuos milites
misit, cum repente a te praeclara illa tabula prolata ⟨e⟩s⟨t⟩. qui risus 20
hominum, tantam esse tabulam, tam uarias, tam multas possessiones, ex
quibus praeter partem Miseni nihil erat quod is qui auctionaretur posset
suum dicere. auctionis uero miserabilis aspectus: uestis Pompei non mul-
ta eaque maculosa; eiusdem quaedam argentea uasa conlisa, sordidata
mancipia, ut doleremus quicquam esse ex illis reliquiis quod uidere pos- 25
74 semus. hanc tamen auctionem heredes L. Rubri decreto Caesaris prohi-
buerunt. haerebat nebulo: quo se uerteret non habebat. quin his ipsis

6 restaret: *cf. Gell. 1, 22, 17* || **14** *Non. 383, 14–15* ego ad . . . rogaui || **27** *cf. fortasse Non. 182, 8–10* titubare, trepidare. M. Tullius Philippicarum lib. XIV: 'titubare, haesitare, quo se uerteret nescire'

3 praeterea] praerea **V** *om.* **D** *corr.* ς | e] de **nsv** eo **t** | alios *post* non nullos *add. Cobet* || **4** seruaret **ct**; *cf. Peskett 70* || **4.5** talibus tantis **c** tantis talibusque **n** tantis ac talibus *Schütz* tantis et talibus *Eberhard; cf. Cic. Planc. 29, Lig. 36* || **5** quid . . . Africam *om.* **V**; *quod adtinet ad* quid fuit causae cur *cf. K.-St. II 279* || **6** praestaret **V**; *cf. tamen Gell. 1, 22, 17* || **9** testamenti **D**; *cf. Ernesti 1388, Denniston 141* | dicebat **D** || **12** C. *om.* **D** || **13** ille sine me **nsv** | at ne] anne **bcns** ac ne **t** an me **v** || **14** illum] eum *Non.* | ego[2] . . . rogaui *om.* **V** || **16** et *om.* **V** || **17** est *om.* **D** || **18** ius⟨ta⟩ postulabas *Campe; sed cf. Liu. 5, 36, 9, Halm-Laubmann 102* || **19** exclusis *Manutius* (*prob. Madvig Opusc. 168*) explosis *Hirschfelder; cf. Cic. Sull. 24. 47, Tib. 2, 6, 12 aliaque exempla ap. ThLL V 2,1310, 66 sqq.* | praedas tuas **n**[1] (*corr.* **n**[2])**sv** || **20** prolata est] prolatas **V** prolata **D** *corr. Halm* (*prob. Madvig Opusc. 168*) || **21** hominum de te erat **D** || **22** is *om.* **V** || **25** reliquis **Vn**[1] (*corr.* **n**[2])**t** reliqui *Pluygers* || **27** quin] quippe in **D** | iis ipsis *Halm*

temporibus domi Caesaris percussor ab isto missus deprehensus dicebatur
esse cum sica: de quo Caesar in senatu aperte in te inuehens questus est.
proficiscitur in Hispaniam Caesar paucis tibi ad soluendum propter in-
opiam tuam prorogatis diebus. ne tum quidem sequeris. tam bonus gla-
5 diator rudem tam cito? hunc igitur quisquam qui in suis partibus, id est
in suis fortunis, tam timidus fuerit pertimescat?

30 **75** Profectus est aliquando tandem in Hispaniam; sed tuto, ut ait, per-
uenire non potuit. quonam modo igitur Dolabella peruenit? aut non sus-
cipienda fuit ista causa, Antoni, aut, cum suscepisses, defendenda usque
10 ad extremum. ter depugnauit Caesar cum ciuibus, in Thessalia, Africa,
Hispania. omnibus adfuit his pugnis Dolabella; in Hispaniensi etiam uol-
nus accepit. si de meo iudicio quaeris, nollem; sed tamen consilium a
primo reprehendendum, laudanda constantia. tu uero quid es? Cn. Pom-
pei liberi tum primum patriam repetebant. esto, fuerit haec partium causa
15 communis. repetebant praeterea deos patrios, aras, focos, larem suum
familiarem, in quae tu inuaseras. haec cum peterent armis ei quorum
erant legibus – etsi in rebus iniquissimis quid potest esse aequi? –
tamen quem erat aequissimum contra Cn. Pompei liberos pugnare?
quem? te sectorem. an cum tu Narbone mensas hospitum conuomeres **76**
20 Dolabella pro te in Hispania dimicaret?

Qui uero Narbone reditus! etiam quaerebat cur ego ex ipso cursu tam
subito reuertissem. exposui nuper, patres conscripti, causam reditus mei.
uolui, si possem, etiam ante Kalendas Ianuarias prodesse rei publicae.
nam, quod quaerebas quo modo redissem, primum luce, non tenebris;
25 deinde cum calceis et toga, nullis nec Gal⟨l⟩icis nec lacerna. at etiam

19 *Seru. Gramm. IV 416, 12–13; 511, 13; Cledon. Gramm. V 22, 13–14* cum tu ... conuomeres || 24–25 *Iul. Rufin. Rhet. Lat. 40, 5* nam ... lacerna

1 ab isto missus *del. Ernesti* || 2 cum in te inuehens sic ad quo caesar in senatu aperte in te inuehens questus est **V**; *cf. Clark Desc. 178 sq.* || 5 cito accepisti **D**; *sed de uerbali uoce omissa cf. § 72* a me C. Caesar pecuniam *aliaque exempla ap. Madvig Fin. 23, Opusc. 167* || 5–6 hunc ... pertimescat *post § 75, l. 16* (inuaseras) *transt. Campe, qui* id est (*l. 5*) *in* idque *mut.* || 6 fuerat **V** || 7 tandem aliquando **D** || 11 in *om.* **Vbct** || 13 quid es] quid ais *Halm* quid audes (*uel* secutus es) *Hirschfelder* || 14 liber V^1 (*corr.* V^2) liberam **c** | tum *om.* **D** || 15 partios **V** penates patrios **bcnsv** penates proprios **t** *corr. Faernus* || 16 in quae tu] in quencumque **V** in quae cuncta tu *Orelli* (*prob. Zielinski Claus. 213*) in quae tu inpie *Schöll in app.; cf. Lebreton 11* | repeterent **bct** | ei] eius **c** hi **ns** *om.* **b** || 18–19 tamen ... sectorem] tamen erat aequissimum contra cn. p. (cn. p. *om.* **t**) liberos (non *add.* **s**) cn. p. pugnare (te *add.* **bc**) sectorem **D** || 18 sed *ante* tamen *add. Campe* || 19 cum tu *Seru., Cledon.* tutu **V** tu **D** ut n^2 ut tu *Clark* | in mensas **nsv** | hospitium **V**, *Seru.* (*IV 416, 12; at uide IV 511, 13*) | cum uomeres **bcnsv** cum conuomeres **t** || 21 narbona **bs** | etiam] eius iam **c** et tamen **bnsv** est iam **t** eius: tamen *Ferrarius; cf. 13, 37, Verr. 2, 5, 57, Halm-Laubmann 103, Nisbet 59* || 22 patribus conscriptis **V** || 25 nec[1] *om. Iul. Rufin.* | caligis **VD**, *Iul. Rufin., corr.* ς (*cf. app. ad p. 42, 7*); *simul audi* soleis *et cf. Denniston 142*

aspicis me et quidem, ut uideris, iratus. ne tu iam mecum in gratiam redeas, si scias quam me pudeat nequitiae tuae, cuius te ipsum non pudet. ex omnium omnibus flagitiis nullum turpius uidi, nullum audiui. qui magister equitum fuisse tibi uiderere, in proximum annum consulatum peteres uel potius rogares, per municipia coloniasque Galliae, a qua nos tum 5
81 cum consulatus petebatur, non rogabatur, petere consulatum solebamus,
77 cum Gallicis et lacerna cucurristi. at uidete leuitatem hominis. cum hora diei decima fere ad Saxa rubra uenisset, delituit in quadam cauponula atque ibi se occultans perpotauit ad uesperam; inde cisio celeriter ad urbem aduectus domum uenit capite obuoluto. ianitor: 'quis tu?' 'a Marco 10 tabellarius'. confestim ad eam, cuius causa uenerat, eique epistulam tradidit. quam cum illa legeret flens – erat enim scripta amatorie; caput autem litterarum sibi cum illa mima posthac nihil futurum; omnem se amorem abiecisse illim atque in hanc transfudisse – cum mulier fleret uberius, homo misericors ferre non potuit, caput aperuit, in collum 15 inuasit. o hominem nequam! quid enim aliud dicam? magis proprie nihil possum dicere. ergo, ut te catamitum, nec opinato cum te ostendisses, praeter spem mulier aspiceret, idcirco urbem terrore nocturno, Italiam
78 multorum dierum metu perturbasti? et domi quidem causam amoris habui⟨s⟩t⟨i⟩, foris etiam turpiorem ne L. Plancus praedes tuos uenderet. 20 productus autem in contionem a tribuno plebis cum respondisses te rei tuae causa uenisse, populum etiam dicacem in te reddidisti. sed nimis multa de nugis: ad maiora ueniamus.

82 C. Caesari ex Hispania redeunti obuiam longissime processisti. celeriter isti, redisti, ut cognosceret te si minus fortem, at tamen strenuum. 25

7 *Gell. 13, 22, 6* cum . . . cucurristi || 7–19 *Gell. 6, 11, 4–6* at . . . perturbasti || 8–10 *Non. 86, 30–31* delituit . . . uenit || 16 *Argentar. ap. Sen. Suas. 6, 7* hominem nequam

1 equidem **nsv** || 2 cuius te] cum iuste **V** || 3 nullum turpius uidi *om.* **V** | quam qui **nsv** || 5 per] is per **bct** is qui per **nsv** | a *om.* **V** e *coni. Halm; cf. Att. 1, 1, 2, Long 510, King 79* | nos tum] nostrum **bct** *om.* **nsv** || 7 Gallicis *Gell.* calligis **V** caligis **D** | accucurristi *Pluygers* | at] aut **V** | hominis *om.* **D** || 8 decima *om.* **V** | caupona *Non.* || 9 perpotauit ad uesperam] perpotum *Non.* | uesperum **D**, *Gell.; cf. tamen Cic. Cat. 2, 6* | inde *om. Non.* || 9. 10 celeriter ad urbem aduectus *om. Non.* || 10 capite] ore *Gell.* | inuoluto **D**, *Gell.; cf. tamen Plaut. Most. 424, ThLL IX 2, 326, 77 sqq.* | ianitor rogat *Gell.* || 11 eam deducitur **D** (*nisi quod* eam adducitur **b**)*; deducitur post* uenerat *Gell.; sed de uerbali uoce omissa cf. K.-St. II 552, Hauschild 291, King 80* | tradit *Gell.* || 12 illa cum *Gell.* | amatorie scripta **bcns** amatorie causa scripta **t** || 13 sibi] hoc erat sibi *Gell.* || 14 illim] illi non **V** illic **ct** illinc **bnsv** illi *Gell.* illius *Nohl, corr. Lambinus* || 16 quid . . . dicam *om. Gell. 6, 11, 5 et 6* | nihil enim magis proprie *Gell. 6, 11, 5 et 6* || 17 neque opinato **D** | cum te] cum **D**, *Gell.* cum os *Cobet* || 20 habuit **VD** (habeat **t**[1]) *corr. Ferrarius; codicum lectionem prob. Clark, Cl. R. 14, 1900, 404 sq., qui* suos *cum Harleiano 2682 infra legit, coll. § 41; 8, 27* || 21 autem *om.* **nsv** | in contione **cnst** || 24 C. *om.* **D** || 25 isti et redisti **D**; *de asyndeto cf. § 89, Att. 15, 5, 3, K.-St. II 151*

factus es ei rursus nescio quo modo familiaris. habebat hoc omnino Caesar: quem plane perditum aere alieno egentemque, si eundem nequam hominem audacemque cognorat, hunc in familiaritatem libentissime recipiebat. his igitur rebus praeclare commendatus iussus es renuntiari con- **79**
5 sul et quidem cum ipso. nihil queror de Dolabella qui tum est impulsus, inductus, elusus. qua in re quanta fuerit uterque uestrum perfidia in Dolabellam quis ignorat? ille induxit ut peteret, promissum et receptum interuertit ad seque transtulit; tu eius perfidiae uoluntatem tuam ascripsisti. ueniunt Kalendae Ianuariae: cogimur in senatum: inuectus est co-
10 piosius multo in istum et paratius Dolabella quam nunc ego. hic autem **80**
iratus quae dixit, di boni! primum cum Caesar ostendisset se, prius quam proficisceretur, Dolabellam consulem esse iussurum — quem negant regem, qui et faceret semper eius modi aliquid et diceret — sed cum Caesar ita dixisset, tum hic bonus augur eo se sacerdotio praeditum esse
15 dixit ut comitia auspiciis uel impedire uel uitiare posset, idque se facturum esse adseuerauit. in quo primum incredibilem stupiditatem hominis cognoscite. quid enim? istud quod te sacerdoti iure facere posse dixisti, **81**
si augur non esses et consul esses, minus facere potuisses? uide ne etiam facilius. nos enim nuntiationem solum habemus, consules et reliqui ma-
20 gistratus etiam spectionem. esto: hoc imperite; nec enim est ab homine numquam sobrio postulanda prudentia. sed uidete impudentiam. multis ante mensibus in senatu dixit se Dolabellae comitia aut prohibiturum auspiciis aut id facturum esse quod fecit. quisquamne diuinare potest quid uiti in auspiciis futurum sit, nisi qui de caelo seruare constituit?
25 quod neque licet comitiis per leges et si qui seruauit non comitiis habitis, sed prius quam habeantur, debet nuntiare. uerum implicata inscientia impudentia est: nec scit quod augurem nec facit quod pudentem decet. itaque ex illo die recordamini eius usque ad Idus Martias consulatum. quis umquam apparitor tam humilis, tam abiectus? nihil ipse poterat; **82**
30 omnia rogabat; caput in auersam lecticam inserens, beneficia quae uenderet a conlega petebat. ecce Dolabellae comitiorum dies. sortitio praero- **83**
gatiuae; quiescit. renuntiatur: tacet. prima classis uocatur [renuntiatur],

3 cognoram **V** cognouerat **D** *corr.* ς || 4 es] est **D** || 5 de *om.* **V**[1] (*add.* **V**[2]) || 5–6 qui tum ... Dolabellam *om.* **V**[1] (*add.* **V**[2]); *cf. Clark Desc. 190* || 6 utriusque **D** || 7 induxit ut peteret *om.* **V** || 11 irtus **V** mihi iratus **bnt** mihi iratus est **s** miratus **v** | cum primum **sv** || 12 negat **V** || 17 enim est **V** || 18 ne *om.* **V** || 20 spectationem **V**[1] inspectionem **bnsv** ispectationem **V**[2]; *cf. Denniston 145* || 22 dixit sed labellae **V** dixisse dolabellae **D** *corr.* **n**[2] *et Poggius* || 25 habitis (habetis **t**) comitiis **D** habitis *del. Cobet* || 26 inscitia **bcst**; *de abl. cf. K.-St. I 381* || 27 est: nec scit] si nec scit **b** sed nec scit **c** si nescit **nstv** || 28 itaque] atque **D**, *fort. recte* || 29 tam[1] *om.* **V** || 30 aursam **V** aduersam **bnstv**; *cf. King 82* | inferens **bnstv** | uenderet] uideret **V** || 32 *del. Garatoni; cf. etiam Madvig Opusc. 137 sq.*

deinde ita ut adsolet suffragia, tum secunda classis, quae omnia sunt
83 citius facta quam dixi. confecto negotio bonus augur — C. Laelium diceres — 'alio die' inquit. o impudentiam singularem! quid uideras, quid senseras, quid audieras? neque enim te de caelo seruasse dixisti nec hodie dicis. id igitur obuenit uitium quod tu iam Kalendis Ianuariis futurum 5
esse prouideras et tanto ante praedixeras. ergo hercule magna, ut spero, tua potius quam rei publicae calamitate ementitus es auspicia; obstrinxisti religione populum Romanum; augur auguri, consul consuli obnuntiasti. nolo plura, ne acta Dolabellae uidear conuellere, quae necesse est
84 aliquando ad nostrum conlegium deferantur. sed adrogantiam hominis 10
insolentiamque cognoscite. quam diu tu uoles, uitiosus consul Dolabella; rursus, cum uoles, saluis auspiciis creatus. si nihil est, cum augur eis uerbis nuntiat, quibus tu nuntiasti, confitere te, cum 'alio die' dixeris, sobrium non fuisse; sin est aliqua uis in istis uerbis, ea quae sit augur a conlega requiro. 15

Sed ne forte ex multis rebus gestis M. Antoni rem unam pulcherrimam
34 transiliat oratio, ad Lupercalia ueniamus. non dissimulat, patres conscripti: apparet esse commotum; sudat, pallet. quidlibet, modo ne [nausiet] faciat quod in porticu Minucia fecit. quae potest esse turpitudinis tantae defensio? cupio audire, ut uideam ubi rhetoris sit tanta merces [id est 20
85 ubi campus Leontinus appareat]. sedebat in rostris conlega tuus amictus toga purpurea, in sella aurea, coronatus. escendis, accedis ad sellam — ita eras Lupercus ut te consulem esse meminisse deberes — diadema ostendis. gemitus toto foro. unde diadema? non enim abiectum sustuleras, sed attuleras domo: meditatum et cogitatum scelus. tu diadema imponebas 25
cum plangore populi; ille cum plausu reiciebat. tu ergo unus, scelerate,

11 *Prisc. Gramm. II 386, 6—7* quem ipse ementitis auspiciis uitiosum fecerat

1 ita *om.* **D** | sex *ante* suffragia *duce Hirschfelder add. Niebuhr* | equitum *post* suffragia *add. Mommsen; cf. Denniston 146 sq.* | classis uocatur **V** | deinde ... suffragatum secunda classis uocatur *Ant. Augustinus* deinde ... it suffragatum secunda classis *Urlichs* deinde ... suffragatur secunda classis *Kahnt* || 2 C. *om.* **D** || 4 neque ... nec] nec ... neque **D** || 8 p. r. religione **D** | nuntiauisti **D** (*nisi quod* nuntiasti **c**), *prob. Ernesti 1393; cf. tamen Donat. ad Ter. Ad. 547* proprie obnuntiare dicuntur augures, cum aliquid mali ominis scaeuumque uiderint, *Cic. Sest. 79* obnuntiauit consuli || 12 creatur **bns** | si] sed **nstv** | augur eis] auguris **V** || 13 tu *om.* **D** || 14 auguris **nstv** || 16 M. *om.* **V** || 17 forte transiliat **V** || 18 *del. Cobet, praeeunte Pluygers, qui non modo* nausiet *sed etiam* sit (*l. 20*) *et* id est ... Leontinus (*l. 20—21*) *del.; uox uerbalis e § 63* tantum uini in Hippiae nuptiis exhauseras ut tibi necesse esset in populi Romani conspectu uomere postridie *huc irrepsit* || 19 tanta **stv** || 20 sit *om.* **D**, *prob. Madvig Opusc. 756* || 20—21 id est ubi ... appareat **V** ubi ... appareat **D** *del. Campe; cf. §§ 43. 101, Halm-Laubmann 136* || 22 escendis] ascendis **D**; *cf. ThLL V 2, 857, 60 sqq.* || 25 domo: meditatum *sic dist. Schöll praeeunte Campe, J. cl. Ph. 91, 1865, 172* domo, meditatum *Halm* || 26 reiciebat] recipiebat **bcn**[1] (*corr.* **n**[2]) **s**[1]**v** accipiebat **t** reciebat **s**[2] | scelerati **V**

inuentus es qui cum auctor regni esses, eumque quem conlegam habebas
dominum habere uelles, idem temptares quid populus Romanus ferre et
pati posset. at etiam misericordiam captabas: supplex te ad pedes ab- 86
iciebas. quid petens? ut seruire⟨mu⟩s? tibi uni peteres qui ita a puero
5 uixeras ut omnia paterere, ut facile seruires; a nobis populoque Romano
mandatum id certe non habebas. o praeclaram illam eloquentiam tuam,
cum es nudus contionatus! quid hoc turpius, quid foedius, quid suppliciis
omnibus dignius? num exspectas dum te stimulis fodiamus? haec te, si
ullam partem habes sensus, lacerat, haec cruentat oratio. uereor ne im-
10 minuam summorum uirorum gloriam; dicam tamen dolore commotus.
quid indignius quam uiuere eum qui imposuerit diadema, cum omnes
fateantur iure interfectum esse qui abiecerit? at etiam ascribi iussit in 87
fastis ad Lupercalia: C. Caesari, dictatori perpetuo, M. Antonium consu-
lem populi iussu regnum detulisse; Caesarem uti noluisse. iam iam mini-
15 me miror te otium perturbare; non modo urbem odisse sed etiam lucem;
cum perditissimis latronibus non solum de die sed etiam in diem bibere.
ubi enim tu in pace consistes? qui locus tibi in legibus et in iudiciis esse
potest, quae tu, quantum in te fuit, dominatu regio sustulisti? ideone
L. Tarquinius exactus, Sp. Cassius, ⟨Sp.⟩ Maelius, M. Manlius necati
20 ut multis post saeculis a M. Antonio, quod fas non est, rex Romae con-
stitueretur?

Sed ad auspicia redeamus, de quibus [rebus] Idibus Martiis fuit in se- **35** 88
natu Caesar acturus. quaero: tum tu quid egisses? audiebam equidem te
paratum uenisse, quod me de ementitis auspiciis, quibus tamen parere

16 *Arus. Gramm. VII 468, 31* non solum . . . ad diem uiuere || 24 *Prisc. Gramm. II 386, 6–7* quem ipse ementitis auspiciis uitiosum fecerat

1 regi **V** | eum quem **Vnst** (*sed cf. Madvig Opusc. 756*) eumque **v** | collegam regni **nstv**; *de repetita uoce* regni *cf. Ernesti 1393, Clark Desc. 187* || 2 idem] eundem **b** et idem **nstv** || 3 eiciebas **V** obiciebas **n**[1] (*corr.* **n**[2])**sv**; *cf. Rhet. Her. 4, 65; Cic. p. red. in sen. 12; Fam. 4, 4, 3; Att. 4, 2, 4; 8, 9, 1 aliaque exempla ap. ThLL I 86, 30 sqq.* || 4 seruiremus] struires **V** seruires **D** *corr. Roell; prob. Schöll, qui 8, 12* tu arma abicienda censes ut seruiamus *confert* || 5 ut facile seruires *del. Cobet* || 8 fodiam **nstv** || 9 sensus habes **et** || 11 quid indignius quam uiuere] nonne indignus tu tueri (tuere **t**) **D**; quid indignius *defenditur a Cic. Att. 16, 11, 12; quod adtinet ad familiae* **D** *textum, cf. Lutz 28 sq.* || 12 abiecerit] abnuerit *Campe; cf. tamen Halm-Laubmann 111* || 13 M. *om.* **V** || 14 iam *semel Madvig, Emend. Liu., Hauniae 1877*[2]*, 384 adn. 2; cf. ThLL VII 1, 119, 16 sqq., Wölfflin Ausgew. Schr. 314 sq.* || 16 de *om.* **V**; *cf. K.-St. I 499, ThLL V 1, 1043, 23 sqq.* | in diem] ad diem *Arus.; cf. ThLL V 1, 1040, 43 sqq.* | bibere] uiuere **VD**, *Arus., corr. Badham* (*cf. Housman Class. Pap. I 379; idem coniecerunt Hauschild 297 et C. F. W. Müller: cf. eius edit. p. CVIII*); *cf. § 104; tradita def. Denniston 154* || 19 regno pulsus exactus **nsv** exactus ⟨est⟩ *Madvig Opusc. 756* | Sp.[2] *om.* **VD** *add.* **n**[2] *et Poggius; cf. § 114, Madvig Opusc. 138* | Manlius] manilius **V** || 20 quod fas non est *del. Campe; cf. tamen Halm-Laubmann 111* || 22 de quibus **V** de quibus rebus idibus **D** rebus *del. Halm* || 23 tum *del. Ernesti* | quidem **D**[a] || 24 mentitis **V**

necesse erat, putares esse dicturum. sustulit illum diem fortuna rei publi-
cae. num etiam tuum de auspiciis iudicium interitus Caesaris sustulit?
sed incidi in id tempus quod eis rebus in quas ingressa erat oratio praeuer-
tendum est. quae tua fuga, quae formido praeclaro illo die, quae propter
conscientiam scelerum desperatio uitae, cum ex illa fuga beneficio eorum 5
qui te, si sanus esses, saluum esse uoluerunt, clam te domum recepisti!
89 o mea frustra semper uerissima auguria rerum futurarum! dicebam illis
in Capitolio liberatoribus nostris, cum me ad te ire uellent, ut ad defen-
dendam rem publicam te adhortarer, quoad metueres, omnia te promissu-
rum; simul ac timere desisses, similem te futurum tui. itaque cum ceteri 10
consulares irent, redirent, in sententia mansi: neque te illo die neque
postero uidi neque ullam societatem optimis ciuibus cum importunissimo
hoste foedere ullo confirmari posse credidi. post diem tertium ueni in
aedem Telluris et quidem inuitus, cum omnes aditus armati obsiderent.
90 qui tibi dies ille, Antoni, fuit? quamquam mihi inimicus subito exstitisti, 15
36 tamen me tui miseret quod tibi inuideris. qui tu uir, di immortales, et
quantus fuisses, si illius diei mentem seruare potuisses! pacem haberemus,
quae erat facta per obsidem puerum nobilem, M. Bambalionis nepotem.
quamquam bonum te timor faciebat, non diuturnus magister offici, im-
probum fecit ea quae, dum timor abest, a te non discedit, audacia. etsi 20
tum, cum optimum te putabant me quidem dissentiente, funeri tyranni,
91 si illud funus fuit, sceleratissime praefuisti. tua illa pulchra laudatio, tua
miseratio, tua cohortatio; tu, tu, inquam, illas faces incendisti, et eas
quibus semustilatus ille est et eas quibus incensa L. Bellieni domus de-
flagrauit. tu illos impetus perditorum hominum et ex maxima parte 25
seruorum quos nos ui manuque reppulimus in nostras domos immisisti.
idem tamen quasi fuligine abstersa reliquis diebus in Capitolio praeclara
senatus consulta fecisti, ne qua post Idus Martias immunitatis tabula
neue cuius benefici figeretur. meministi ipse de exsulibus, scis de immuni-
tate quid dixeris. optimum uero quod dictaturae nomen in perpetuum de 30
re publica sustulisti: quo quidem facto tantum te cepisse odium regni
uidebatur ut eius omnem propter proximum dictatorem metum tolleres.

1 diem *del. Kraffert, qui* illum *sc.* Caesarem *interpretatur* | rei publicae] populi r. **nstv** || 2 tuum] tum **V** || 3 praetereundum **D**; *cf. tamen Cic. Diuin. 1, 10* || 4 est] non sit **bcn** est non sit **s** si **t** non est **v** | praeclaro *om.* **D** || 15 dis ille **V** ille dies **D** *corr.* ς | m. antoni **D** | subito inimicus **nsv** || 16 et] sed **V** || 18 nobilem m. antoni filium **D** || 19 te bonum **D** || 21, 22 tyranni illius sceleratissimi praefuisti **D** || 23 inquam *om.* **cnst** || 25 hominum *om.* **V** || 29 cui **c** cuiusquam **nt** cuiusque **sv** || 32 regni eius **nsv** | omnem] omen nomen **V** omne nomen *Muretus*; omnem *deff. Clark, Cl. R. 14, 1900, 405, qui confert 1, 4* non modo regno . . . sed etiam regni timore sublato . . . cum dictatoris nomen . . . propter perpetuae dictaturae recentem memoriam sustulisset *et Reid ap. Peskett 91* | proximum dictatoris **V** proximi dictatoris *Muretus* | tolleres metum **nstv** | ut eius omen [propter] proximum dictatoris metum tolleres *Madvig Adu. III 153 (cf. tamen Opusc. 756 sq.)* ut propter metum eius, omnino nomen proximum dictatoris tolleres *Mac Kay*

Constituta res publica uidebatur aliis, mihi uero nullo modo, qui omnia 92
te gubernante naufragia metuebam. num igitur me fefellit, aut num
diutius sui potuit dissimilis esse? inspectantibus uobis toto Capitolio
tabulae figebantur, neque solum singulis ueni[e]bant immunitates sed
5 etiam populis uniuersis: ciuitas non iam singillatim, sed prouinciis totis
dabatur. itaque si haec manent quae stante re publica manere non pos-
sunt, prouincias uniuersas, patres conscripti, perdidistis, neque uectigalia
solum sed etiam imperium populi Romani huius domesticis nundinis demi- 37
nutum est. ubi est septiens miliens quod est in tabulis quae sunt ad Opis? 93
10 funestae illius quidem pecuniae, sed tamen quae nos, si eis quorum
erat non redderetur, a tributis posset uindicare. tu autem quadringentiens
sestertium quod Idibus Martiis debuisti quonam modo ante Kalendas
Aprilis debere desisti? sunt ea quidem innumerabilia quae a tuis emeban-
tur non in[i]sciente[s] te, sed unum egregium de rege Deiotaro, populi
15 Romani amicissimo, decretum in Capitolio fixum: quo proposito nemo
erat qui in ipso dolore risum posse⟨t⟩ continere. quis enim cuiquam in- 94
imicior quam Deiotaro Caesar? aeque atque huic ordini, ut equestri, ut
Massiliensibus, ut omnibus quibus rem publicam populi Romani caram
esse sentiebat. igitur a quo uiuo nec praesens nec absens rex Deiotarus
20 quicquam aequi boni impe⟨t⟩rauit, apud mortuum factus est grat⟨ios⟩us.
compellarat hospitem praesens, computarat pecuniam [impetrarat], in
eius tetra⟨r⟩chia ⟨u⟩num ex Graecis comitibus suis conlocarat, Arme-
niam abstulerat a se⟨na⟩tu datam. haec uiuus eripuit, reddit mortuus.

3 esse dissimilis **D**; *sed de clausula* (—◡◡◡ —◡) *cf. Fraenkel Les. 15* || 4 uenie-bant **VD** *corr. Heusinger coll. Cic. Att. 5, 20, 5* (*ubi tamen* uenibant *dett. codd. tradunt*), *Plin. N. H. 9, 136, Quintil. Inst. 6, 3, 51* || 5 populis suis **V** | non tam **stv** || 9–13 ubi est . . . desisti *post § 96* acta defendimus *transt. Nägelsbach* || 9 milies sestertium **nsv** | est² *om.* **D**; *cf. Halm-Laubmann 114* | opis patebat (-atur **v**) **D** || 10 illae *Campe* | quae nos *post* redderetur **D** || 11. 12 sestertium quadringentiens **D** || 13 dedisti **V** | sunt ea . . . defendimus (*§ 96, l. 16*) *om.* **D** | *ante* sunt ea *iter.* **V** (*e § 97*) quid ego de commentaris caesaris infinitos quiden memirabilibus cyrigraphis caesaris loquar; *cf. Clark Desc. 172. 175. 177* | a tuis] ad uis **V** a diuersis *Poggius, corr. Faernus; cf. Madvig Opusc. 167, Rizzo 336* || 14 insciente te] iniscientes te **V** *corr. Poggius* || 16 posse **V** *corr. Poggius* || 17–18 ut . . . ut . . . ut] et . . . et . . . et *Pluygers; cf. tamen K.-St. II 449, Schöll 25* || 19 is igitur **V**² *Poggius* (*qui* rex Deiotarus *om., non improbante Rizzo 337*); *tradita def. Madvig Opusc. 167* | is igitur qui a uiuo *Ernesti* | uiuo *del. Eberhard* || 20 imperauit **V** *corr. Poggius* | eum *ante* mortuum *add. Ernesti* | factum est gratus **V** factus est gratus *Poggius, corr. Ubaldinus* || 21 compellerat **V** *corr. Poggius* | pecuniam impetrarat **V** pecuniam imperarat (*ex* impetrarat) *Poggius* (*probb. Campe, J. cl. Ph. 91, 1865, 173, Cobet, Mnem. N. S. 8, 1879, 125, qui* computarat *del.*) | impetrarat *del. Clark, cuius sententia de uaria lectione agitur, quae e l. 20 huc migrauit; cf. etiam Denniston 157 et Clark Desc. 191* || 22 tetrarchia unum] tetrechianum **V** tetrarchiam *Poggius, corr. Faernus* || 23 a senatu datam] asetudatam **V** *corr. Poggius* | reddidit *Poggius; cf. Rizzo 337*

95 at quibus uerbis? modo aequum sibi uideri, modo non iniquum. mira
uerborum comple⟨xio⟩! at ille ⟨n⟩umquam – semper enim absenti ad-
fui Deiotaro – quicquam sibi quod nos pro illo postularemus aequum
dixit uideri. syngrapha sesterti centiens per legatos, uiros bonos, sed ti-
midos et imperitos, sine ⟨no⟩stra, sine reliquorum hospitum regis ⟨sen- 5
tentia⟩ facta in gynaecio e⟨s⟩t, quo in loco plurimae res uenierunt et
ueneunt. qua ex syngrapha quid sis acturus meditere censeo: rex enim
ipse sua sponte, nullis commentariis Caesaris, simul atque audiuit eius
96 interitum, suo Marte res suas recuperauit. sciebat homo sapiens ius sem-
per hoc fuisse ut, quae tyranni eripuissent, ea tyrannis interfectis ei qui- 10
bus erepta essent recuperarent. nemo igitur iure[is] consultus, ne iste
quidem, qui tibi uni est iure consultus, per quem haec agis, ex ista syn-
grapha deberi dicet pro eis rebus quae erant ante syngrapham recupera-
tae. non enim a te emit, sed prius quam tu suum sibi uendere⟨s⟩ ipse
possedit. ille uir fuit; nos quidem contemnendi qui auctorem odimus, 15
acta defendimus.

38
97 Quid ego de commentariis infinitis, quid de innumerabilibus chiro-
graphis loquar? quorum etiam institores sunt qui ea tamquam gladiato-
rum libellos palam uenditent. itaque tanti acerui nummorum apud istum
construuntur ut iam expendantur, non numerentur pecuniae. at quam 20
caeca auaritia est! nuper fixa tabula est qua ciuitates locupletissimae
Cretensium uectigalibus liberantur, statuiturque ne post M. Brutum pro
consule sit Creta prouincia. tu mentis compos, tu non constringendus? an
Caesaris decreto Creta post M. Bruti decessum potuit liberari, cum
Creta nihil ad Brutum Caesare uiuo pertineret? at huius uenditione de- 25
creti – ne nihil actum putetis – prouinciam Cretam perdidistis. om-
98 nino nemo ullius rei fuit emptor cui defuerit hic uenditor. et de exsulibus
legem quam fixisti Caesar tulit? nullius insector calamitatem: tantum

1 uerbis] ursibus **V** (*unde inepte* uersibus *coni. Schöll*) *corr. Poggius* | aequum sibi uideri] ea cum siuiuideri **V** *corr. Poggius* || 2 complexio at] compleat **V** (t *del.* V^2) *corr. Poggius* | umquam **V** *corr. Poggius* || 4 syngrapha sesterti] sy ingrafe uestertii **V** *corr. Poggius* | uiros] urtos **V** *corr. Poggius* || 5 sine nostra] sinestra **V** sine sua *Poggius* (*at uide Rizzo 336*) sine Sexti *Ferrarius, corr. Muretus; simul audi* sententia *et de rhythmo* (◡◡— —) *cf. Fraenkel Les. 99* | sententia *om.* V^1 (*add.* V^2) || 6 gynecaeo et **V** gyneceo *Poggius, corr. Halm; cf. Rizzo 336* || 9 suo mater essuas (*in ras. ex* ressuas) reciperauit (recuperauit V^2)**V** *corr. Poggius* || 10 quae] qui V^1 *corr.* V^2 || 11 iureis **V** *corr. Poggius* iure *del. Koch* || 13 dicit **V** *corr. Halm* || 14 uendere **V** *corr. Poggius* || 15 actorem *Koch; cf. tamen 13, 2* quid ego de proximo (*sc.* ciue detestabili) dicam, cuius acta defendimus, auctorem ipsum caesum fatemur || 18 imitatores **VD** (mittatores **t**) *corr. Pantagathus; cf. Madvig Opusc. 141* || 21 et nuper **V** | tabula est] tabulas V^1 (*corr.* V^2) || 22 uectigalibus *om.* **D** || 23 mentis es **bcst**V^2 | an] in **VD** num *Clark dub. in app., corr. Manutius* || 27 ullius rei nemo **nsv** | defuerit] defuit **V** || 28 Caesar tulit? *sic dist. Christ*

queror, primum eorum reditus inquinatos quorum causam Caesar dissimilem iudicarit; deinde nescio cur non reliquis idem tribuas: neque enim plus quam tres aut quattuor reliqui sunt. qui simili in calamitate sunt, cur tua misericordia non simili fruuntur, cur eos habes in loco patrui?
5 de quo ferre, cum de reliquis ferres, noluisti: quem etiam ad censuram petendam impulisti, eamque petitionem comparasti quae et risus hominum et querelas moueret. cur autem ea comitia non habuisti? an quia 99 tribunus plebis sinistrum fulmen nuntiabat? cum tua quid interest, nulla auspicia sunt; cum tuorum, tum fis religiosus. quid? eundem in
10 septemuiratu nonne destituisti? interuenit enim cui metuisti, credo, ne saluo capite negare non posses. omnibus eum contumeliis onerasti quem patris loco, si ulla in te pietas esset, colere debebas. filiam eius, sororem tuam, eiecisti, alia condicione quaesita et ante perspecta. non est satis: probri insimulasti pudicissimam feminam. quid est quod addi possit?
15 contentus eo non fuisti: frequentissimo senatu Kalendis Ianuariis sedente patruo hanc tibi esse cum Dolabella causam odi dicere ausus es quod ab eo sorori et uxori tuae stuprum esse oblatum comperisses. quis interpretari potest, impudentiorne qui in senatu, an improbior qui in Dolabellam, an impurior qui patre audiente, an crudelior qui in illam mi-
20 seram tam spurce, tam impie dixeris?

39 100 Sed ad chirographa redeamus. quae tua fuit cognitio? acta enim Caesaris pacis causa confirmata sunt a senatu: quae quidem Caesar egisset, non ea quae egisse Caesarem dixisset Antonius. unde ista erumpunt, quo auctore proferuntur? si sunt falsa, cur probantur? si uera, cur ueneunt?
25 at sic placuerat ut ex Kalendis Iuniis de Caesaris actis cum consilio cognosceretis. quod fuit consilium, quem umquam conuocasti, quas Kalendas Iunias exspectasti? an eas ad quas te peragratis ueteranorum coloniis stipatum armis rettulisti?

O praeclaram illam percursationem tuam mense Aprili atque Maio,
30 tum cum etiam Capuam coloniam deducere conatus es! quem ad modum

17–20 *Prisc. Gramm. II 93, 6–9* quis . . . dixeris

1 inquinatos] aequatos *Camerarius* exaequatos *Weber; de re cf. Denniston 159* | dissimilem caesar **D** || **2** iudicauit **c** iudicauerit **nstv** | reliquis non idem **bcst** reliquis idem non **nv** || **3** calamitates at **V** calamitate fuerint **D** *corr. Faernus* || **4** simili non **D** (non *om.* **t**) || **7** an quia] aut qua **V**; *cf. Halm-Laubmann 117* || **8** fulmen sinistrum **D**; *de re uide Denniston 159 sq.* | cum *om.* **bcnsv** || **9** cum *om.* **D** | fis] sis **D** || **10** cui] cum **V** quem **D** (*sed cf. King 93*) *corr. Madvig; cf. Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 126* || **12** nulla in te **V** in te ulla **ns** || **13** prospecta *Graeuius* || **14** quid . . . possit *post* fuisti *transt. Cobet* || **16** ausus dicere es **bcntv** ausus es dicere **s** || **17** oblatum esse **nsv** || **18. 19** in dolabellam ducem **Cus.** || **19** patre **D**, *Prisc.* patruo **V Cus.** || **20** stuprum dixeris **Cus.** || **21** fuit tua **D** || **23** quae egisse] quaeque gessisse **V** cesarem egisse **ntv** | inde **V** || **25** ut ex *om.* **V** ex *del. Muretus; cf. tamen Halm-Laubmann 118* || **26** aduocasti **D** || **30** coloniam *om.* **bcnst**; *cf. Sh. B. Att. VI 233*

101 illinc abieris uel potius paene non abieris scimus. cui tu urbi minitaris. utinam conere, ut aliquando illud 'paene' tollatur! at quam nobilis est tua illa peregrinatio! quid prandiorum apparatus, quid furiosam uinolentiam tuam proferam? tua ista detrimenta sunt, illa nostra: agrum Campanum, qui cum de uectigalibus eximebatur ut militibus daretur, 5 tamen infligi magnum rei publicae uolnus putabamus, hunc tu compransoribus tuis et conlusoribus diuidebas. mimos dico et mimas, patres conscripti, in agro Campano conlocatos. quid iam querar de agro Leontino? quoniam quidem hae quondam arationes Campana et Leontina in populi Romani patrimonio grandiferae et fructuosae ferebantur. medico 10 tria milia iugerum: quid, si te sanasset? rhetori duo: quid, si te disertum facere potuisset?

40 102 Sed ad iter Italiamque redeamus. deduxisti coloniam Casilinum, quo Caesar ante deduxerat. consuluisti me per litteras de Capua tu quidem, sed idem de Casilino respondissem: possesne, ubi colonia esset, eo colo- 15 niam nouam iure deducere. negaui in eam coloniam quae esset auspicato deducta, dum esset incolumis, coloniam nouam iure deduci: colonos nouos ascribi posse rescripsi. tu autem insolentia elatus omni auspiciorum iure turbato Casilinum coloniam deduxisti, quo erat paucis annis ante deducta, ut uexillum tolleres, ut aratrum circumduceres; cuius qui- 20 dem uomere portam Capuae paene perstrinxisti, ut florentis coloniae
103 territorium minueretur. ab hac perturbatione religionum aduolas in M. Varronis, sanctissimi atque integerrimi uiri, fundum Casinatem. quo iure, quo ore? 'eodem', inquies 'quo in heredum L. Rubri, quo in heredum L. Turseli praedia, quo in reliquas innumerabilis possessiones.' et si ab 25

10 *Mart. Cap. Rhet. Lat. 473, 13* licet Tullius 'grandiferas possessiones' dicat || 20 *Acr. ad Hor. Carm. 1, 16, 21* ut uexillum ... circumduceret || 20–21 *Non. 374, 4* cuius ... praestrinxti

1 illinc abieris] illim (illam V²) cauieris **V** illam adieris **bcnsv** illam audieris **t** *corr. Faernus* | non abieris] non habueris **V** non adieris **bcns** non audieris **t** abieris *om.* **v** *corr. Faernus* || 2 nobilis est] nobilitati sit **b** nobilitata sit **cnst** nobilitas sit **v** || 6 cum pransoribus **cs** || 8 Campano] p. c. **D** | queror **V** || 9 campani et leontini **D**; *haec uerba spuria esse suspicatur Clark, Cl. R. 14, 1900, 405* || 10 grandiferae] grandi fenore **b** grandi faceret **cv** grandifacere **nst**; *cf. tamen Cic. Scaur. 25, Mart. Cap. Rhet. Lat. 473, 13* || 11 tria milia *om.* **V¹** (*add.* **V²**) | quid si¹] quasi **DV²** | sanum fecisset **D** | quid si te] quid iste **V** quid si c quasi **nstv** quasi iste **V²** || 15 respondisset **Vt¹** (*corr.* **t²**) | esset] est **D** || 18 rescripsi *del. Cobet, qui sic dist.:* coloniam nouam iure deduci, colonos nouos adscribi posse || 20 tolleres] uideres **D** tolleret *Acr.*; *cf. Ernesti 1399* | et aratrum **nstv** ut aratrum *uel* et aratrum *codd. Acronis* | circumduceret *Acr.* || 21 praestrinxti *Non., cuius codices tamen* praestrinxi *uel* praestrinxisti *tradunt; sed cf. Cic. Leg. agr. 2, 67* || 24 quo ore] quore **V** quaeso *Gantrelle* quo more *Nisbet* quo ore *del. Cobet coll. 1, 26; 11, 28; cf. Sh. B. Att. VI 300* | quo in ... Rubri] quo Scipionis *scripserat Cicero;* quo Rubriana *corr. Atticus: cf. Cic. Att. 16, 11, 2*

hasta, ualea[n]t hasta, ualeant tabulae modo Caesaris, non tuae, quibus debuisti, non quibus tu te liberauisti. Varronis quidem Casinatem fundum quis uenisse dicit, quis hastam istius uenditionis uidit, quis uocem praeconis audiuit? misisse dicis Alexandriam qui emeret a Caesare; ip-
5 sum enim exspectare magnum fuit. quis uero audiuit umquam — nullius 104
autem salus curae pluribus fuit — de fortunis Varronis rem ullam esse detractam? quid? si etiam scripsit ad te Caesar ut redderes, quid satis potest dici de tanta impudentia? remoue gladios parumper illos quos uidemus: iam intelleges aliam causam esse hastae Caesaris, aliam con-
10 fidentiae et temeritatis tuae. non enim te dominus modo illis sedibus sed quiuis amicus, uicinus, hospes, procurator arcebit.

At quam multos dies in ea uilla turpissime es perbacchatus! ab hora 41
tertia bibebatur, ludebatur, uomebatur. o tecta ipsa misera, 'quam dispari domino' — quamquam quo modo iste dominus — sed tamen quam
15 ab dispari tenebantur! studiorum enim suorum M. Varro uoluit illud, non libidinum deuersorium. quae in illa uilla antea dicebantur, quae co- 105
gitabantur, quae litteris mandabantur! iura populi Romani, monumenta maiorum, omnis sapientiae ratio omnisque doctrinae. at uero te inquilino — non enim domino — personabant omnia uocibus ebriorum, natabant
20 pauimenta uino, madebant parietes, ingenui pueri cum meritoriis, scorta inter matres familias uersabantur. Casino salutatum ueniebant, Aquino, Interamna: admissus est nemo. iure id quidem; in homine enim turpissimo obsolefiebant dignitatis insignia. cum inde Romam proficiscens ad 106
Aquinum accederet, obuiam ei processit, ut est frequens municipium,
25 magna sane multitudo. at iste operta lectica latus per oppidum est ut mortuus. stulte Aquinates: sed tamen in uia habitabant. quid Anagnini? qui, cum essent deuii, descenderunt ut istum, tamquam si esset consul, salutarent. incredibile dictu, sed †cum uinus† inter omnis constabat ne-

6–7 *Lact. Plac. ad Stat. Theb. 2, 647* de fortunis . . . detractam || **13. 14** *Trag. inc. 184 R.*[3] quam dispari domino (*cf. etiam Cic. Off. 1, 139*)

1 ualeat hasta *om.* **D** | ualeant **V** *corr.* ς || **2** tu te] tu tete **bt** tute **c** te **n** tuae te **v** || **3** qui . . . dicet **V** || **4** misisse te **D** missum esse *Hirschfelder; cf. Lebreton 378* || **7** si *om.* **V** | scripsit ad] sit a **V**[1] iscripsit ad **V**[2] || **10** aedibus *Pluygers* || **10. 11** sed quiuis] se quibus **V** || **12** es] est **bcntv** *om.* **s** || **15** ab] a **D** | M. *om.* **V**[1] (*add.* **V**[2]) | esse illud **bcntv** esse **s** || **16** ante **bcntv** a te **s** | quae cogitabantur *om.* **D** || **18** doctrina **D** || **21** Casino] casilino **bct** cassilino **nsv** || **22** enim *om.* **st** || **23** obsolefaciebant **bc** obsolebant **nstv**; *cf. Halm-Laubmann 122* || **25** est per oppidum **D** || **27** deuii] deuia ei **b** deuia **c** deuii obuiam ei **nsv** deuia obuiam ei **t** | consul] colem **V**[1] (*corr.* **V**[2], *prob. Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 129*) consulem *Faernus* || **28** dictum **Vc** dictu est *Ferrarius; cf. tamen K.-St. I 725* | sed cum uinus **V** sed et simul **b** sed et simul unum cinus **c** sed simul **nsv** sed et sermulcinus **t** sed tum nimis *Poggius* sed sum uicinus *Madvig* (*cf. tamen Lutz 66*) sed tum uicinos *I. Müller* sed tum uisu *Nipperdey* sed tamen nimis *Nägelsbach* sed nihilominus *Cobet; alii alia; corruptelam ex* ui^{ci}nus *ortam esse censet Clark coll. l. 11 et 14, 13; ego cruces ponere malo*

minem esse resalutatum, praesertim cum duos secum Anagninos haberet, Mustelam et Laconem, quorum alter gladiorum est princeps, alter pocu-
107 lorum. quid ego illas istius minas contumeliasque commemorem quibus inuectus est in Sidicinos, uexauit Puteolanos, quod C. Cassium et Brutos patronos adoptassent? magno quidem studio, iudicio, beneuolentia, ca- 5
ritate, non, ut te et Basilum, ui et armis, et alios uestri similis quos clientis
42 nemo habere uelit, non modo illorum cliens esse. interea dum tu abes, qui dies ille conlegae tui fuit, cum illud quod uenerari solebas bustum in foro euertit! qua re tibi nuntiata, ut constabat inter eos qui una fuerunt, concidisti. quid euenerit postea nescio — metum credo ualuisse et arma —, 10
conlegam quidem de caelo detraxisti effecistique non tu quidem etiam nunc ut similis tui, sed certe ut dissimilis esset sui.

108 Qui uero inde reditus Romam, quae perturbatio totius urbis! memineramus L. Cinnam nimis potentem, Sullam postea dominantem, modo Caesarem regnantem uideramus. erant fortasse gladii, sed absconditi nec 15
ita multi. ista uero quae et quanta barbaria est! agmine quadrato cum gladiis sequuntur; scutorum lecticas portari uidemus. atque his quidem iam inueteratis, patres conscripti, consuetudine obduruimus. Kalendis Iuniis cum in senatum, ut erat constitutum, uenire uellemus, metu per-
109 territi repente diffugimus. at iste, qui senatu non egeret, neque deside- 20
rauit quemquam et potius discessu nostro laetatus est statimque illa mirabilia facinora effecit. qui chirographa Caesaris defendisset lucri sui causa, is leges Caesaris easque praeclaras, ut rem publicam concutere posset, euertit. numerum annorum prouinciis prorogauit; idemque, cum actorum Caesaris defensor esse deberet, et in publicis et in priuatis rebus 25
acta Caesaris rescidit. in publicis nihil est lege grauius; in priuatis firmissimum est testamentum. leges alias sine promulgatione sustulit, alias ut tolleret promulgauit. testamentum inritum fecit, quod etiam infimis ciuibus semper obtentum est. signa, tabulas, quas populo Caesar una cum hortis legauit, eas hic partim in hortos Pompei deportauit, partim in 30
uillam Scipionis.

43 110 Et tu in Caesaris memoria diligens, tu illum amas mortuum? quem is

2 Mustelam et Laconem *postea addidit Cicero: cf. enim Att. 16, 11, 3, Halm-Laubmann 122 sq., Sh. B. Att. VI 301* | gladiatorum **nstv** || 3 ego] ergo **bstv** || 4 et] quod **D** || 5 iudicio studio **sv** || 6 ut te ut **nv** || 7 non modo] nedum *Cobet; cf. Peskett 135* | esse (esset c) illorum cliens **D** || 8 fuit *om.* **D** | quod tu **D** || 9 eos] omnes *Cobet* | fuerant *Ernesti* erant *Eberhard (prob. Zielinski Claus. 214); cf. tamen Schöll 25 sq.* || 11 effecistique] effecisti quae **D** || 12 ut similis] ut sit similis **bcntv** || 13 reditus inde **D** || 14 L. *om.* **D** || 15 regnantem caesarem **bct** | sed] sed ita c sed tamen **bnstv** || 17 scutorum lecticas] scutati milites lecticas **nsv**; *cf. 5, 17–18, Ernesti 1401, Halm-Laubmann 123* || 21 et] est **V** *del.* **n**[2] sed *Halm; de nexu* et potius *cf. K.-St. II 28* || 24 numerum . . . prorogauit *del. Nohl* || 26 in publicis actis **D**; *cf. tamen Ernesti 1401*

honorem maiorem consecutus erat quam ut haberet puluinar, simulacrum, fastigium, flaminem? est ergo flamen, ut Ioui, ut Marti, ut Quirino, sic diuo Iulio M. Antonius? quid igitur cessas? cur non inauguraris? sume diem, uide qui te inauguret: conlegae sumus; nemo negabit. o detesta-
5 bilem hominem, siue quod tyranni sacerdos es siue quod mortui! quaero deinceps num hodiernus dies qui sit ignores. nescis heri quartum in circo diem ludorum Romanorum fuisse? te autem ipsum ad populum tulisse ut quintus praeterea dies Caesari tribueretur? cur non sumus praetextati? cur honorem Caesaris tua lege datum deseri patimur? an supplicationes
10 addendo diem contaminari passus es, puluinaria contaminari noluisti? aut undique religionem tolle aut usque quaque conserua. quaeris placeatne **111** mihi puluinar esse, fastigium, flaminem. mihi uero nihil istorum placet: sed tu qui acta Caesaris defendis quid potes dicere cur alia defendas, alia non cures? nisi forte uis fateri te omnia quaestu tuo, non illius dignitate
15 metiri. quid ad haec tandem? exspecto enim eloquentiam. disertissimum cognoui auum tuum, at te etiam apertiorem in dicendo. ille numquam nudus est contionatus: tuum hominis simplicis pectus uidimus. respondebisne ad haec, aut omnino hiscere audebis? ecquid reperies ex tam longa oratione mea cui te respondere posse confidas?

20 Sed praeterita omittamus: hunc unum diem, unum, inquam, hodier- **44** 112 num diem, hoc punctum temporis, quo loquor, defende, si potes. cur armatorum corona senatus saeptus est, cur me tui satellites cum gladiis audiunt, cur ualuae Concordiae non patent, cur homines omnium gentium maxime barbaros, Ituraeos, cum sagittis deducis in forum? praesidi
25 sui causa se facere dicit. non igitur miliens perire est melius quam in sua ciuitate sine armatorum praesidio non posse uiuere? sed nullum est istuc, mihi crede, praesidium: caritate te et beneuolentia ciuium saeptum oportet esse, non armis. eripiet et extorquebit tibi ista populus Romanus, uti- 113 nam saluis nobis! sed quoquo modo nobiscum egeris, dum istis consiliis
30 uteris, non potes, mihi crede, esse diuturnus. etenim ista tua minime auara coniunx quam ego sine contumelia describo nimium diu debet populo Romano tertiam pensionem. habet populus Romanus ad quos

2 *Seru. ad Verg. Aen. 1, 290* fastigium flaminem

1 maiorem honorem **nv** || 3 inauguraras **V** inaugurare **D** (-et **n**) *corr. Halm* || 4 negauit **nsv** || 5 quod tyranni] eo quod caesaris **V**; *cf. Lutz 12 sq.* | es] est **DV**[2], *prob. Schöll 26* || 10 die *C. F. W. Müller; cf. tamen Pasoli, Ciceroniana 2, 1960, 150 sq.* | es *om.* **nsv** | contaminari[2] *om.* **D**, *probb. Lutz 13, Zielinski Claus. 214, Clark Desc. 187; uerbalem uocem* contaminari *Ciceronem consulto iterauisse autumo* || 11 queres **n** quae res **stv** || 18 et quid **bs** || 20 unum[2]] hunc unum **D** || 24 Ituraeos *del. O. Müller; cf. § 19* || 25 non] nonne **D** || 26 uidere **V**[1] (*corr.* **V**[2]) || 27 te *om.* **D** || 28 et *om.* **bnstv** || 30 mihi esse crede **bn** esse mihi crede **s** || 31 debet diu **nsv** || 32 populo Romano] rei p. **D**

gubernacula rei publicae deferat: qui ubicumque terrarum sunt, ibi omne est rei publicae praesidium uel potius ipsa res publica, quae se adhuc tantum modo ulta est, nondum recuperauit. habet quidem certe res publica adulescentis nobilissimos paratos defensores. quam uolent illi cedant otio consulentes; tamen a re publica reuocabuntur. et nomen 5 pacis dulce est et ipsa res salutaris; sed inter pacem et seruitutem plurimum interest. pax est tranquilla libertas, seruitus postremum malorum 114 omnium, non modo bello sed morte etiam repellendum. quod si se ipsos illi nostri liberatores e conspectu nostro abstulerunt, at exemplum facti reliquerunt. illi quod nemo fecerat fecerunt. Tarquinium Brutus bello 10 est persecutus, qui tum rex fuit cum esse Romae licebat; Sp. Cassius, Sp. Maelius, M. Manlius propter suspicionem regni appetendi sunt necati: hi primum cum gladiis non in regnum appetentem, sed in regnantem impetum fecerunt. quod cum ipsum factum per se praeclarum est atque diuinum, tum expositum ad imitandum est, praesertim cum illi eam glo- 15 riam consecuti sint quae uix caelo capi posse uideatur. etsi enim satis in ipsa conscientia pulcherrimi facti fructus erat, tamen mortali immortalitatem non arbitror esse contemnendam.

45 115 Recordare igitur illum, M. Antoni, diem quo dictaturam sustulisti; pone ante oculos laetitiam senatus populique Romani; confer cum hac 20 †in manum latione† tua tuorumque: tum intelleges quantum inter lucrum et laudem intersit. sed nimirum, ut quidam morbo aliquo et sensus stupore suauitatem cibi non sentiunt, sic libidinosi, auari, facinerosi uerae laudis gustatum non habent. sed si te laus adlicere ad recte faciendum non potest, ne metus quidem a foedissimis factis potest auocare? 25 iudicia non metuis: si propter innocentiam, laudo; sin propter uim, non 116 intellegis, qui isto modo iudicia non timeat, ei quid timendum sit? quod

6–8 *Mar. Victorin. De definit. 27 (43), 12 St.* inter ... repellendum || 7–8 *Isid. Orig. 2, 29, 13* pax ... repellenda

1 ibi] tibi **bc** || 2 publica *om.* **V** || 3 ulta] uita **Vt** uicta **cnsv** || 3–4 habet ... defensores *del. Eberhard* || 7 seruitus est *Isid., Mar. Victorin.* (seruitus *et* **Cus.**) || 8 etiam] quoque *Isid.* (etiam *et* **Cus.**) | repellenda *Isid.* (repellendum *et* **Cus.**) || 9 at] ad **ns** || 11 Romae] roma te **V**[1] romae regem (rege **b**) **D** *corr.* **V**[2] | liceret **nstv** || 12 appetendi *del. Cobet; cf. K.-St. I 755* || 13 primi **D**; *cf. tamen 9, 13; Verr. 2, 5, 60; Cat. 3, 15; Halm-Laubmann 127* || 14. 15 atque diuinum est **D** || 15 est] sit **c** si **bn**[1] **sv** sic **n**[2] *om.* **t** || 16 sunt **btv** || 16–18 etsi ... contemnendam *del. Campe* || 17 mortali] mortali immortali **V** *om.* **D** || 18 esse *om.* **D** || 19 igitur *om.* **D** || 20 ante *om.* **Vt** | hac *om.* **D** || 21 in manum latione **V** nummatione **D** immani nundinatione *Ant. Augustinus* (nundinatione, *deleto* immani, *Lambinus; cf. fortasse § 92 s. f.*) immani mutatione *Jeep* nummum compilatione *Schöll* || 21. 22 laudem et lucrum **D** || 22 quodam **bns** | aliqui **bs** || 23 cibi] sibi **V**[1] (*corr.* **V**[2]) || 24 gustum **bnstv** || 26 si *om.* **n**[1] (*add.* **n**[2]) **sv** | sin] si **bcnst** sed **v** || 27 intellegis qui ... ei quid] intellegeris qui ... et quid **V**[1] intellegis ei qui ... quid (quod **t** qui **v**) **DV**[2] *corr. Muretus; cf. Clark Desc. 187*

si non metuis uiros fortis egregiosque ciuis, quod a corpore tuo prohibentur armis, tui te, mihi crede, diutius non ferent. quae est autem uita dies et noctes timere a suis? nisi uero aut maioribus habes beneficiis obligatos quam ille quosdam habuit ex eis a quibus est interfectus, aut tu es
5 ulla re cum eo comparandus. fuit in illo ingenium, ratio, memoria, litterae, cura, cogitatio, diligentia; res bello gesserat, quamuis rei publicae calamitosas, at tamen magnas; multos annos regnare meditatus, magno labore, magnis periculis quod cogitarat effecerat; muneribus, monumentis, congiariis, epulis multitudinem imperitam delenierat; suos praemiis,
10 aduersarios clementiae specie deuinxerat. quid multa? attulerat iam liberae ciuitati partim metu partim patientia consuetudinem seruiendi. cum illo ego te dominandi cupiditate conferre possum, ceteris uero rebus 46 117 nullo modo comparandus es. sed ex plurimis malis quae ab illo rei publicae sunt inusta hoc tamen boni est quod didicit iam populus Romanus
15 quantum cuique crederet, quibus se committeret, a quibus caueret. haec non cogitas, neque intellegis satis esse uiris fortibus didicisse quam sit re pulchrum, beneficio gratum, fama gloriosum tyrannum occidere? an, cum illum homines non tulerint, te ferent? certatim posthac, mihi crede, 118 ad hoc opus curretur neque occasionis tarditas exspectabitur.
20 Respice, quaeso, aliquando rem publicam, M. Antoni, quibus ortus sis, non quibuscum uiuas considera: mecum, ut uoles: redi cum re publica in gratiam. sed de te tu uideris; ego de me ipse profitebor. defendi rem publicam adulescens, non deseram senex: contempsi Catilinae gladios, non pertimescam tuos. quin etiam corpus libenter obtulerim, si repraesentari
25 morte mea libertas ciuitatis potest, ut aliquando dolor populi Romani pariat quod iam diu parturit! etenim si abhinc annos prope uiginti hoc 119

23–24 contempsi . . . tuos: *cf. Iuuen. 10, 122 sq.* Antoni gladios potuit contemnere, si sic / omnia dixisset || **25–26** ut aliquando . . . pariat: *cf. Liu. 21, 18, 12* quod diu parturit animus uester, aliquando pariat

2 uita] multas **nstv** || **3** timer **V**¹ timeri **bnsvV**²*; de* timere *absolute usurp. cf. Lebreton 165* | uero aut *om.* **sv** || **5** eo] illo **D** || **5.6** litterae cura] litteratura **nstv** || **7** non multos **nstv** | est meditatus **D** || **8** magnis] magmultis **V**¹ (*corr.* **V**²) | cogitabat **V** || **9** deleniebat **V** lenierat **D** *corr. Garatoni* || **10** quid . . . attulerat *om.* **V**¹ (*add.* **V**²) || **13** comparandus est **V**¹ es comparandus **D** *corr.* **V**²*; de clausula hypodochmiaca cf. Fraenkel Les. 16* || **14** boni est] bonis et **V**¹ (*corr.* **V**²) boni exstitit *Koch* || **15** haec igitur **D** || **16** neque] nec **bcnsv** sed **t** || **17** re *om.* **D** | an] et **D** || **19** nec **bcnst** || **20** respice . . . quibus] respice quaeso aliquibus **V** respice quaeso aliquando quibus *Halm* resipisce quaeso aliquando quibus *Seidler; cf. Schöll 22 adn. 1* | ⟨a⟩ quibus *Eberhard; cf. Cic. Off. 1, 116* || **21** quibus conuiuas **V** | ut uoles] utiles **V**¹ (*corr.* **V**²) uti uoles *Halm* litiges *Jeep* | cum re p. redi **D***; cf. tamen Halm-Laubmann 129* || **22** tu] tu ipse **D** | ipso **cnsv** ipse ipso **t***; cf. tamen K.-St. I 632, Lebreton 146* || **23–24** deseram . . . tuos] deseram sextimescam tuos **V**, *unde* extimescam *coni. Nohl* (*at cf. Schöll 26*) *corr.* **V**² || **24** ⟨eis⟩ obtulerim *Lambinus* || **25** ciuitati *Cobet* || **26** diu parturii **bcnsv** parturii diu **t***; cf. Halm-Laubmann 129*

ipso in templo negaui posse mortem immaturam esse consulari, quanto uerius nunc negabo seni! mihi uero, patres conscripti, iam etiam optanda mors est, perfuncto rebus eis quas adeptus sum quasque gessi. duo modo haec opto, unum ut moriens populum Romanum liberum relinquam — hoc mihi maius ab dis immortalibus dari nihil potest — alterum ut ita 5 cuique eueniat ut de re publica quisque mereatur.

M. TVLLI CICERONIS
IN M. ANTONIVM
ORATIO PHILIPPICA TERTIA

1 Serius omnino, patres conscripti, quam tempus rei publicae postulabat, aliquando tamen conuocati sumus; quod flagitabam equidem cotidie, quippe cum bellum nefarium contra aras et focos, contra uitam fortunasque nostras ab homine profligato ac perdito non comparari, sed geri iam 10 uiderem. exspectantur Kalendae Ianuariae, quas non exspectat Antonius qui in prouinciam D. Bruti, summi et singularis uiri, cum exercitu impetum facere conatur; ex qua se instructum et paratum ad urbem uen-
2 turum esse minitatur. quae est igitur exspectatio aut quae uel minimi dilatio temporis? quamquam enim adsunt Kalendae Ianuariae, tamen 15 breue tempus longum est imparatis. dies enim adfert uel hora potius, nisi prouisum est, magnas saepe clades; certus autem dies non ut sacrificii⟨s⟩, sic consiliis exspectari solet. quod si aut Kalendae Ianuariae fuissent eo die quo primum ex urbe fugit Antonius, aut eae non essent exspectatae, bellum iam nullum haberemus. auctoritate enim senatus 20 consensuque populi Romani facile hominis amentis fregissemus audaciam. quod confido equidem consules designatos, simul ut magistratum

1 *Sen. Contr. 7, 2 (17), 10* (Cicero) scit mortem nec inmaturam esse consulari nec miseram sapienti || 9–11 *Arus. Gramm. VII 458, 21* cum . . . uiderem

2 nunc] non **bnv** *om.* **s** || 3–4 adeptus . . . ut *om.* **V**[1] (*add.* **V**[2])*; falsum esse supplementum lacunae antiquissimae suspicatur Halm: cf. Clark, Cl. R. 14, 1900, 462 sq.* || 7 tempus *om.* **V**[1] (*add.* **V**[2]) | postulabatuit **V**[1] postulauit **DV**[2] *corr. Manutius;* postulauit *prob. Lutz 14 coll. 6, 19; 10, 19; Fam. 15, 1, 4; cf. tamen 8, 1;* **V**, *ut saepe, duas lectiones coniunxit* || 9 contra aras et focos *om. Arus.* || 10 ab homine . . . perdito *om. Arus.* | comparari] cogitari *Arus.* || 12 D. *om.* **V**[1] (*add.* **V**[2]) **cv** || 14 minima **D** || 15 adsunt] instant *Cobet* || 16 uel] et **D** || 17 nisi] nihil **V** ⟨si⟩ nihil *Halm; cf. K.-St. II 392* | sacrificii **VD** *corr. Halm* || 18 consilii **D** | aut] ante **v** *om.* **nt** || 19 eae] ae **V** hae **D** *corr. Halm* || 22 designatos simul ac **bnstv** simul designatos ac **c**; simul ut *def. Madvig Fin. 201 coll. Cic. Acad. 2, 51, Tusc. 4, 5, Verr. 1, 67, De orat. 2, 21; cf. etiam K.-St. II 364*

inierint, esse facturos; sunt enim optimo animo, summo consilio, singulari
concordia. mea autem festinatio non uictoriae solum auida est sed etiam
celeritatis.

Quo enim usque tantum bellum, tam crudele, tam nefarium priuatis 3
5 consiliis propulsabitur? cur non quam primum publica accedit auctoritas?
C. Caesar adulescens, paene potius puer, incredibili ac diuina quadam 2
mente atque uirtute, cum maxime furor arderet Antoni cumque eius a
Brundisio crudelis et pestifer reditus timeretur, nec postulantibus nec
cogitantibus, ne[c] optantibus quidem nobis, quia non posse fieri uide-
10 batur, firmissimum exercitum ex inuicto genere ueteranorum militum
comparauit patrimoniumque suum effudit: quamquam non sum usus
eo uerbo quo debui; non enim effudit: in rei publicae salute conlocauit.
cui quamquam gratia referri tanta non potest quanta debetur, habenda 4
tamen est tanta quantam maximam animi nostri capere possunt. quis
15 enim est tam ignarus rerum, tam nihil de re publica cogitans qui hoc non
intellegat, si M. Antonius a Brundisio cum eis copiis quas se habiturum
putabat Romam, ut minabatur, uenire potuisset, nullum genus eum cru-
delitatis praeteriturum fuisse? quippe qui in hospitis tectis Brundisi for-
tissimos uiros optimosque ciuis iugulari iusserit; quorum ante pedes eius
20 morientium sanguine os uxoris respersum esse constabat. hac ille cru-
delitate imbutus, cum multo bonis omnibus ueniret iratior quam illis
fuerat quos trucidarat, cui tandem nostrum aut cui omnino bono pe-
percisset? qua peste priuato consilio rem publicam — neque enim fieri 5
potuit aliter — Caesar liberauit: qui nisi in hac re publica natus esset,
25 rem publicam scelere Antoni nullam haberemus. sic enim perspicio, sic
iudico, nisi unus adulescens illius furentis impetus crudelissimosque
conatus cohibuisset, rem publicam funditus interituram fuisse. cui qui-
dem hodierno die, patres conscripti — nunc enim primum ita conueni-
mus ut illius beneficio possemus ea quae sentiremus libere dicere — tri-

27–28 *Non. 271, 5–7* cui . . . conuenimus

2 mea] ea **V**; *de adiectiuo possessiuo cf. Lebreton 47, K.-St. I 242* | sed *om.* **V** || **6** paene] uel *Cobet* (*fort. recte*) *coll. 4, 3* nomen clarissimi adulescentis uel pueri potius || **7** tunc cum **bnstv** tum cum **cV²** || **9** nec **VD** *corr. Lambinus;* nec *def. Pasoli, Latin. 12, 1964, 32: cf. tamen K.-St. II 47, Madvig Fin. 809. 811. 813 adn. 3* | opinantibus **D** | fieri posse non **D** || **10** ex *om.* **D** || **11** sumus usi **cnstv** simus usi **b** || **12** debui] decuit **D**, *prob. Ernesti 1407* | effudit sed **D** | in salute rei publicae **D**, *prob. Zielinski Claus. 214; cf. tamen Schöll 26* || **14** tanta est **bcntv** || **17** putauerat **D** putarat *Garatoni* || **19** ciues optimos **bnstv** ciuesque optimus **c** | iussit **D** || **21** bonis] nobis *Christ* (*coll. 5, 22*), *prob. Sternkopf I 112; tradita recte def. Pasoli, Latin. 12, 1964, 33, cuius sententia* boni omnes *qui Romae sunt* illis bonis *opponuntur qui Brundisii trucidati sunt* | omnibus] hominibus **D** (*corr.* **n²**) || **22** uestrum **D** || **23** rem publicam priuato consilio (*prob. Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 131*) nec **D** || **29** de illius **bnstv** | possimus **bct** | ea *om.* **D**

buenda est auctoritas, ut rem publicam non modo a se susceptam sed etiam a nobis commendatam possit defendere.

3 | 6 Nec uero de legione Martia, quoniam longo interuallo loqui nobis de re publica licet, sileri potest. quis enim unus fortior, quis amicior umquam rei publicae fuit quam legio Martia uniuersa? quae cum hostem populi (5) Romani Antonium iudicasset, comes esse eius amentiae noluit: reliquit consulem; quod profecto non fecisset, si eum consulem iudicasset quem nihil aliud agere, nihil moliri nisi caedem ciuium atque interitum ciuitatis uideret. atque ea legio consedit Albae. quam potuit urbem eligere aut opportuniorem ad res gerendas aut fideliorem aut fortiorum uirorum aut (10) 7 amic⟨i⟩orum rei publicae ciuium? huius legionis uirtutem imitata quarta legio duce L. Egnatuleio quaestore, ciui optimo et fortissimo, C. Caesaris auctoritatem atque exercitum persecuta est. faciendum est igitur nobis, patres conscripti, ut ea quae sua sponte clarissimus adulescens atque omnium praestantissimus gessit et gerit, haec auctoritate nostra com- (15) probentur, ueteranorumque, fortissimorum uirorum, tum legionis Martiae quartaeque mirabilis consensus ad rem publicam recuperandam laude et testimonio nostro confirmetur, eorumque commoda, honores, praemia, cum consules designati magistratum inierint, curae nobis fore hodierno die spondeamus. (20)

4 | 8 Atque ea quidem quae dixi de Caesare deque eius exercitu iam diu nota sunt nobis. uirtute enim admirabili Caesaris constantiaque militum ueteranorum legionumque earum quae optimo iudicio auctoritatem nostram, libertatem populi Romani, uirtutem Caesaris secutae sunt a ceruicibus nostris est depulsus Antonius. sed haec, ut dixi, superiora: (25) hoc uero recens edictum D. Bruti quod paulo ante propositum est certe silentio non potest praeteriri. pollicetur enim se prouinciam Galliam retenturum in senatus populique Romani potestate. o ciuem natum rei publicae, memorem sui nominis imitatoremque maiorum! neque enim Tarquinio expulso maioribus nostris tam fuit optata libertas quam est (30)

7–9 *Non. 346, 9–11* quem . . . uideret

4 unus] umquam **nstv** || **6** m. antonium **D** | iudicauisset **D** | eius esse amentiae **nv** eius amentiae esse **s** || **7** iudicauisset **D** || **8** interitum] impetum *codd. Nonii* || **9** ea *om.* **V** || **10** aut fideliorum ac fortiorum *Pluygers* || **10–11** fortiorum . . . amiciorum] fortium . . . amicorum **V** fortiorem . . . amicorum **D** *corr. ed. Iuntina; tradita def. Wernsdorf II 11sq.; cf. tamen King-Clark 76* || **11** huiusce **D** || **12** ciue **D**; *cf. tamen King-Clark 76* | C. *om.* **D** || **13** igitur est nobis **cnv** igitur nobis est **st** || **15** gerit et gessit **sv** | haec] hac **s**, *prob. Clark, qui Cic. Sull. 80 confert; del. Ernesti; cf. tamen 7, 15 s. f.* || **17.18** laudetur et **nstv** || **23** optimo iudicio quae **D** || **24** c. caesaris **D** | a *om.* **V**[1] (*add.* **V**[2]) || **25** ut dixi haec **D** || **28** populi **V** | potestatem **D**, *non improbante Lutz 14, qui 12, 4 confert (uide tamen app. ad loc.)* || **30** optanda *Muretus*

depulso Antonio retinenda nobis. illi regibus parere iam a condita urbe
didicerant: nos post reges exactos seruitutis obliuio ceperat. atque ille 9
Tarquinius quem maiores nostri non tulerunt non crudelis, non impius,
sed superbus est habitus et dictus: quod nos uitium in priuatis saepe
5 tulimus, id maiores nostri ne in rege quidem ferre potuerunt. L. Brutus
regem superbum non tulit: D. Brutus sceleratum atque impium regnare
patietur? quid Tarquinius tale qualia innumerabilia et facit et fecit Antonius? senatum etiam reges habebant: nec tamen, ut Antonio senatum
habente, in consilio regis uersabantur barbari armati. seruabant auspicia
10 reges; quae hic consul augurque neglexit, neque solum legibus contra
auspicia ferendis sed etiam conlega una ferente eo quem ipse ementitis
auspiciis uitiosum fecerat. quis autem rex umquam fuit tam insignite 10
impudens ut haberet omnia commoda, beneficia, iura regni uenalia?
quam hic immunitatem, quam ciuitatem, quod praemium non uel singu-
15 lis hominibus uel ciuitatibus uel uniuersis prouinciis uendidit? nihil humile de Tarquinio, nihil sordidum accepimus: at uero huius domi inter
quasilla pendebatur aurum, numerabatur pecunia; una in domo omnes
quorum intererat totum imperium populi Romani nundinabantur. supplicia uero in ciuis Romanos nulla Tarquini accepimus: at hic et Suessae
20 iugulauit eos quos in custodiam dederat et Brundisi ad CCC fortissimos
uiros ciuisque optimos trucidauit. postremo Tarquinius pro populo Ro- 11
mano bellum gerebat tum cum est expulsus: Antonius contra populum
Romanum exercitum adducebat tum cum a legionibus relictus nomen
Caesaris exercitumque pertimuit neglectisque sacrificiis sollemnibus ante
25 lucem uota ea quae numquam solueret nuncupauit, et hoc tempore in
prouinciam populi Romani conatur inuadere. maius igitur a D. Bruto
beneficium populus Romanus et habet et exspectat quam maiores nostri
acceperunt a L. Bruto, principe huius maxime conseruandi generis et

11–12 *Prisc. Gramm. II 386, 6* quem ... fecerat || 16–17 *Seru. ad Verg. Buc. 2, 45; Isid. Orig. 19, 29, 3* at uero ... aurum; *Prob. Gramm. IV 211, 23* inter ... aurum

1 depluso **V** repulso **D** *corr. Faernus* | Antonio] maioribus nostris tam antonio **V** (*propter ὁμοιοτέλευτον* expulso ... depulso: *cf. Clark Desc. 181*) iam Antonio *Faernus* (*sed cf. Lutz 67*) | a *om.* **D**; *cf. K.-St. I 767* || 2 didicerunt *numeri gratia coni. Clark in app.; de clausula* (—◡◡◡◡⏓) *cf. tamen Fraenkel Les. 134 sq.* | nos post reges] nostrae gens V^1 (*corr.* V^2) || 3 non³ *om.* **D** || 4 habitus est **bnsv** || 6 Brutus *om.* **nsv** || 7 patiatur **b**n^1 (*corr.* n^2)**stv** | antonium *post* patietur *hab.* **V**; *cf. tamen Ernesti 1409* („*sicut ante tantum est* superbum *sine nomine Tarquinii, sic hic* impium *debet esse sine nomine Antonii*“) | et fecit et facit **cnstv** || 9 habenti **bcns** || 11 referente **D** | eo *om.* **ns** || 14 hic quam *Ernesti* || 16 aut uero *Isid.* | huius domi *om. Seru., Isid.* || 17 quas illa V^1**ct** quas sylla **b** ciues illius **ns** ciues illas **v** ciues illis V^2 qu *in lac. 8 fere litter. in Probi codicibus; cf. King-Clark 77* | appendebatur **nsv** pendatur *Isid., Seru.* pectebatur *Prob.* | numerabantur V^1 (*corr.* V^2) | ⟨non⟩ numerabatur *Curio Secundus, quo probato* pecunia *del. Cobet coll. 2, 97, Xen. Hell. 3, 2, 27* || 18 nundinabatur (-us **b**) **D** (*corr.* n^2) || 20 ad] at **c** *om.* **bnstv** || 22 expulsus est **D** || 23 a legionibus omnibus **V** (*propter geminationem, ut censet Halm*) || 24 timuit V^1 (*corr.* V^2) || 25 ea uota **bcns** || 27 spectat **V**

5 12 nominis. cum autem est omnis seruitus misera, tum uero intolerabile est seruire impuro, impudico, effeminato, numquam ne in metu quidem sobrio. hunc igitur qui Gallia prohibet, priuato praesertim consilio, iudicat uerissimeque iudicat non esse consulem. faciendum est igitur nobis, patres conscripti, ut D. Bruti priuatum consilium auctoritate publica 5 comprobemus. nec uero M. Antonium consulem post Lupercalia debuistis putare: quo enim ille die, populo Romano inspectante, nudus, unctus, ebrius est contionatus et id egit ut conlegae diadema imponeret, eo die se non modo consulatu sed etiam libertate abdicauit. esset enim ipsi certe statim seruiendum, si Caesar ab eo regni insigne accipere uoluisset. 10 hunc igitur ego consulem, hunc ciuem Romanum, hunc liberum, hunc denique hominem putem qui foedo illo et flagitioso die et quid pati Caesare uiuo posset et quid eo mortuo consequi ipse cuperet ostendit?

13 Nec uero de uirtute, constantia, grauitate prouinciae Galliae taceri potest. est enim ille flos Italiae, illud firmamentum imperi populi Romani, 15 illud ornamentum dignitatis. tantus autem est consensus municipiorum coloniarumque prouinciae Galliae ut omnes ad auctoritatem huius ordinis maiestatemque populi Romani defendendam conspirasse uideantur.

Quam ob rem, tribuni plebis, quamquam uos nihil aliud nisi de praesidio ut senatum tuto consules Kalendis Ianuariis habere possint rettu- 20 listis, tamen mihi uidemini magno consilio atque optima mente potestatem nobis de tota re publica fecisse dicendi. cum enim tuto haberi senatum sine praesidio non posse iudicauistis, tum statuistis etiam intra muros Antoni scelus audaciamque uersari.

6 14 Quam ob rem omnia mea sententia complectar, uobis, ut intellego, non 25 inuitis, ut et praestantissimis ducibus a nobis detur auctoritas et fortissimis militibus spes ostendatur praemiorum et iudicetur non uerbo, sed re non modo non consul sed etiam hostis Antonius. nam si ille consul, fustuarium meruerunt legiones quae consulem reliquerunt, sceleratus Caesar, Brutus nefarius qui contra consulem priuato consilio exercitus 30

28–29 *Mart. Cap. Rhet. Lat. 467, 23–24* si . . . reliquerunt

1 est *post* omnis **bcns** *post* seruitus **tv** | sit *coni. Clark dub. in app.; transfer fortasse* est *post* misera *coll. 6, 7, Tusc. 3, 27; cf. etiam Lebreton 342* | intolerabilis **Vbnstv***; cf. tamen King-Clark 77* | intolerabilis est ⟨condicio⟩ *Klussmann* intolerabilius *Weber* intolerabilis ⟨res⟩ est *C. F. W. Müller dub. in app.* | est] si **ct***; cf. Clark Desc. 196* || **4** uerissimeque iudicat *om.* **c** || **4.5** patres conscripti nobis **bcnst** p. c. **v** || **8** contionatus est **cnstv***; cf. tamen 2, 111 et de clausula Fraenkel Les. 114* || **9** se *ante* abdicauit *non post* die *hab.* **D***; quod adtinet ad* abdicare *cum abl. cf. K.-St. I 368* || **10** insigni **V** insignia *Faernus* || **12.13** Caesare uiuo] e caesare uno **V** C. Caesare uiuo *Halm* || **15** imperi *om.* **Cus.** || **16** consensus est **nsv** || **20** possetint **V** possent **D** (possent *et* possint **t**) *corr. Faernus* || **22** dicendi fecisse *Cobet* | habere sanatum **V** senatum haberi **D** *corr.* ς || **23** tum] istud **bnst** istum **c** illud **v** | etiam statuistis **D** || **28** non[2] *om.* **ct** || **29** meruerit *Mart. Cap.* | quae] quid quae *Mart. Cap.*

comparauerunt. si autem militibus exquirendi sunt honores noui propter
eorum diuinum atque immortale meritum, ducibus autem ne referri quidem potest gratia, quis est qui eum hostem non existimet quem qui armis
persequantur conseruatores rei publicae iudicentur?

5 At quam contumeliosus in edictis, quam barbarus, quam rudis! primum in Caesarem ut maledicta congessit deprompta ex recordatione impudicitiae et stuprorum suorum! quis enim hoc adulescente castior, quis
modestior, quod in iuuentute habemus inlustrius exemplum ueteris
sanctitatis? quis autem illo qui male dicit impurior? ignobilitatem obicit
10 C. Caesaris filio cuius etiam natura pater, si uita suppeditasset, consul
factus esset. 'Aricina mater.' Trallianam aut Ephesiam putes dicere.
uidete quam despiciamur omnes qui sumus e municipiis, id est omnes
plane: quotus enim quisque nostrum non est? quod autem municipium
non contemnit is qui Aricinum tanto opere despicit, uetustate antiquissi-
15 mum, iure foederatum, propinquitate paene finitimum, splendore municipum honestissimum? hinc Voconiae, hinc Atiniae leges; hinc multae 16
sellae curules et patrum memoria et nostra; hinc equites Romani lautissimi et plurimi. sed si Aricinam uxorem non probas, cur probas Tusculanam? quamquam huius sanctissimae feminae atque optimae pater,
20 M. At[t]ius Balbus, in primis honestus, praetorius fuit: tuae coniugis,
bonae feminae, locupletis quidem certe, Bambalio quidam pater, homo
nullo numero. nihil illo contemptius qui propter haesitantiam linguae
stuporemque cordis cognomen ex contumelia traxerit. 'at auus nobilis.'
Tuditanus nempe ille qui cum palla et cothurnis nummos populo de ro-
25 stris spargere solebat. uellem hanc contemptionem pecuniae suis reliquisset! habetis nobilitatem generis gloriosam. qui autem euenit ut tibi 17
Iulia nata ignobilis uideatur, cum tu eodem materno genere soleas glo-

24–25 Tuditanus *et* populo ... spargere: *cf. Lact. Inst. 3, 23, 7; Val. Max. 7, 8, 1*

1 sin **D**; *cf. 5, 34 et, quod adtinet ad* si autem, *K.-St. II 432* || **2** ferri **V**^{1} (*corr.* **V**^{2}) **t** || **3** non hostem **cntv** || **4** persequuntur **D**; *cf. K.-St. II 317, King-Clark 79* | iudicantur **V**^{1} (*corr.* **V**^{2}) **b**; *cf. Sternkopf I 29* || **6** ut *om.* **V**; *cf. Fraenkel Les. 214* || **8** in *om.* **V**^{1} (*add.* **V**^{2}), *quo probato* iuuentuti *coni. Halm* || **9** qui male dicit **V**^{1} maledico **bnstvV**^{2} || **10** naturalis **DV**^{2}; *cf. Cic. Verr. 2, 3, 162* si est tuus natura filius || **11** ⟨at⟩ Aricina *C. F. W. Müller dub. in app.* || **12** despiciamus **cv** || **13** plane] paene *C. F. W. Müller dub. in app.* | quotus] notus **bcnstV**^{2} *om.* **v** | nostrum *om.* **D**, *prob. Zielinski Claus. 214* || **14** non ... Aricinum *om.* **V**^{1} (*add.* **V**^{2}) || **15** municipium **D**; *cf. 13, 18, Planc. 21* || **16** atinitae *ex* atiniaetae **V** anniae **b** scantiniae **n**^{1} sanctiniae **s** santiniae **t** sanctoniae **v** scatiniae **n**^{2} || **18** lautissimi plurimi et honestissimi **D** || **20** attius **VD** *corr. Ferrarius* || **23** traxit traxerat **V** *in ras.* traxerat *Halm* | auus] auus huius **nsvV**^{2} huius **t**; *de clausula cf. Fraenkel Les. 42* || **24** nempe ille ille **bst** || **25** solebat spargere *Clark dub. in app., numeri gratia* || **26** haberetis **DV**^{2}, *prob. Ernesti 1412* | uenit **V**^{1} (*corr.* **V**^{2}) conuenit *Ferrarius;* euenit *tuetur Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 131, coll. 7, 4* | ut is **bcnt** ut his **s** || **27** Iulia nata] iulia natus **V** (*cf. Schöll 26*) uigilia natus **c** aricina natus **bnst** istus aricinatus **v** Iu⟨liae fi⟩lia natus *Ferrarius* Iulia ⟨auia⟩ natus *Halm in app.* ⟨gente⟩ Iulia natus *Boyancé: alii alia; corr. Muretus; cf. Sternkopf I 31, Fraenkel Les. 121*

riari? quae porro amentia est eum dicere aliquid de uxorum ignobilitate cuius pater Numitoriam Fregellanam, proditoris filiam, habuerit uxorem, ipse ex libertini filia susceperit liberos? sed hoc clarissimi uiri uiderint, L. Philippus qui habet Aricinam uxorem, C. Marcellus qui Aricinae filiam: quos certo scio dignitatis optimarum feminarum non paenitere. 5

7 Idem etiam Q. Ciceronem, fratris mei filium, compellat edicto, nec sentit amens commendationem esse compellationem suam. quid enim accidere huic adulescenti potuit optatius quam cognosci ab omnibus Cae- 18 saris consiliorum esse socium, Antoni furoris inimicum? at etiam gladiator ausus est scribere hunc de patris et patrui parricidio cogitasse. o ad- 10 mirabilem impudentiam, audaciam, temeritatem! in eum adulescentem hoc scribere audere quem ego et frater meus propter eius suauissimos atque optimos mores praestantissimumque ingenium certatim amamus omnibusque horis oculis, auribus, complexu tenemus? nam me isdem edictis nescit laedat an laudet. cum idem supplicium minatur optimis ciuibus 15 quod ego de sceleratissimis ac pessimis sumpserim, laudare uidetur, quasi imitari uelit; cum autem illam pulcherrimi facti memoriam refricat, tum a sui similibus inuidiam aliquam in me commoueri putat.

8 19 Sed quid fecit ipse? cum tot edicta ⟨pro⟩posuisset, edixit ut adesset senatus frequens a. d. VIII Kalendas Decembris: eo die ipse non ad- 20 fuit. at quo modo edixit? haec sunt, ut opinor, uerba in extremo: 'si quis non adfuerit, hunc existimare omnes poterunt et interitus mei et perditissimorum consiliorum auctorem fuisse.' quae sunt perdita consilia? an ea quae pertinent ad libertatem populi Romani recuperandam? quorum consiliorum Caesari me auctorem et hortatorem et esse et fuisse 25 fateor. quamquam ille non eguit consilio cuiusquam, sed tamen currentem, ut dicitur, incitaui. nam interitus quidem tui quis bonus non esset

6 *Ps. Acr. ad Hor. Serm. 2, 3, 297* laudat an compellat edicto || 26–27 *Schol. Lucan. 7, 559* currentem, ut dicitur, occupauit

1 amentiae sunt **nsv** || 5 certe **sv** || 6 etiamque ciceronem **bt** | laudat an compellat *Ps. Acr.* || 7 commendationem] communem **nstv** || 8 accedere **cnv** | hominibus **n**^{1} (*corr.* **n**^{2})**sv** || 11 adulescentem *om.* **Cus.** || 12 audere *om.* **Cus.** | ego et frater meus *om.* **Cus.** | eius *om.* **Cus.** || 14 me . . . edictis] meis de me dictis **b** eis de me dictis **c** in eis de me dictis **ns** in eisdem dictis **v** || 15 nescit *om.* **V**^{1} (*add.* **V**^{2}) nescio *uel* nescias *Halm in app.* || 16 ac pessimis *om.* **D** || 17 pulcherrimam **nstv** || 18 suis **Vcnv** || 19 ipse quid fecit **D** | posuisset **VD** *corr. Naugerius; cf. §§ 8. 37; 5, 28; Sest. 69; Att. 2, 21, 4; Fam. 11, 6, 2 aliaque exempla ap. ThLL V 2, 72, 7 sqq.; tradita def. Pasoli, Latin. 12, 1964, 37, qui* ponere edictum *ap. Tac. Ann. 1, 7, 3 (cf. tamen de usu uerbi simplicis pro compos. ap. Tac. Köstermann ad loc.), Coll. Auell. p. 81, 4 Günther, Pass. Paul. frg. 2 confert* || 20 a. d.] ad **VD** *dist. Lambinus* || 21 dixit **bstv** | ut *om.* **csv** | qui **bcntv** || 22 hunc *om.* **V**^{1} (*add.* **V**^{2}) | omnes existimare **D** || 24 peritnenat **V**^{1} (*corr.* **V**^{2}) pertineant *Halm, prob. King 117 (cf. contra King-Clark 80)* || 25 caesaris **DV**^{2} || 26, 27 ut dicitur currentem **sv** ut dicitur *om.* **n** || 27 incitaui] occupauit *Schol. Lucan.*

auctor, cum in eo salus et uita optimi cuiusque, libertas populi Romani
dignitasque consisteret? sed cum tam atroci edicto nos concitauisset, 20
cur ipse non adfuit? num putatis aliqua re tristi ac seuera? uino atque
epulis retentus, si illae epulae potius quam popinae nominandae sunt,
5 diem edicti obire neglexit: in ante diem IV Kalendas Decembris distulit.
adesse in Capitolio iussit; quod in templum ipse nescio qua per Gallorum
cuniculum ascendit. conuenerunt conrogati et quidem ampli quidam homines sed immemores dignitatis suae. is enim erat dies, ea fama, is qui
senatum uocarat ut turpe senatori esset nihil timere. ad eos tamen ipsos
10 qui conuenerant ne uerbum quidem ausus est facere de Caesare, cum de
eo constituisset ad senatum referre: scriptam attulerat consularis quidam
sententiam. quid est aliud de eo referre non audere qui contra se consulem 21
exercitum duceret, nisi se ipsum hostem iudicare? necesse erat enim alterutrum esse hostem; nec poterat aliter de aduersariis iudicari ducibus.
15 si igitur Caesar hostis, cur consul nihil referat ad senatum? sin ille a senatu notandus non fuit, quid potest dicere quin, cum de illo tacuerit, se
hostem confessus sit? quem in edictis Spartacum appellat, hunc in senatu
ne improbum quidem dicere audet. at in rebus tristissimis quantos excitat 9
risus! sententiolas edicti cuiusdam memoriae mandaui quas uidetur ille
20 peracutas putare: ego autem qui intellegeret quid dicere uellet adhuc
neminem inueni. 'nulla contumelia est quam facit dignus.' primum quid 22
est dignus? nam etiam malo multi digni, sicut ipse. an quam facit is qui
cum dignitate est? quae autem potest esse maior? quid est porro facere
contumeliam? quis sic loquitur? deinde: 'nec timor quem denuntiat inimicus.' quid ergo? ab amico timor denuntiari solet? horum similia deinceps. nonne satius est mutum esse quam quod nemo intellegat dicere? en
cur magister eius, ex oratore arator factus [sit], possideat in agro publico

23–24 quid est . . . contumeliam; *cf. Quintil. Inst. 9, 3, 13* 'contumeliam fecit', quod a Cicerone reprehendi notum est || **27** *Quintil. Inst. 9, 3, 72* ex oratore arator

1 in *om.* **V**[1] (*add.* **V**[2]); *cf. 2, 53* | et libertas **D** || **3** putati **V**[1] putastis **V**[2] | atque] et **nsv** || **4** si] est **bct** et **nsv** est si *Faernus; de formula cf. Cic. Att. 1, 14, 5; 1, 16, 6; 5, 21, 13 aliaque exempla ap. Sh. B. Att. I 310* | illae] hee **bc** alea si **n** alea est si **sv** aelea **t**; *cf. Lebreton 29* || **4.5** sunt, diem *sic dist. C. F. W. Müller* sunt. diem *dist. Halm* || **5** in] et **bcntvV**[2] | ante diem] ad **V**[1] (*corr.* **V**[2]); *cf. Att. 3, 17, 1; Liu. 43, 16; Hand Turs. I 378 sqq.* || **6** quo in tempore tum ipse **nsv** | qua] quasi **nsv** || **13** se ipsum hostem iudicare nisi (nisi *om.* **bn**) *post* quid est aliud **D**; *cf. King-Clark 81* | enim erat **cns** | alterutrum] alterum **D** || **14** alter de **bt** | ducibus iudicari **D**; *cf. tamen de clausula* – – – ⏑ ⏓ *Fraenkel Les. 31* || **15** c. caesar **cnstv** | refert **D** referebat *Halm* || **17** hostem esse **D** || **18** ne *om.* **ct** | audet? *dist. C. F. W. Müller dub. in app.* | quantus **V** || **20** quid dicere uellet *del. Cobet* || **21** a nulla **nsv** an nulla **V**[2] || **22** digni multi **D** || **25** inimico **tv** || **26** intellegitat **V**[1] (*corr.* **V**[2]) || **27** *del. Faernus, prob. Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 135* | publico] publico p. r. **D**

campi Leontini duo milia iugerum immunia, ut hominem stupidum ma-
23 gis etiam infatuet mercede publica. sed haec leuiora fortasse: illud
quaero cur tam mansuetus in senatu fuerit, cum in edictis tam ferus
fuisset. quid enim attinuerat L. Cassio tribuno plebis, fortissimo et
constantissimo ciui, mortem denuntiare, si in senatum uenisset; D. Car- 5
fulenum, bene de re publica sentientem, senatu ui et minis mortis ex-
pellere; Ti. Cannutium, a quo erat honestissimis contionibus et saepe et
iure uexatus, non templo solum uerum etiam aditu prohibere Capitoli?
cui senatus consulto ne intercederent uerebatur? de supplicatione, credo,
M. Lepidi, clarissimi uiri. atque id erat periculum, de cuius honore ex- 10
traordinario cotidie aliquid cogitabamus, ne eius usitatus honos impedire-
24 tur. ac ne sine causa uideretur edixisse ut senatus adesset, cum de re pu-
blica relaturus fuisset, adlato nuntio de legione quarta mente concidit,
et fugere festinans senatus consultum de supplicatione per discessionem
10 fecit, cum id factum esset antea numquam. quae uero profectio postea, 15
quod iter paludati, quae uitatio oculorum, lucis, urbis, fori, quam misera
fuga, quam foeda, quam turpis!

Praeclara tamen senatus consulta illo ipso die uespertina, prouinciarum
religiosa sortitio, diuina uero opportunitas ut, quae cuique apta esset,
25 ea cuique obueniret. praeclare igitur facitis, tribuni plebis, qui de prae- 20
sidio consulum senatusque referatis, meritoque uestro maximas uobis
gratias omnes et agere et habere debemus. qui enim metu et periculo
carere possumus in tanta hominum cupiditate et audacia? ille autem
homo adflictus et perditus quae de se exspectat iudicia grauiora quam
amicorum suorum? familiarissimus eius, mihi homo coniunctus, L. Len- 25
tulus, et P. Naso, omni carens cupiditate, nullam se habere prouinciam,
nullam Antoni sortitionem fuisse iudicauerunt. quod idem fecit L. Phi-
lippus, uir patre, auo maioribusque suis dignissimus; in eadem sententia
fuit homo summa integritate atque innocentia, C. Turranius; idem fecit
Sp. Oppius; ipsi etiam qui amicitiam M. Antoni ueriti plus ei tribuerunt 30

1 immuni **n**[1] (*corr.* **n**[2]) **sv** | immunia; ut *dist. Ernesti* | stupidum] stultum **D** || 3 tam subito mansuetus **DV**[2] | in dictis **ct** || 3.4 fuisset ferus **D**; *sed clausula ditrochaica bona est* || 4 enim] autem **bnsv** *om.* **t** | attinuerit (annuerit **b**) **D**; *cf. Sternkopf I 36* || 5 in senatum] a senatu **V**[2] || 6 a senatu **nsv** | mortis *del. Cobet, fort. recte* || 7 canutium **nstv**; *cf. Vell. 2, 64, Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 135–137* | contentionibus **D** || 8 iure contentionibusque **V** || 10 uiri, atque *dist. Sternkopf* | atque id erat] at quod erat *Halm in app.; cf. tamen K.-St. II 22* || 14 et fugere] effugere **D** || 16.17 misera est uestra fuga **Cus.** || 17 quamque turpis **Cus.** || 18 in illo ipso **bnsv** in ipso illo **t** || 21 consulis **V** consilium **t** consilio **v** consulum *ex corr.* **n**[2] || 22.23 carere metu et periculo **D** periculo carere **V** *ipse correxi; cf. enim 7, 27, Verr. 1, 47, Sest. 17. 35, Quinct. 59, Mur. 52; uide etiam Lutz 15* || 23 possemus **bcn** || 26 nullam . . . prouinciam *om.* **V**[1] (*prob. Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 138; fort. recte*) *add.* **V**[2] || 28 uir *om.* **V**[1] (*add.* **V**[2]) | maioribus suisque **t** || 29 m. anturranius **bcnst** (*om.* **v**) M'. Turranius *Gruter; cf. Münzer RE VII A (1948) 1440 sq.* || 30 Sp.] p. **bcnst** (*om.* **v**); *cf. Münzer RE XVIII (1939) 742*

quam fortasse uellent, M. Piso, necessarius meus, et uir et ciuis egregius,
parique innocentia M. Vehilius, senatus auctoritati se obtemperaturos
esse dixerunt. quid ego de L. Cinna loquar? cuius spectata multis magnis- 26
que rebus singularis integritas minus admirabilem facit huius honestissimi
5 facti gloriam, qui omnino prouinciam neglexit, quam item magno animo
et constanti C. Cestius repudiauit. qui sunt igitur reliqui quos sors diuina
delectet? T. Annius, M. Gallius. o felicem utrumque! nihil enim maluerunt.
C. Antonius Macedoniam. hunc quoque felicem! hanc enim habebat sem-
per in ore prouinciam. C. Caluisius Africam. nihil felicius! modo enim ex
10 Africa decesserat et quasi diuinans se rediturum duos legatos Vticae re-
liquerat. deinde M. Cusini Sicilia, Q. Cassi Hispania. non habeo quid
suspicer: duarum credo prouinciarum sortis minus diuinas fuisse.

O C. Caesar – adulescentem appello – quam tu salutem rei publicae 11 27
attulisti, quam improuisam, quam repentinam! qui enim haec fugiens
15 fecit, quid faceret insequens? etenim in contione dixerat se custodem fore
urbis, seque usque ad Kalendas Maias ad urbem exercitum habiturum.
o praeclarum custodem ouium, ut aiunt, lupum! custosne urbis an direp-
tor et uexator esset Antonius? et quidem se introiturum in urbem dixit
exiturumque cum uellet. quid? illud nonne audiente populo sedens pro
20 aede Castoris dixit, nisi qui uicisset, uicturum neminem?

Hodierno die primum, patres conscripti, longo interuallo in possessio- 28
ne[m] libertatis pedem ponimus: cuius quidem ego quoad potui non modo
defensor sed etiam conseruator fui. cum autem id facere non possem,
quieui, nec abiecte nec sine aliqua dignitate casum illum temporum et
25 dolorem tuli. hanc uero taeterrimam beluam quis ferre potest aut quo
modo? quid est in Antonio praeter libidinem, crudelitatem, petulantiam,

1 meus et necessarius et **D** || 2 M. Vehilius] uel **D**; *cf. Schöll 25, Gundel RE VIII A (1955) 581* || 6 C. Cestius] c. estius **V** c. cesarius **b** c. cesetius **cn**^{2} c. cessedius **n**^{1}**stv** *corr. Ursinus; cf. Münzer RE III (1899) 2005* || 7 T.] l. **Vn**^{2} *om.* **t** | Annius] antonius **D**; *cf. 11, 4* | M. Gallius] m. (a. **s**^{1}) antonius **VD** M. Antoni uicinus *Mommsen Kl. Schr. IV 1, 170 adn. 1* (*cf. etiam Bardt 42*), *corr. Clark, coll. 13, 26: cf. Clark, Cl. R. 14, 1900, 405, Vonder Mühll RE VII* (*1910*) *672* | maluerunt] metuerunt **bcnst** || 8 enim *om.* **st** | semper habebat **D** || 9 celusius **V** caluissius **c**; *cf. Münzer RE III* (*1897*) *1411* || 11 M. Cusini Sicilia] micus nisi illam **b** micus in isio illa **c** m. iccius nisi illam **ns** micus nisi illa **t** m. iccius nisi illa **v** M. Iccius Siciliam *Orelli; cf. Münzer RE IV* (*1901*) *1894* | quae cassii **nv** quae casu **s** | hispania est **bns** hispaniam **c** || 13 adulescentem] absentem *Cobet coll. 1, 31; cf. tamen Schöll 27* || 15 fecit] fecerit **bcnst**, *probb. King-Clark 84, K.-St. II 193, Lebreton 236; cf. contra Zielinski Claus. 214, King 121* | fore] futurum **nstv** || 16 seque usque] sequasque **V** usque **bcstv** *om.* **n** *corr. Muretus* || 18 equidem **nv** || 19 quid? illud *sic dist. C. F. W. Müller* | istud **nv** *om.* **t** || 20 dixit *om.* **cnstv** || 21 patres conscripti *om.* **V** | possessionem **VD** (*def. Sternkopf I 41*) *corr. Ferrarius: cf. Cic. Caecin. 31, Lig. 24 aliaque exempla ap. K.-St. II 589 sq.* || 24 quieui] ui **V** qui fui **cnstv** qui **V**^{2} *om.* **b** quod uolui *Schmidt* afui *Halm dub., corr. Victorius* | ill⟨or⟩um *Lambinus* || 25 uero *om.* **Cus.** | potest **V Cus.** posset **D** || 26 credulitatem **Cus.**

audaciam? ex his totus uitiis conglutinatus est. nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum. (29) quapropter, quoniam res in id discrimen adducta est utrum ille poenas rei publicae luat an nos seruiamus, aliquando, per deos immortalis, patres conscripti, patrium animum uirtutemque capiamus, ut aut libertatem propriam Romani generis et nominis recuperemus aut mortem seruituti anteponamus.

Multa quae in libera ciuitate ferenda non essent tulimus et perpessi sumus, alii spe forsitan recuperandae libertatis, alii uiuendi nimia cupiditate: sed, si illa tulimus quae nos necessitas ferre coegit, quae uis quaedam paene fatalis — quae tamen ipsa non tulimus —, etiamne huius impuri latronis feremus taeterrimum crudelissimumque dominatum? **12** (30) quid hic faciet, si poterit, iratus qui, cum suscensere nemini posset, omnibus bonis fuerit inimicus? quid hic uictor non audebit qui nullam adeptus uictoriam tanta scelera post Caesaris interitum fecerit, refertam eius domum exhauserit, hortos compilauerit, ad se ex eis omnia ornamenta transtulerit, caedis et incendiorum causam quaesierit ex funere, duobus aut tribus senatus consultis bene et e re publica factis reliquas res ad lucrum praedamque reuocauerit, uendiderit immunitates, ciuitates liberauerit, prouincias uniuersas ex imperi populi Romani iure sustulerit, exsules reduxerit, falsas leges C. Caesaris nomine et falsa decreta in aes incidenda et in Capitolio figenda curauerit earumque rerum omnium domesticum mercatum instituerit, populo Romano leges imposuerit, armis et praesidiis populum et magistratus foro excluserit, senatum stiparit armatis, armatos in cella Concordiae, cum senatum haberet, incluserit, ad legiones Brundisium cucurrerit, ex eis optime sentientis centuriones iugulauerit, cum exercitu Romam sit ad interitum nostrum et ad †dispersionem† urbis uenire conatus? (31) atque is ab hoc impetu abstractus consilio et copiis Caesaris, consensu ueteranorum, uirtute legionum, ne for-

1 tot **c** (totus *et* **Cus.** *hab.*) | uitiis **VcCus.** *om.* **bnstv**, *prob. Zielinski Claus. 214* || 5 ut *om.* **D** || 6 et generis **V**; *cf. tamen Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 138* || 9 forsitan *om.* **D** || 11 quae . . . tulimus *del. Jordan; sic dist. C. F. W. Müller* || 13 faciat **bcn[1]sv** | potuerit **D** || 15 repertam **V** | eius domum] domum caesaris **b** domum caesaris eius **ct** domum eius **nsv** || 16 compilarit **bcnst** | eis] is **V** his **D** *corr. Halm* || 18 bene de re p. **b** e re p. bene **ns** de re p. bene **t** || 20 imperio **D** || 22 curarit **bc** || 23 praesides et populum **D** || 24 excusserit **V[2]** | stipauerit **nsv** stiparet **t** | armatis] armis **D** *del. Madvig, probb. King-Clark 85; fort. recte: cf. tamen 2, 6* || 25 cellam **c**; *sed cf. Cic. Tusc. 1, 34; K.-St. I 591; ThLL VII 1, 956, 38 sq.* | concluserit **n[1]** (*corr.* **n[2]**) **sv** || 26 iugularit **bc** || 27 dispersionem **Vtv** disperditionem **bcns** direptionem *Lambinus* (*prob. Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 138, qui § 27, Fam. 4, 12 confert*) dispertitionem *Klotz* (*prob. Hauschild 247 sq., qui 4, 10; 5, 6. 20; 8, 8. 9; 13, 19. 42; 14, 20 confert*); *ego cruces ponere malo, cum* disperditio *nusquam inueniatur nullaque certa exempla uocis quae est* dispertitio *exstent praeter Tert. Hermog. 39, Augustin. Gen. ad litt. 39: cf. Pasoli, Latin. 12, 1964, 37 sq.; praeterea uox* dispersio *inde a Tertulliano usurpatur* (*ThLL V 1, 1412, 38*) || 28 atque is] aut qualis **nstv** at uel qualis qua ui **b** || 29 nec **ntv**

tuna quidem fractus minuit audaciam nec ruere demens nec furere desinit. in Galliam mutilatum ducit exercitum; cum una legione et ea uacillante L. fratrem exspectat, quo neminem reperire potest sui similiorem. ille autem ex myrmillone dux, ex gladiatore imperator quas effecit stra-
5 ges, ubicumque posuit uestigium! ⟨fundit apothecas⟩, caedit greges armentorum reliquique pecoris quodcumque nactus est; epulantur milites; ipse autem se, ut fratrem imitetur, obruit uino; uastantur agri, diripiuntur uillae, matres familiae, uirgines, pueri ingenui abripiuntur, militibus traduntur. haec eadem, quacumque exercitum duxit, fecit M. An-
10 tonius.

18 32 His uos taeterrimis fratribus portas aperietis, hos umquam in urbem recipietis? non tempore oblato, ducibus paratis, animis militum incitatis, populo Romano conspirante, Italia tota ad libertatem recuperandam excitata, deorum immortalium beneficio utemini? nullum erit tempus hoc
15 amisso. a tergo, fronte, lateribus tenebitur, si in Galliam uenerit. nec ille armis solum sed etiam decretis nostris urgendus est. magna uis est, magnum numen unum et idem sentientis senatus. uidetisne refertum forum, populumque Romanum ad spem recuperandae libertatis erectum? qui longo interuallo cum frequentis hic uidet nos, tum sperat etiam liberos
20 conuenisse. hunc ego diem exspectans M. Antoni scelerata arma uitaui, 33 tum cum ille in me absentem inuehens non intellegebat quod ad tempus me et meas uiris reseruarem. si enim tum illi caedis a me initium quaerenti respondere uoluissem, nunc rei publicae consulere non possem. hanc uero nactus facultatem nullum tempus, patres conscripti, dimittam ne-
25 que diurnum neque nocturnum quin de libertate populi Romani et dignitate uestra quod cogitandum sit cogitem, quod agendum atque faciendum, id non modo non recusem sed etiam appetam atque deposcam. hoc feci dum licuit; intermisi quoad non licuit. iam non solum licet sed etiam

2 *Non. 34, 18–19* in Galliam ... uaccillante || 5–6 *Seru. ad Verg. Buc. 6, 55* fudit ... armentorum

2 uaccillante **V**, *Non., prob. King 124; cf. Lachmann ad Lucr. 1, 360* || 4 ex[1]] et **n**[1] (*corr.* **n**[2])**s** | effecerit **V** et fecit **c** fecit **bnstv** *corr. Klotz* || 5 imperatori ubicumque **V** is igitur antonius ubicumque **Cus.** | uestigium **VCus.** uestigia **D** uestigium, ⟨quis uestrum ignorat⟩ *Halm* | *add. Ernesti ex Seru. ad Verg. Buc. 6, 55; om.* **VDCus.**, *prob. Pasoli, Latin. 12, 1964, 39, cuius sententia Seruius locum hunc Phil. III cum loco Phil. II* (*§ 67* apothecae ... condonabantur) *contaminauit* | fudit ... cecidit *Seru.* || 6 reliqui **nsvCus.** || 7 se *om.* **n** *post* fratrem *hab.* **sv** | ut fratrem imitetur *om.* **Cus.** || 8 familiae **VCus.** familias **D** || 9 M. *om.* **VCus.** || 15 fronte alteribus **V**[1] (a lateribus **V**[2]) a fronte a lateribus **D** (*prob. Lutz 15*) *corr. Garatoni* | tenetur **D**, *prob. Lutz 16* || 16 nostris (uestris **b**) decretis **D** | uis et **V** || 18 populum **nsv** || 21 in me *om.* **n**[1] (in *sup.* **n**[2])**sv** | ad quod **nstv** || 22 initium a m e **D** || 25 diuturnum **n**[1] (*corr.* **n**[2])**v** | et] de **nstv** *om.* **bc** || 27 id] idem **cnsv** *om.* **t** | non[2] *om.* **bnstv**; *cf. K.-St. II 61* | appetam etiam **D** || 28 feci semper dum **D**

necesse est, nisi seruire malumus quam ne seruiamus armis animisque
34 decernere. di immortales nobis haec praesidia dederunt: urbi Caesarem,
Brutum Galliae. si enim ille opprimere urbem potuisset, statim, si Galliam
14 tenere, paulo post optimo cuique pereundum, reliquis seruiendum. hanc
igitur occasionem oblatam tenete, per deos immortalis, patres conscripti, 5
et amplissimi orbis terrae consili principes uos esse aliquando recordamini. signum date populo Romano consilium uestrum non deesse rei
publicae, quoniam ille uirtutem suam non defuturam esse profitetur.
nihil est quod moneam uos. nemo est tam stultus qui non intellegat, si
indormierimus huic tempori, non modo crudelem superbamque dómina- 10
35 tionem nobis sed ignominiosam etiam et flagitiosam ferendam. nostis
insolentiam Antoni, nostis amicos, nostis totam domum. libidinosis, petulantibus, impuris, impudicis, aleatoribus, ebriis seruire, ea summa miseria est summo dedecore coniuncta. quod si iam — quod di omen auertant! — fatum extremum rei publicae uenit, quod gladiatores nobiles 15
faciunt ut honeste decumbant, faciamus nos, principes orbis terrarum
gentiumque omnium, ut cum dignitate potius cadamus quam cum igno-
36 minia seruiamus. nihil est detestabilius dedecore, nihil foedius seruitute.
ad decus et ad libertatem nati sumus: aut haec teneamus aut cum
dignitate moriamur. nimium diu teximus quid sentiremus; nunc iam 20
apertum est; omnes patefaciunt in utramque partem quid sentiant, quid
uelint. sunt impii ciues — pro caritate rei publicae nimium multi, sed
contra multitudinem bene sentientium admodum pauci — quorum opprimendorum di immortales incredibilem rei publicae potestatem et fortunam dederunt. ad ea enim praesidia quae habemus iam accedent consu- 25
les summa prudentia, uirtute, concordia, multos mensis de populi Romani libertate commentati atque meditati. his auctoribus et ducibus,
dis iuuantibus, nobis uigilantibus et multum in posterum prouidentibus,

1–2 *Non. 285, 36* quam . . . decernere

1 necesse est etiam **D** | malimus **V** maluimus **bt** | animis armisque **D**, *Non.; cf. tamen 10, 21, Schöll 27* || 3 urbem opprimere **D**; *de clausula heroica cf. Fraenkel Les. 198–200* | esset *post* potuisset *add. Sternkopf; cf. tamen Schöll 27* || 4 teneret **D** | erat *post* pereundum *add. Halm, ante* seruiendum *Schöll* | reliquis esset **nsv** || 6 uos *om.* **D** || 9 est^2 *om.* **cv** || 10 hoc tempore **nstv** || 11 ferendem **V** esse ferendam **bnstv** ferendam esse *Muretus* || 13 sunt summa **nstv** || 14 est **VCus.** *om.* **D** || 15 factum **n**^{1} (*corr.* **n**^{2})**t** || 17 cum^2 *om.* **bc** (cum *et* **Cus.** *hab.*) || 18 seruiamus] uiuamus **Cus.** || 19 ad^2 **VCus.** *om.* **D** || 20 moriamur ad dignitatem et gloriam rei publicae **Cus.** || 21 omnes iam **D** | patefaciunt] patefaciunt fecerunt **V**^{1} patefecerunt **DV**^{2} *corr. Halm, prob. Schöll 20; in* **V**^{1} *de uaria lectione supra lineam adscripta* (patefaciunt, with fecerunt written above) *haud dubie agitur* || 21, 22 sentiat quid uelit **V**; *prob. King 126, qui* quisque *ex uoce* omnes *simul audit* || 22 sed *post* ciues **V** *om.* **bctv** *post* multi *transt. Lambinus; cf. Long 550, Clark Desc. 187* || 23 pro multitudine **D**; *sed de* contra *pro* prae *cf. K.-St. I 541, H.-Sz. 229, ThLL IV 751, 16 sqq.* || 25 accedunt **bnstv** || 26 de populi Romani] dei publicae **V** de re publica **bt**

populo Romano consentiente, erimus profecto liberi breui tempore. iu-
cundiorem autem faciet libertatem seruitutis recordatio.
15 **37** Quas ob res, quod tribuni plebis uerba fecerunt uti senatus Kalendis
Ianuariis tuto haberi sententiaeque de summa re publica libere dici pos-
5 sint, de ea re ita censeo uti C. Pansa A. Hirtius, consules designati, dent
operam uti senatus Kalendis Ianuariis tuto haberi possit. quodque edic-
tum D. Bruti, imperatoris, consulis designati, propositum sit, senatum
existimare D. Brutum, imperatorem, consulem designatum, optime de
re publica mereri, cum senatus auctoritatem populique Romani liber-
10 tatem imperiumque defendat; quodque prouinciam Galliam citeriorem, **38**
optimorum et fortissimorum uirorum amicissimorumque rei publicae
ciuium, exercitumque in senatus potestate retineat, id eum exercitum-
que eius, municipia, colonias prouinciae Galliae recte atque ordine exque
re publica fecisse et facere. senatum ad summam rem publicam pertinere
15 arbitrari ab D. Bruto et L. Planco imperatoribus, consulibus designatis,
itemque a ceteris qui prouincias obtinent obtineri ex lege Iulia, quoad
ex senatus consulto cuique eorum successum sit, eosque dare operam ut
eae prouinciae eique exercitus in senati populique Romani potestate prae-
sidioque rei publicae sint. cumque opera, uirtute, consilio C. Caesaris
20 summoque militum consensu ueteranorum, qui eius auctoritatem secuti
rei publicae praesidio sunt et fuerunt, a grauissimis periculis populus Ro-
manus defensus sit et hoc tempore defendatur; cumque legio Martia **39**
Albae constiterit, in municipio fidelissimo et fortissimo, seseque ad se-
natus auctoritatem populique Romani libertatem contulerit; et quod pa-
25 ri consilio eademque uirtute legio quarta usa, L. Egnatuleio duce quaesto-
re optimo, ciui egregio, senatus auctoritatem populique Romani liberta-
tem defendat ac defenderit, senatui magnae curae esse ac fore ut pro
tantis eorum in rem publicam meritis honores eis habeantur gratiaeque

1.2 iucundiorem autem] iocundior est **Cus.** || **2** facit **Cus.** || **3** uti] ut **D** | Kalendis *om.* **V** || **5** A. *om.* **V**[1] (*add.* **V**[2]) || **6** ut **nstv** || **7** designati optime de re p. meriti (mereri **t**) **D**, *haud dubie e l. 9 iter.* || **11** uirorum *post* fortissimorum **bnstv** *post* optimorum **c** (*prob. Lutz 17*) *om.* **V**; *cf. § 6; 4, 6; Cat. 2, 20; Pis. 25* | amicorumque **V** | p. r. **ns** || **15** ab D. Bruto] Bd BR. IO **V** | et ab l. **D** || **16** obtinere **V** | Iulia] tullia **D**; *cf. Sternkopf I 47* || **18** eique] que **V** galliaeque **bnstv** atque *Muretus; cf. Clark, Cl. R. 14, 1900, 405* | senatus **D**; *de genet.* senati *cf. Sommer 403, King-Clark 87* | Romani *om.* **V** || **19** rei publicae] populi r. **D** | C. *om.* **V** || **20** consensu militum **D** || **21** a] et **n** et a **stv** || **24** et quod] equod **V** quod **bcntv** || **25–26** L. Egnatuleio ... egregio] l. egn. que opti egregio mo **V** (*quod adtinet ad* opti ... mo *in* **V** *cf. Lutz 18*) L. Egnatuleio duce, quaestore optimo, ciue egregio *Muretus* L. Egnatuleio quaestore duce, ciui egregio *Garatoni* (*prob. Lutz 18*) duce L. Egnatuleio quaestore, ciui egregio *Orelli* duce *del. Buecheler Kl. Schr. I 100; cf. 4, 6; 5, 52; Sternkopf I 48. 115* || **27** et ut **nsv** || **28** in rem p. *om.* **D**; *cf. Fraenkel Les. 211* | eis] his **V**; *cf. Lebreton 142 adn. 2*

referantur. senatui placere uti C. Pansa A. Hirtius, consules designati, cum magistratum inissent, si eis uideretur, primo quoque tempore de his rebus ad hunc ordinem referrent, ita uti e re publica fideque sua uideretur.

M. TVLLI CICERONIS

IN M. ANTONIVM

ORATIO PHILIPPICA QVARTA

1 Frequentia uestrum incredibilis, Quirites, contioque tanta quantam (5) meminisse non uideor et alacritatem mihi summam defendendae rei publicae adfert et spem recuperandae. quamquam animus mihi quidem numquam defuit: tempora defuerunt, quae simul ac primum aliquid lucis ostendere uisa sunt, princeps uestrae libertatis defendendae fui. quod si id ante facere conatus essem, nunc facere non possem. hodierno enim (10) die, Quirites, ne mediocrem rem actam arbitremini, fundamenta iacta sunt reliquarum actionum. nam est hostis a senatu nondum uerbo appel- **2** latus, sed re iam iudicatus Antonius. nunc uero multo sum erectior quod uos quoque illum hostem esse tanto consensu tantoque clamore approbauistis. neque enim, Quirites, fieri potest ut non aut ei sint impii qui (15) contra consulem exercitus comparauerunt, aut ille hostis contra quem iure arma sumpta sunt. hanc igitur dubitationem, quamquam nulla erat, tamen ne qua posset esse senatus hodierno die sustulit.

C. Caesar qui rem publicam libertatemque uestram suo studio, consilio, patrimonio denique tutatus est et tutatur maximis senatus laudibus (20) **3** ornatus est. laudo, laudo uos, Quirites, quod gratissimis animis prosequimini nomen clarissimi adulescentis uel pueri potius; sunt enim facta eius immortalitatis, nomen aetatis. multa memini, multa audiui, multa

1 ut **ctn**[2] utque **n**[1]**sv** *om.* **b** || 2 uidebitur **nsv** || 3 referant **nsv** referent **t** | eis *post* uti *add. Lutz* | uideretur censuerunt **bc** uiderentur censuerunt **t** censuerint **ns** censuerit **v** || 5 uestra *Ernesti; cf. tamen 5, 2; 6, 18; Lebreton 96 sq.; K.-St. I 598; H.-Sz. 61* | Quirites] quam **V** que **c** *om.* **bnstv** *corr. Poggius* || 6.7 adfert rei p. defendendae **cnstv** r. p. affert defendendae **b** || 7 recuperandae libertatis **D** (*fortasse e l. 9*); *prob. Lutz 19 coll. 5, 1, Leg. agr. 1, 17; simul audi tamen* rei publicae *et confer e. g. 3, 7; 5, 11; 11, 31; 14, 35. 38; Sex. Rosc. 141* | quidem mihi **D** || 10 id *om.* **D** || 11 Quirites ne] quirites **b** quo hanc **c** quamquam adhuc **ns** quin adhuc **t** adhuc **v** || 14 hostem illum **D** (*nisi quod* ullum hostem **v**) || 15 nec **stv** | Quirites *om.* **D** | aut *om.* **V** || 19 quirites caesar **Cus.** (*om.* qui) || 20 tuta est et tutator **Cus.** || 21 Quirites] qui **b** que **t** *om.* **c Cus.** | quod **VtCus.** cum **bcnsv** || 23 aetatis] aeternitatis **Cus.** | memini] enim **VCus.** | multa[2] *om.* **Cus.**

legi, Qui⟨rites⟩: nihil ex omnium saeculorum memoria tale cognoui: qui,
cum seruitute premeremur, in dies malum cresceret, praesidi nihil ha-
beremus, capitalem et pestiferum a Brundisio M. Antoni reditum time-
remus, hoc insperatum omnibus consilium, incognitum certe ceperit, ut
5 exercitum inuictum ex paternis militibus conficeret Antonique furorem 2
crudelissimis consiliis incitatum a pernicie rei publicae auerteret. quis 4
est enim qui hoc non intellegat, nisi Caesar exercitum parauisset, non
sine exitio nostro futurum Antoni reditum fuisse? ita enim se recipiebat
ardens odio uestri, cruentus sanguine ciuium Romanorum quos Suessae,
10 quos Brundisi occiderat ut nihil nisi de pernicie populi Romani cogitaret.
quod autem praesidium erat salutis libertatisque uestrae, si C. Caesaris
fortissimorum sui patris militum exercitus non fuisset? cuius de laudibus
et honoribus, qui ei pro diuinis et immortalibus meritis diuini immor-
talesque debentur, mihi senatus adsensus paulo ante decreuit ut primo
15 quoque tempore referretur. quo decreto quis non perspicit hostem esse 5
Antonium iudicatum? quem enim possumus appellare eum contra quem
qui exercitus ducunt, eis senatus arbitratur singularis exquirendos hono-
res?

Quid? legio Martia, quae mihi uidetur diuinitus ab eo deo traxisse
20 nomen a quo populum Romanum generatum accepimus, non ipsa suis
decretis prius quam senatus hostem iudicauit Antonium? nam si ille non
hostis, hos qui consulem reliquerunt hostis necesse est iudicemus. prae-
clare et loco, Quirites, reclamatione uestra factum pulcherrimum Mar-
tialium comprobauistis: qui se ad senatus auctoritatem, ad libertatem
25 uestram, ad uniuersam rem publicam contulerunt, hostem illum et latro-
nem et parricidam patriae reliquerunt. nec solum id animose et fortiter 6
sed considerate etiam sapienterque fecerunt: Albae constiterunt, in urbe
opportuna, munita, propinqua, fortissimorum uirorum, fidelissimorum

1 Quirites] qui **VCus.** *om.* **D** *corr. Halm* | omnium saeculorum memoria **VCus.** omnium singulorum memoria **bcnsv** omnium memoria singulorum **t** || 2 in dies **VbcCus.** et dies **n**^{1} et in dies **stvn**^{2} || 3 a brundisio tum **V** (*cf. tamen Pasoli, Latin. 5, 1957, 187 adn. 4, qui* tum *iure del.*) brundisio **D** *om.* **Cus.** | M. *om.* **Cus.** || 4 certe ceperit] ceteri rep(p)erit **VCus.** certe reperit *Pasoli, qui* reperit *pro praes. historico habet* || 5 paternis **VCus.** hispanis **bv** hispanis paucis **c** his paucis **n** his paternis **st** | conficeret **VCus.** conduceret **D**; *cf. 5, 43. 44; Man. 61; Att. 8, 11, 2 aliaque exempla ap. ThLL IV 201, 14sqq.* || 6 consiliis *om.* **VCus.** || 9 Romanorum *om.* **D** || 10 brundisio **V** | ut *om.* **n**^{1} (*suppl.* **n**^{2})**sv** | populi Romani] rei p. **D** || 11 erat praesidium **D** | C. *om.* **Vt** || 12 fortissimorumque sui **c** fortissimorum suique **nstv** sui *delendum censet Lambinus; cf. Long 555, Lebreton 139, Clark Desc. 188* || 15 respicit **V** || 16 appellare possumus **D** || 20 nonne **D** || 21 ille si **D** || 22 hos *om.* **D** | praeclara **nv** || 23 et loco, Quirites] eo loquo quo **b** *ex corr.* eo loco quo **c** et luculenta **nsv** et iocose **t**; *cf. Cic. Fam. 9, 16, 4; 11, 16, 1; Hor. Epist. 1, 7, 57; Sen. Epist. 46, 2* || 24 comprobastis **nstv** || 28 fidelissimorum *om.* **V**^{1} (*add.* **V**^{2}), *quo probato* fortissimorum uirorum ciuiumque optimorum *coni. Halm in app.; cf. King 134*

ciuium atque optimorum. huius [Martiae] legionis legio quarta imitata
uirtutem, duce L. Egnatuleio, quem senatus merito paulo ante laudauit,
C. Caesaris exercitum persecuta est.

3 Quae exspectas, M. Antoni, iudicia grauiora? Caesar fertur in caelum
qui contra te exercitum comparauit; laudantur exquisitissimis uerbis 5
legiones quae te reliquerunt, quae a te arcessitae sunt, quae essent, si te
consulem quam hostem maluisses, tuae: quarum legionum fortissimum
uerissimumque iudicium confirmat senatus, comprobat uniuersus popu-
lus Romanus, nisi forte uos, Quirites, consulem, non hostem iudicatis An-
7 tonium. sic arbitrabar, Quirites, uos iudicare ut ostenditis. quid? muni- 10
cipia, colonias, praefecturas num aliter iudicare censetis? omnes mortales
una mente consentiunt omnia arma eorum qui haec salua uelint contra
illam pestem esse capienda.

Quid? D. Bruti iudicium, Quirites, quod ex hodierno eius edicto per-
spicere potuistis, num cui tandem contemnendum uidetur? recte et 15
uere negatis, Quirites. est enim quasi deorum immortalium beneficio et
munere datum rei publicae Brutorum genus et nomen ad libertatem po-
8 puli Romani uel constituendam uel recipiendam. quid igitur D. Brutus
de M. Antonio iudicauit? excludit prouincia; exercitu obsistit; Galliam
totam hortatur ad bellum, ipsam sua sponte suoque iudicio excitatam. 20
si consul Antonius, Brutus hostis: si conseruator rei publicae Brutus,
4 hostis Antonius. num igitur utrum horum sit dubitare possumus? atque
ut uos una mente unaque uoce dubitare uos negatis, sic modo decreuit
senatus, D. Brutum optime de re publica mereri, cum senatus auctori-
tatem populique Romani libertatem imperiumque defenderet. a quo de- 25
9 fenderet? nempe ab hoste: quae est enim alia laudanda defensio? dein-
ceps laudatur prouincia Gallia meritoque ornatur uerbis amplissimis ab
senatu quod resistat Antonio. quem si consulem illa prouincia putaret
neque eum reciperet, magno scelere se astringeret; omnes enim in consu-
lis iure et imperio debent esse prouinciae. negat hoc D. Brutus imperator, 30
consul designatus, natus rei publicae ciuis; negat Gallia, negat cuncta
Italia, negat senatus, negatis uos. quis illum igitur consulem nisi latrones
putant? quamquam ne ei quidem ipsi, quod loquuntur, id sentiunt nec

21–22 *Quintil. Inst. 9, 3, 86; Isid. Orig. 2, 21, 11* si consul ... hostis Antonius

1 *del. Manutius* || 2 L. *om.* **D** || 6 acersitae **nstv** | tuae *ante* essent **nsv** || 9 Quirites *om.* **V** || 10 arbitror **sv** | Quirites *om.* **sv** | quid] qui **bc** *om.* **nstv** || 14 dicto **stv** || 15 recte uidetur **V** || 16 negastis **nstv** | deorum] de eorum **Cus.** || 17–18 Brutorum ... Romani *om.* **D** || 18 uel ad recuperandam **bc** || 19 iudicat *Ernesti* | exclusit **bnsv** | obisistit **V** obstitit **D** *corr.* ς || 22.23 atque ut] atqui **bnst** || 25 defenderit ... defenderit **D**, *quod iure refellit Pasoli, Latin. 5, 1957, 190–192* || 27.28 a senatu **bcntv** e senatu **s** || 29 neque] magnaeque **V** | in *om.* **D** || 31 denegat cuncta **V** || 32 Quirites *post* uos *add. Buecheler Kl. Schr. I 61; cf. Zielinski Claus. 214* | igitur illum **D** | sui *post* nisi *add. Busche*

ab iudicio omnium mortalium, quamuis impii nefariique sint, sicut sunt,
dissentire possunt. sed spes rapiendi atque praedandi occaecat animos
eorum quos non bonorum donatio, non agrorum adsignatio, non illa
infinita hasta satiauit; qui sibi urbem, qui bona et fortunas ciuium ad
5 praedam proposuerunt; qui, dum hic sit quod rapiant, quod auferant,
nihil sibi defuturum arbitrantur; quibus M. Antonius — o di immortales,
auertite et detestamini, quaeso, hoc omen! — urbem se diuisurum esse
promisit. ita uero, Quirites, ut precamini eueniat atque huius amentiae 10
poena in ipsum familiamque eius recidat! quod ita futurum esse confido.
10 iam enim non solum homines sed etiam deos immortalis ad rem publicam
conseruandam arbitror consensisse. siue enim prodigiis atque portentis
di immortales nobis futura praedicunt, ita sunt aperte pronuntiata ut
et illi poena et nobis libertas appropinquet; siue tantus consensus om-
nium sine impulsu deorum esse non potuit, quid est quod de uoluntate
15 caelestium dubitare possimus?

Reliquum est, Quirites, ut uos in ista sententia quam prae uobis 5 11
fertis perseueretis. faciam igitur ut imperatores instructa acie solent,
quamquam paratissimos milites ad proeliandum uideant, ut eos tamen
adhortentur, sic ego uos ardentis et erectos ad libertatem recuperandam
20 cohortabor. non est uobis, Quirites, cum eo hoste certamen cum quo ali-
qua pacis condicio esse possit. neque enim ille seruitutem uestram, ut
antea, sed iam iratus sanguinem concupiscit. nullus ei ludus uidetur esse
iucundior quam cruor, quam caedes, quam ante oculos trucidatio ciuium.
non est uobis res, Quirites, cum scelerato homine ac nefario, sed cum 12
25 immani taetraque belua quae, quoniam in foueam incidit, obruatur. si
enim illim emerserit, nullius supplici crudelitas erit recusanda. sed tene-
tur, premitur, urgetur nunc eis copiis quas iam habemus, mox eis quas
paucis diebus noui consules comparabunt. incumbite in causam, Quirites,
ut facitis. numquam maior consensus uester in ulla causa fuit; numquam

28 *Arus. Gramm. VII 479, 4–5* incumbite . . . Quirites

1 ab] ad **V** a **D** *corr. Faernus* | sicut sunt *om.* **D**; *cf. tamen Cic. De orat. 1, 236* quamuis sceleratissimi illi fuissent, sicut fuerunt, *Vahlen Opusc. II 330* || 2 caecat **D**; *cf. Liu. 5, 37, 1; 28, 24, 15 aliaque exempla ap. ThLL IX 2, 329, 41 sqq.* || 3 donatio] dampnatio **nstv**; *cf. Lebreton 51* || 4 pompei hasta **D**; *cf. tamen Ernesti 1426* || 5 posuerunt **V**; *deff. King 116* (*coll. Cic. Fam. 9, 15, 4*), *Pasoli, Latin. 12, 1964, 37; cf. app. ad 3, 19* | hic *om.* **D** | sit] sic **V** || 8 ei ut **c** | huiusque **c** quo huius **bnstv** || 9 eius *om.* **tv** | praecidat **V** reccidat *Zielinski*; recidat *def. Clark in app. coll. 7, 27* || 11 siue] si **nsv** || 12 praedicata **t** praedicant **bcnsv** | denuntiata **D** || 13 libertas nobis **bnstv** || 15 possumus **bt** || 18 uident ς; *quod adtinet ad* quamquam *cum coniunct. ap. Ciceronem cf. tamen Fedeli, Ciceroniana 3–6, 1961–1964, 33* || 20 non est non est **D** | cum quo] quocum **D** || 22 concupiuit **VD** *corr.* ς | uidetur ludus **Cus.** || 24 quirites res **D** || 26 illi ne **b** illic **c** illinc **nsvt**[2] illuc **t**[1]; *cf. e. g. 2, 77* || 27 iam *om.* **V**[1] (*add.* **V**[2]); *cf. Ernesti 1427* || 29 uester consensus maior **D**

tam uehementer cum senatu consociati fuistis. nec mirum: agitur enim
non qua condicione uicturi, sed uicturine simus an cum supplicio igno-
13 miniaque perituri. quamquam mortem quidem natura omnibus propo-
suit; crudelitatem mortis et dedecus uirtus propulsare solet, quae propria
est Romani generis et nominis. hanc retinete, quaeso, Quirites, quam uobis 5
tamquam hereditatem maiores uestri reliquerunt. [quamquam] alia om-
nia falsa, incerta sunt, caduca, mobilia: uirtus est una altissimis defixa
radicibus, quae numquam ui ulla labefactari potest, numquam demoueri
loco. hac uirtute maiores uestri primum uniuersam Italiam deuicerunt,
deinde Karthaginem exciderunt, Numantiam euerterunt, potentissimos 10
6 14 reges, bellicosissimas gentis in dicionem huius imperi redegerunt. ac
maioribus quidem uestris, Quirites, cum eo hoste res erat qui haberet
rem publicam, curiam, aerarium, consensum et concordiam ciuium, ra-
tionem aliquam, si ita res tulisset, pacis et foederis: hic uester hostis
uestram rem publicam oppugnat, ipse habet nullam; senatum, id est 15
orbis terrae consilium, delere gestit, ipse consilium publicum nullum
habet; aerarium uestrum exhausit, suum non habet. nam concordiam
ciuium qui habere potest, nullam cum habet ciuitatem? pacis uero quae
15 potest esse cum eo ratio in quo est incredibilis crudelitas, fides nulla? est
igitur, Quirites, populo Romano, uictori omnium gentium, omne certa- 20
men cum percussore, cum latrone, cum Spartaco. nam quod se similem
esse Catilinae gloriari solet, scelere par est illi, industria inferior. ille cum
exercitum nullum habuisset, repente conflauit: hic eum exercitum quem
accepit amisit. ut igitur Catilinam diligentia mea, senatus auctoritate,
uestro studio et uirtute fregistis, sic Antoni nefarium latrocinium uestra 25
cum senatu concordia tanta quanta numquam fuit, felicitate et uirtute
exercituum ducumque uestrorum breui tempore oppressum audietis.

3 omnibus natura **D** || 5 nominis] seminis **V D** *corr. Ernesti; seminis tueri uidetur Cic. Leg. agr. 2, 35* a stirpe generis ac seminis*: cf. tamen Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 138, qui 3, 11; 4, 7; 7, 11; 10, 14 confert* | quaeso Quirites] quaeso **V b c** quaeso qr. p. r. **n** quirites quaeso **s** quaeso quaesoque **t** quaeso q. r. **v** *corr. Naugerius: cf. Clark Desc. 197* || 6 hereditate *Cobet coll. Nep. Hann. 1, 3, Att. 13, 2* | quamquam **VD** nam cum (. . . sint) *P. R. Müller, del. Madvig; tradita def. Pasoli. Latin. 5, 1957, 193 sq.; cf. tamen Lutz 68, Clark Desc. 197* || 7 falsa *om.* **b n s** fluxa *uel* fragilia *coni. P. R. Müller, prob. Lutz 68* (*coll. Sall. Cat. 1, 4; Iug. 112; Liu. 38, 6; Tac. Ann. 13, 19*) fallacia *Halm in app.* | sint **V** || 8 ulla ui **D** || 9 uirtute *del. ed. Aldina* || 11 in] inde **n s t v** | at **t v** || 18 cum habeat **c** qui habeat **n s v** qui habet **t***; cf. tamen King 138* || 20 Quirites *om.* **c v** || 21 cum perussore cum] cum ded percur-sorem **V**[1] (depercursorem **V**[2]) cum excursore cum **D** *corr. Faernus* | quod se] quod ei **V**[1] (*corr.* **V**[2]) quod d. bruto se **n s v** se *om.* **b** || 21—22 similem . . . scelere] similem re **D** || 22 pars est **c** parem **n s** patrem **v** | illi] belli **D***; cf. K.-St. I 449* || 23 haberet **D** || 26 senatus **n s t v** || 27 ducumque uestrorum] ducum questrum ria **V**, *quo collato* ducumque uestrum mira *coni. Schöll in app.*

Equidem quantum cura, labore, uigiliis, auctoritate, consilio eniti 16
atque efficere potero, nihil praetermittam quod ad libertatem uestram
pertinere arbitrabor; neque enim id pro uestris amplissimis in me bene-
ficiis sine scelere facere possum. hodierno autem die primum referente
5 uiro fortissimo uobisque amicissimo, hoc M. Seruilio, conlegisque eius,
ornatissimis uiris, optimis ciuibus, longo interuallo me auctore et prin-
cipe ad spem libertatis exarsimus.

M. TVLLI CICERONIS
IN M. ANTONIVM

ORATIO PHILIPPICA QVINTA

Nihil umquam longius his Kalendis Ianuariis mihi uisum est, patres 1
conscripti: quod idem intellegebam per hos dies uni cuique uestrum uideri.
10 qui enim bellum cum re publica gerunt, hunc diem non exspectabant;
nos autem, tum cum maxime consilio nostro subuenire communi saluti
oporteret, in senatum non uocabamur. sed querelam praeteritorum die-
rum sustulit oratio consulum, qui ita locuti sunt ut magis exoptatae
Kalendae quam serae esse uideantur. atque ut oratio consulum animum
15 meum erexit spemque attulit non modo salutis conseruandae uerum etiam
dignitatis pristinae recuperandae, sic me perturbasset eius sententia qui
primus rogatus est, nisi uestrae uirtuti constantiaeque confiderem. hic 2
enim dies uobis, patres conscripti, inluxit, haec potestas data est ut
quantum uirtutis, quantum constantiae, quantum grauitatis in huius
20 ordinis consilio esset, populo Romano declarare possetis.

Recordamini qui dies nudius tertius decimus fuerit, quantus consensus
uestrum, quanta uirtus, quanta constantia; quantam sitis a populo Ro-
mano laudem, quantam gloriam, quantam gratiam consecuti. atque illo
die, patres conscripti, ea constituistis ut uobis iam nihil sit integrum nisi

21 (*cf. etiam p. 76, 6*) *Charis. Gramm. I 207, 20* nudius tertius decimus

1 cura] cum **D** | niti **V**; *cf. Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 139 et app. ad 2, 23* || 5 hoc M.] m. hoc **D**; *de M. Seruilio cf. Sh. B. Att. III 264* || *post Phil. IV exitum def.* **c** || 8 his *om.* **D**; *cf. tamen Long 561* || 10 expectant **nstv** || 11 nos] non **D** || 12 non uocabamur] no uocabamur **V** conuocabamur **bnsv** uocabamur **t** *corr. Manutius* || 13 exoptent **bnsv** || 18 enim *om.* **Cus.** | dies uobis **VCus.** uobis dies **bnst** dies *om.* **v** | haec . . . est *del. Cobet* || 21 quis **V** | unde quantus **Cus.** || 22 uester *Reid; cf. tamen Ernesti 1429 et app. ad 4, 1* | quantam] quanta **Cus.** | sitis a] sit ista **VCus.** sint a **bt** || 23 quantam² **VCus.** *om.* **D** || 23–24 atque . . . constituistis] quo die constituistis **Cus.** || 24 iam nihil **VCus.** nihil iam **b** nihil tam **nstv**

3 aut honesta pax aut bellum necessarium. pacem uolt M. Antonius? arma deponat, roget, deprecetur. neminem aequiorem reperiet quam me cui, dum se ciuibus impiis commendat, inimicus quam amicus esse maluit. nihil est profecto quod possit dari bellum gerenti; erit fortasse aliquid quod concedi possit roganti; legatos uero ad eum mittere de quo grauissi- 5 mum et seuerissimum iudicium nudius tertius decimus feceritis, non iam 2 leuitatis est, sed, ut quod sentio dicam, dementiae. primum duces eos laudauistis qui contra illum bellum priuato consilio suscepissent; deinde milites ueteranos qui, cum ab Antonio in colonias essent deducti, illius 4 beneficio libertatem populi Romani anteposuerunt. quid? legio Martia: 10 quid? quarta, cur laudantur? si enim consulem suum reliquerunt, uituperandae sunt; si inimicum rei publicae, iure laudantur. atqui cum consules nondum haberetis, decreuistis ut et de praemiis militum et de honoribus imperatorum primo quoque tempore referretur. placet eodem tempore praemia constituere eis qui contra Antonium arma ceperint et 15 legatos ad Antonium mittere? ut iam pudendum sit honestiora decreta esse legionum quam senatus: si quidem legiones decreuerunt senatum defendere contra Antonium, senatus decernit legatos ad Antonium. utrum 5 hoc est confirmare militum animos an debilitare uirtutem? hoc dies duodecim profecerunt ut, quem nemo praeter Cotylam inuentus sit qui de- 20 fenderet, is habeat iam patronos etiam consularis? qui utinam omnes ante me sententiam rogarentur — quamquam suspicor quid dicturi sint quidam eorum, qui post me rogabuntur —, facilius contra dicerem si quid uideretur. est enim opinio decreturum aliquem M. Antonio illam ultimam Galliam quam Plancus obtinet. quid est aliud omnia ad bellum 25 ciuile hosti arma largiri, primum neruos belli, pecuniam infinitam qua nunc eget, deinde equitatum quantum uelit? equitatum dico? dubitabit, credo, gentis barbaras secum adducere. hoc qui non uidet, excors, qui 6 cum uidet decernit, impius. tu ciuem sceleratum et perditum Gallorum et Germanorum pecunia, peditatu, equitatu, copiis instrues? nullae istae 30

2 ponat **D** || 2.3 aequiorem me (me aequiorem **v**) reperiet quanquam dum **nsv** aequiorem reperiet quam qui dum **t** || 3 esse quam amicus maluit **D** (*sed de clausula hypodochmiaca cf. Fraenkel Les. 16*) maluerit *numeri causa coni. Clark dub. in app.; cf. tamen Zielinski Claus. 138* || 4 dari possit **D** || 6 et seuerissimum *om.* **D**, *prob. Ernesti 1430* || 11 laudatur **V** || 12 cum *om.* **nv** || 13 ut et de] ut et **V** ut de *Halm* || 15 tempore] die **D**, *prob. Schöll 27; cf. tamen 4, 4* || 17 legionum . . . quidem *om.* **V**[1] (*add.* **V**[2]); *cf. Clark Desc. 186 sq.* || 18 contra m. antonium **bnsv** || 20 Cotylam] cotyian cotyonem **V** (an *post* cotyian *add.* **V**[2]) cotylonem **b** cotylam eam (iam **n**[2]) **ns** cotilone significat curionem **t** catyla meam **v** Cotylam tum *Ferrarius* Cotylam ante *Stangl* (*cf. tamen Schöll 27*), *corr. Poggius;* Cotylonem *probb. King-Clark 89 coll. Plut. Ant. 18 Κοτύλωνα; cf. tamen 8, 24. 28; 13, 26; Sternkopf I 116; ThLL Onom. II 677, 60 sqq.* || 22 sunt **D** || 24 M. *om.* **Vb** || 26 hostilia **nstv** || 29 est *post* impius *add. Lambinus, ante* impius *Schöll, praeeunte Zielinski Claus. 214; de clausula hypodochmiaca cf. Fraenkel Les. 16* || 30 exercitu (exercitum s) pecunia **D** | instrueres **V**

excusationes sunt: 'meus amicus est.' sit patriae prius. 'meus cognatus.'
an potest cognatio propior ulla esse quam patriae in qua parentes etiam
continentur? 'mihi pecuniam tribuit.' cupio uidere qui ⟨i⟩d audeat di-
cere. quid autem agatur cum aperuero, facile erit statuere quam senten-
5 tiam dicatis aut quam sequamini.

Agitur utrum M. Antonio facultas detur opprimendae rei publicae, **3**
caedis faciendae bonorum, urbis, [eruendorum] agrorum suis latronibus
condonandi, populi Romani seruitute opprimendi, an horum ei facere
nihil liceat. dubitate quid agatis. 'at non cadunt haec in Antonium.' hoc 7
10 ne Cotyla quidem dicere auderet. quid enim in eum non cadit qui, cuius
acta se defendere dicit, eius eas leges peruertit quas maxime laudare
poteramus? ille paludes siccare uoluit; hic omnem Italiam moderato
homini, L. Antonio, diuidendam dedit. quid? hanc legem populus Roma-
nus accepit? quid? per auspicia ferri potuit? sed augur uerecundus sine
15 conlegis de auspiciis! quamquam illa auspicia non egent interpretatione;
Ioue enim tonante cum populo agi non esse fas quis ignorat? tribuni ple-
bis tulerunt de prouinciis contra acta C. Caesaris: ille biennium, hic sex-
ennium. etiam hanc legem populus Romanus accepit? quid? promulgata
fuit? quid? non ante lata quam scripta est? quid? non ante factum uidi-
20 mus quam futurum quisquam est suspicatus? ubi lex Caecilia et Didia, 8
ubi promulgatio trinum nundinum, ubi poena recenti lege Iunia et Lici-
nia? possuntne hae leges esse ratae sine interitu legum reliquarum? eccui
potestas in forum insinuandi fuit? quae porro illa tonitrua, quae tempes-
tas! ut, si auspicia M. Antonium non mouerent, sustinere tamen eum ac

1 meus prius **nv** plus meus **t** || 2 ulla propior **D** || 3 attribuit **D**; *cf. tamen King-Clark 90* | qui id] quid **Vbntv** qui **s** *corr.* ς | audiat **V**^{1} (*corr.* **V**^{2}) || 6 M. *om.* **bs** || 7 urbis eruendorum agrorum **V**^{2} *in ras.* eripiendorum urbis agrorum **bntv** diripiendorum urbis agrorum **s** urbis diripiendae, agrorum *Faernus* (*prob. Madvig Fin. 112*) urbis diuidundae, agrorum *Halm* urbis, distribuendorum agrorum *Lutz* urbis, fruendorum agrorum *Sydow; corr. Clark, Cl. R. 14, 1900, 405* (*cf. etiam King-Clark 90*), *qui 13, 42. 47 confert; quod adtinet ad locutionem* agrorum condonandi *cf. K.-St. I 745, H.-Sz. 375* || 8 populum romanum **Vt** rem publicam **bnsv** *corr. Manutius; cf. C. F. W. Müller CXII* || 8, 9 nihil facere ei **nv** ei nihil facere **s** || 9 at] an **D** (*corr.* **b**^{2}) | non *om.* **nsv** || 10 catulo **V** cotylo **bnst** coylo **v** *corr. ed. Romana* | enim autem **V** | cuius] cum eius **D** || 11 eas *om.* **nsv** || 12 immoderato *Lambinus* || 13 qui **bs** || 14 sed] silet *Madvig Adu. III 153* || 15 uideat *post* conlegis *add. Fritsch* decernit *add. Sternkopf dub.* securus est *add. Schöll* agit *add. Wuilleumier* (*fort. recte: cf. 2, 88, Dom. 40, Nat. deor. 1, 14, Fam. 1, 9, 7, Liu. 10, 40, 9, Seru. pl. ad Verg. Aen. 3, 265*); *recte tamen tradita interpretantur King-Clark 91* | interpretatione augurum **D** || 17 C. *om.* **D** | ille biennii iste (ille **t**) sexennii **D**; *cf. King 145* | hi sexennium *Zumpt* hic quinquennium *Schmidt* (*cf. 8, 27; Att. 15, 11, 4*) ille sexennium *Zielinski; de clausula cf. Fraenkel Les. 196; de re cf. Sternkopf I 63* || 18 num (non **b**) etiam **D** || 19 quid^2 *om.* **D** | uidemus **D** || 21 poenae **D** || 22 haec **V**^{1} (*corr.* **V**^{2}) | ratae esse **D** || 23 introeundi **D**; *cf. tamen Schöll 27 et de uerbali uoce* insinuo *cum ui reflexiua usurpata Lebreton 168* || 24 ut] aut **D** | tamen eum ac ferre] me non afferre **nstv** me num auferre **b**

ferre posse tempestatis, imbris ac turbinum mirum uideretur.
quam legem igitur se augur dicit tulisse non modo tonante Ioue sed prope
caelesti clamore prohibente, hanc dubitabit contra auspicia latam con-
9 fiteri? quid? quod cum eo conlega tulit quem ipse fecit sua nuntiatione
4 uitiosum, nihilne ad auspicia bonus augur pertinere arbitratus est? sed 5
auspiciorum nos fortasse erimus interpretes qui sumus eius conlegae:
num ergo etiam armorum interpretes quaerimus? primum omnes fori
aditus ita saepti ut, etiam si nemo obstaret armatus, tamen nisi saeptis
reuolsis introiri in forum nullo modo posset; sic uero erant disposita prae-
sidia ut quo modo hostium aditus urbe prohibentur castellis et operibus, 10
ita ab ingressione fori populum tribunosque plebis propulsari uideres.
10 quibus de causis eas leges quas M. Antonius tulisse dicitur omnis censeo
per uim et contra auspicia latas eisque legibus populum non teneri. si
quam legem de actis Caesaris confirmandis deue dictatura in perpetuum
tollenda deue coloniis in agros deducendis tulisse M. Antonius dicitur, 15
easdem leges de integro ut populum teneant saluis auspiciis ferri placet.
quamuis enim res bonas uitiose per uimque tulerit, tamen eae leges non
sunt habendae, omnisque audacia gladiatoris amentis auctoritate nostra
repudianda est.

11 Illa uero dissipatio pecuniae publicae ferenda nullo modo est per quam 20
sestertium septiens miliens falsis perscriptionibus donationibusque auer-
tit, ut portenti simile uideatur tantam pecuniam populi Romani tam
breui tempore perire potuisse. quid? illi immanes quaestus ferendine
quos M. Antoni tota exhausit domus? decreta falsa uendebat, regna,
ciuitates, immunitates in aes accepta pecunia iubebat incidi. haec se ex 25
commentariis C. Caesaris, quorum ipse auctor erat, agere dicebat. cale-
bant in interiore aedium parte totius rei publicae nundinae; mulier sibi
felicior quam uiris auctionem prouinciarum regnorumque faciebat; resti-
tuebantur exsules quasi lege sine lege; quae nisi auctoritate senatus re-

1 tempestatis *del. Madvig* | ac *del. Wesenberg, probb. King-Clark 91sq.; cf. tamen Pasoli, Ciceroniana 2, 1960, 151* || 3 dubitauit **bv** || 4 eo *om.* **V** || 5 arbitratus est pertinere **nstv** || 7 ergo *om.* **nsv** || 9 introire **V** || 10 aditus hostium **nsv** | urbe *om.* **D** | ita *ante* castellis **VD** *post* operibus *transt.* **n**^{2} (*prob. Madvig Adu. III 154*) castellis et operibus *del. Lutz; de nexu* quo modo . . . ita *cf. K.-St. II 449* || 13 eisque] suisque **D** | populum legibus *Zielinski* || 15 colonis **Vb**^{1}**tv**^{1} (*corr.* **b**^{2}**v**^{2})*; cf. tamen Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 139* | agos **V** agro **b** agrum **nstv** *corr. Poggius* | tulisse] lucidissime **nstv** || 16 ferre **bn** || 17 enim res] ergo leges **D** | eae] ae **V** he **b** aeae **s** a **t** esse **v***; cf. Lebreton 29* | non *om.* **bnst** || 21 sestertium *om.* **D** | uertit **D***;* auertit *deff. King-Clark 92 coll. Cic. Verr. 2, 3, 49* || 23 potuisse K. **V** || 24 tot ⟨un⟩a exhausit *Halm in app.* (una *coni. iam Ernesti;* tot *post* illi *transt. Clark, Cl. R. 14, 1900, 405, coll. Cic. Rosc. Amer. 118, Dom. 56*) tota ex ⟨re p.⟩ hausit *uel* toto ex ⟨orbe terrarum⟩ hausit *Pluygers; tradita deff. Wernsdorf II 108* („tota *habet bonum sensum, ut sit i. q.* domus per omnes partes“), *Schöll 28* || 26 C. *om.* **D** | calebant *om.* **D** || 28 uiris *om.* **ns**

scinduntur, quoniam ingressi in spem rei publicae recuperandae sumus,
imago nulla liberae ciuitatis relinquetur. neque solum commentariis 12
commenticiis chirographisque uenalibus innumerabilis pecunia congesta
in illam domum est, cum, quae uendebat Antonius, ea se ex actis Caesaris
5 agere diceret, sed senatus etiam consulta pecunia accepta falsa referebat;
syngraphae obsignabantur; senatus consulta numquam facta ad aerarium deferebantur. huius turpitudinis testes erant etiam exterae nationes.
oedera interea facta, regna data, populi prouinciaeque liberatae, ipsarumque rerum falsae tabulae gemente populo Romano toto Capitolio
10 figebantur. quibus rebus tanta pecunia una in domo coaceruata est ut,
si hoc genus † pene in unum † redigatur, non sit pecunia rei publicae
defutura.

Legem etiam iudiciariam tulit, homo castus atque integer, iudiciorum 5
et iuris auctor. in quo nos fefellit. antesignanos et manipularis et Alaudas
15 iudices se constituisse dicebat; at ille legit aleatores, legit exsules, legit
Graecos — o consessum iudicum praeclarum! o dignitatem consili admirandam! auet animus apud consilium illud pro reo dicere —, Cydam 13
Cretensem, portentum insulae, hominem audacissimum et perditissimum.
sed facite non esse: num Latine scit? num est ex iudicum genere et forma?
20 num, quod maximum est, leges nostras moresue nouit? num denique homines? est enim Creta uobis notior quam Roma Cydae. dilectus autem et
notatio iudicum etiam in nostris ciuibus haberi solet; Cortynium uero
iudicem quis nouit aut quis nosse potuit? nam Lysiaden Atheniensem
plerique nouimus; est enim Phaedri, philosophi nobilis, filius, homo
25 praeterea festiuus, ut ei cum Curio consessore eodemque conlusore facillime possit conuenire. quaero igitur, si Lysiades citatus iudex non respon- 14

3–4 *Arus. Gramm. VII 461, 15* pecunia . . . domum

4 cum *om.* **V** || **4–7** ex . . . diceret] ex caesare diceret **D** || **6** numquam] tamquam **D** || **7** referebantur **D** || **8** ipsarumque] earaumque **D** || **10** unam in domo **V** *unde* unam in domum *coni. Garatoni, prob. Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 139: cf. tamen Cic. Rosc. Amer. 133, Schöll 28* || **11** pene **V** *om.* **D** pecuniae *Ursinus* (*cf. Cic. Verr. 2, 2, 141; 3, 223; Font. 2; Pis. 90*) rapinae *Kayser* omne *Conington* (*cf. King 148*) praedae *Clark dub. in app.; cf. Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 139, Schöll 28* | in unum **Vbsnv** unus **t** in aerarium *Orelli* in publicum *Ernesti* in usum p. R. *Sternkopf* (*sed cf. Schöll 28*) in fiscum *Lutz* (*coll. Tac. Ann. 4, 72*) uniuersum *uel* iure *Clark* (*cf. Cl. R. 14, 1900, 405; Desc. 196*) || **13** is legem **D**, *prob. Ernesti 1434* || **14** et[3] *del. Cobet* ex Alaudis *coni. Clark dub. in app.; cf. tamen Schöll 28 adn. 2* || **16** consensum **bnsv** || **16–17** — o consessum . . . dicere —, Cydam *sic dist. Kayser* || **17** auet] pauet **D**; *cf. Reid, Hermath. 12, 1903, 155, Sh. B. Att. VI 254* | illud consilium **D** | amo *post* Cydam *add. Clark* || **19** faci **V** fac ita **bnt** facetus **s** faciat **v** fac *Faernus, corr. Sternkopf* (*coll. 12, 29*) || **20** quod maximum est *om.* **D** || **21** uobis creta **bnsv** || **23** si lisiadem **ns** siadem **t** || **24** homo] quo nemo **bnsv** o nemo **t** || **25** m. curio **D** M'. Curio *Lambinus; cf. tamen 8, 27, ubi sine praenomine* Curius *nominatur* | eodem et collusore **bnv** et collusore eodem **t**

derit excuseturque Areopagites esse nec debere eodem tempore Romae et
Athenis res iudicare, accipietne excusationem is qui quaestioni praeerit
Graeculi iudicis, modo palliati, modo togati? an Atheniensium antiquissi-
mas leges negleget? qui porro ille consessus, di boni! Cretensis iudex isque
nequissimus. quem ad modum ad hunc reus adleget, quo modo accedat? 5
dura natio est. at Athenienses misericordes. puto ne Curium quidem esse
crudelem qui periculum fortunae cotidie facit. sunt item lecti iudices qui
fortasse excusabuntur; habent enim legitimam excusationem, exsili
15 causa solum uertisse nec esse postea restitutos. hos ille demens iudices
legisset, horum nomina ad aerarium detulisset, his magnam partem rei 10
6 publicae credidisset, si ullam speciem rei publicae cogitauisset? atque ego
de notis iudicibus dixi; quos minus nostis nolui nominare: saltatores,
citharistas, totum denique comissationis Antonianae chorum in tertiam
decuriam iudicum scitote esse coniectum. em causam cur lex tam egregia
tamque praeclara maximo imbri, tempestate, uentis, procellis, turbini- 15
bus, inter fulmina et tonitrua ferretur, ut eos iudices haberemus quos
hospites habere nemo uelit. scelerum magnitudo, conscientia malefi-
ciorum, direptio eius pecuniae cuius ratio in aede Opis confecta est hanc
tertiam decuriam excogitauit; nec ante turpes iudices quaesiti quam ho-
16 nestis iudicibus nocentium salus desperata est. sed illud os, illam impuri- 20
tatem caeni fuisse ut hos iudices legere auderet! quorum lectione duplex
imprimeretur rei publicae dedecus: unum, quod tam turpes iudices es-
sent; alterum, quod patefactum cognitumque esset quam multos in ciui-
tate turpis haberemus. hanc ergo et reliquas eius modi leges, etiam si
sine ui saluis auspiciis essent rogatae, censerem tamen abrogandas: nunc 25
uero cur abrogandas censeam, quas iudico non rogatas?

17 An illa non grauissimis ignominiis monumentisque huius ordinis ad
posteritatis memoriam sunt notanda, quod unus M. Antonius in hac urbe
post conditam urbem palam secum habuerit armatos? quod neque reges
nostri fecerunt neque ei qui regibus exactis regnum occupare uoluerunt. 30
Cinnam memini; uidi Sullam; modo Caesarem: hi enim tres post ciui-

4 consensus **bv** || 5 quem ad modum] que **bt** quem **nsv**; *cf. King-Clark 94, Sh. B. Att. II 143* | hunc] hoc **nsv** || 6 at *om.* **V** | curiam **D** || 7 cotidie periculum fortunae **D** | facti **V** faciat **s**; *cf. Zielinski Claus. 214* || 8 ex illa **nstv** || 14 collectum **nstv** | em causam **VCus.** haec causa **D** en causam *Lambinus; cf. tamen K.-St. I 273, Fraenkel Kl. Beitr. II 76 sq.* || 16 feretur **VCus.** || 16, 17 quos hospites **VCus.** quos socius ad epulas hospites **D**, *ubi — ut recte monet Ernesti 1435 —* „socii ad epulas *sunt e glossa hominis, qui* hospites *non bene latine intelligebat*" || 21 fuisse] fecissent **D**; fuisse *deff. King-Clark 95 coll. Cic. Fam. 14, 1, 1* || 22 imprimeret **bntv** imprimeretur **s** || 23 cognitumque *om.* **D** || 24 hanc ego **b**; *cf. tamen K.-St. II 140, Hand Turs. II 444* | huius modi **D** || 25 ui *om.* **V** || 27 ad *om.* **V** || 29 post conditam urbem *hic om.* **D** (*cf. tamen app. ad* armatos) | habuit **bntv**; *cf. Zielinski Claus. 214* | armatos si post conditam urbem **D** || 30 nostri *om.* **D**

tatem a L. Bruto liberatam plus potuerunt quam uniuersa res publica.
non possum adfirmare nullis telis eos stipatos fuisse; hoc dico: nec multis
et occultis. at hanc pestem agmen armatorum sequebatur: Crassicius, 18
Mustela, Tiro, gladios ostentantes, sui similes greges ducebant per forum;
5 certum agminis locum tenebant barbari sagittarii. cum autem erat uen-
tum ad aedem Concordiae, gradus complebantur, lecticae conlocabantur,
non quo ille scuta occulta esse uellet, sed ne familiares, si scuta ipsi ferrent,
laborarent. illud uero taeterrimum non modo aspectu sed etiam auditu, in 7
cella Concordiae conlocari armatos, latrones, sicarios; de templo carce-
10 rem fieri; opertis ualuis Concordiae, cum inter subsellia senatus uersaren-
tur latrones, patres conscriptos sententias dicere. huc nisi uenirem [etiam] 19
Kalendis Septembribus, fabros se missurum et domum meam disturba-
turum esse dixit. magna res, credo, agebatur: de supplicatione referebat.
ueni postridie: ipse non uenit. locutus sum de re publica, minus equidem
15 libere quam mea consuetudo, liberius tamen quam periculi minae postu-
labant. at ille homo uehemens et uiolentus, qui hanc consuetudinem libere
dicendi excluderet — fecerat enim hoc idem maxima cum laude L. Piso
XXX diebus ante — inimicitias mihi denuntiauit; adesse in senatum
iussit a. d. XIII Kalendas Octobris. ipse interea XVII dies de me in Ti-
20 burtino Scipionis declamitauit, sitim quaerens; haec enim ei causa esse
declamandi solet. cum is dies quo me adesse iusserat uenisset, tum uero 20
agmine quadrato in aedem Concordiae uenit atque in me absentem ora-
tionem ex ore impurissimo euomuit. quo die, si per amicos mihi cupienti
in senatum uenire licuisset, caedis initium fecisset a me; sic enim statue-
25 rat; cum autem semel gladium scelere imbuisset, nulla res ei finem cae-
dendi nisi defetigatio et satietas attulisset. etenim aderat Lucius frater,
gladiator Asiaticus, qui myrmillo Mylasis depugnarat; sanguinem nostrum
sitiebat, suum in illa gladiatoria pugna multum profuderat. hic pecunias
uestras aestimabat; possessiones notabat et urbanas et rusticas; huius
30 mendicitas auiditate coniuncta in fortunas nostras imminebat; diuidebat
agros quibus et quos uolebat; nullus aditus erat priuato, nulla aequitatis

3 at] ad **V** *om.* **D** *corr.* ς | cassius **V** (*prob. King 151*) cassinus **b**[1] classicius **nstv** *corr.* **b**[2]*; cf. 13, 3* Crassicium, Tironem, Mustelam || 7 non quod *Lambinus* || 8 non modo auditus (aditu, *postea in mg.* auditu **Cus.**) sed etiam aspectu **VCus.** auditu non modo aspectu **D** *corr. Schütz; cf. 2, 63, King-Clark 96* || 9 de **VCus.** e **D***; cf. tamen K.-St. I 18. 499* || 10 apertis **Cus.** || 11 patres conscriptos *om.* **V**[1] (*add.* **V**[2]) | etiam *post* huc *hab.* **D** *ante* fabros *transt. Halm* (*prob. Clark, qui* Kal. Sept. *del. dub. in app.*), *del. Lutz, praeeunte Kayser; tradita def. Sternkopf I 70; cf. 1, 12* || 13 referebatur **nsv** ferebat **V**[2] || 15 quam[1]] quod **V** | pericula **D** | expostulabant **bt** || 18 ante me **D***; cf. tamen Ernesti 1436* | in senatu **D** || 19 a. d.] ad **D** *om.* **V** *corr.* ς | diebus **V** (*prob. Lutz 74, fort. recte*) dies ut digestio potius quam declamatio uideretur **nstv***; cf. King-Clark 96* || 21 adesse] ad **V** || 22 in me] hinc ille in me **Cus.** || 23 ex **VCus.** *om.* **D** || 26 nisi *om.* **n**[1] (*add.* **n**[2])**sv** || 28 in *om.* **nstv** || 30 auiditati *ed. Iuntina; sed cf. 3, 35*

deprecatio. tantum quisque habebat possessor quantum reliquerat diuisor Antonius. (21) quae quamquam, si leges inritas feceritis, rata esse non possunt, tamen separatim suo nomine notanda censeo, iudicandumque nullos VII uiros fuisse, nihil placere ratum esse quod ab eis actum diceretur.

8 M. uero Antonium quis est qui ciuem possit iudicare potius quam taeterrimum et crudelissimum hostem, qui pro aede Castoris sedens audiente populo Romano dixerit nisi uictorem uicturum neminem? num putatis, patres conscripti, dixisse eum minacius quam facturum fuisse? quid uero quod in contione dicere ausus est, se, cum magistratu abisset, ad urbem futurum cum exercitu, introiturum ⟨et exiturum⟩ quotienscumque uellet, (22) quid erat aliud nisi denuntiare populo Romano seruitutem? quod autem eius iter Brundisium, quae festinatio, quae spes, nisi ad urbem uel in urbem potius exercitum maximum adduceret? qui autem dilectus centurionum, quae effrenatio impotentis animi! cum eius promissis legiones fortissimae reclamassent, domum ad se uenire iussit centuriones quos bene sentire de re publica cognouerat eosque ante pedes suos uxorisque suae, quam secum grauis imperator ad exercitum duxerat, iugulari coegit. quo animo hunc futurum fuisse censetis in nos quos oderat, cum in eos quos numquam uiderat tam crudelis fuisset, et quam auidum in pecuniis locupletium qui pauperum sanguinem concupisset? quorum ipsorum bona, quantacumque erant, statim suis comitibus compotoribusque discripsit. (23) atque ille furens infesta iam patriae signa a Brundisio inferebat, cum C. Caesar deorum immortalium beneficio, diuina animi, ingeni, consili magnitudine, quamquam sua sponte eximiaque uirtute, tamen approbatione auctoritatis meae colonias patrias adiit, ueteranos milites conuocauit, paucis diebus exercitum fecit, incitatos latronum impetus retardauit. postea uero quam legio Martia ducem praestantissimum uidit, nihil egit aliud nisi ut aliquando liberi essemus; quam est imitata quarta

1 quisque . . . reliquerat diuisor] quisquerat diuisor **bnt** quisque diuisor erat **s** quisquis erat diuisor **v** || 4 quod] quod elegissent aut quod **D**, *fort. recte* | dicetur *Madvig Adu. III 154; cf. Zielinski Claus. 214* || 8 non **V** || 9 futurum **nt** || 10 magistratus V^1 (*corr.* V^2) **bntv** || 11 futurum] uenturum **nstv** | *add. Cobet coll. 3, 27* in concione dixerat se custodem fore urbis seque . . . ad urbem exercitum habiturum . . . et quidem se introiturum in urbem dixit exiturumque cum uellet; *uerba* et exiturum *propter ὁμοιοτέλευτον exciderunt* || 13 iter eius **stv** | nisi ut ad **bnsv**; *cf. tamen King-Clark 97* || 13. 14 uel in urbe **b** *om.* **nsv** || 16 clamassent **V**; *cf. King-Clark 97* || 17 de re publica sentire **D** || 18 coegit *del. Cobet; de structura cf. K.-St. I 694* || 19 quo] quam V^1 (*corr.* V^2) quonam *Halm* || 20–21 et . . . concupisset *om.* **nsv** || 21 locupletum **bt** || 22 descripsit **Vbnst** describit **v** *corr. Buecheler; cf. Cic. Flacc. 32* || 23 a *om.* **D**; *cf. tamen K.-St. I 477* || 23. 24 cum C.] contra quem **Cus.** || 24 C. *om.* **D** | diuini **VCus.nstv** || 25 quamquam **VCus.** quam **D** || 26 patrias **VCus.** patris **D** | adit V^1 (*corr.* V^2) **Cus.** || 27 confecit *Lambinus; cf. 4, 3; 5, 43. 44 at uide infra § 44* | latronum **VCus.** latronis (laconis **t**) **D** || 29 imitata est *Clark dub. in app.*

legio. quo ille nuntio audito cum senatum uocasset adhibuissetque con- **9**
sularem qui sua sententia C. Caesarem hostem iudicaret, repente conci-
dit. post autem neque sacrificiis sollemnibus factis neque uotis nuncupa- **24**
tis non profectus est, sed profugit paludatus. at quo? in prouinciam fir-
5 missimorum et fortissimorum ciuium qui illum, ne si ita quidem uenisset
ut nullum bellum inferret, ferre potuissent, impotentem, iracundum, con-
tumeliosum, superbum, semper poscentem, semper rapientem, semper
ebrium. at ille cuius ne pacatam quidem nequitiam quisquam ferre posset
bellum intulit prouinciae Galliae; circumsedet Mutinam, firmissimam et
10 splendidissimam populi Romani coloniam; oppugnat D. Brutum, im-
peratorem, consulem designatum, ciuem non sibi, sed nobis et rei publi-
cae natum. ergo Hannibal hostis, ciuis Antonius? quid ille fecit hostiliter **25**
quod hic non aut fecerit aut faciat aut moliatur et cogitet? totum iter
Antoniorum quid habuit nisi depopulationes, uastationes, caedis, rapi-
15 nas? quas non faciebat Hannibal, quia multa ad usum suum reseruabat:
at hi, qui in horam uiuerent, non modo de fortunis et de bonis ciuium, sed
ne de utilitate quidem sua cogitauerunt.

Ad hunc, di boni! legatos mitti placet? norunt isti homines formam
rei publicae, iura belli, exempla maiorum, cogitant quid populi Romani
20 maiestas, quid senatus seueritas postulet? legatos decernis? si, ut depre-
cere[s], contemnet; si, ut imperes, non audiet; denique quamuis seuera
legatis mandata dederimus, nomen ipsum legatorum hunc quem uidemus
populi Romani restinguet ardorem, municipiorum atque Italiae franget
animos. ut omittam haec quae magna sunt, certe ista legatio moram et
25 tarditatem adferet bello. quamuis dicant quod quosdam audio dicturos: **26**
'legati proficiscantur: bellum nihilo minus paretur', tamen legatorum no-
men ipsum et animos hominum et belli celeritatem morabitur. minimis **10**
momentis, patres conscripti, maximae inclinationes temporum fiunt, cum
in omni casu rei publicae tum in bello et maxime ciuili quod opinione
30 plerumque et fama gubernatur. nemo quaeret quibuscum mandatis le-
gatos miserimus: nomen ipsum legationis ultro missae timoris esse si-
gnum uidebitur. recedat a Mutina, desinat oppugnare Brutum, decedat
ex Gallia; non est uerbis rogandus, cogendus est armis.

4 sed] et **sv** || 5 et fortissimorum *om.* **V**^{1} (*add.* **V**^{2})*; cf. 3, 38* || 6 inferret ferre] inferre **V** | o impotentem **Cus.** || 9 circum sede **V**^{1} circumsedit **DV**^{2} *corr. Faernus* || 11 rei publicae] p. r. **D** || 13 aut^3 *om.* **V** || 14 antonii **DV**^{2} || 15 quas] quae **bnst** quem **v**; quae *prob. Lutz 21: cf. tamen King-Clark 98* | quia] qua **V**^{1} quam **V**^{2} qui *Cobet* | suum *om.* **D** || 16 at hi] haec **V** et hii **b** haec hi **nsv** haec ii **t** (*prob. Lutz 21*) *corr. Naugerius; cf. King-Clark 98* | uiuent **V** | et bonis **bntv** || 18 famam **b** || 20 decernitis **bnsV**^{2} cernitis **t** | depreceres **V**^{1} deprecentur **bs**^{1} deprecetur **nv** depreceris **V**^{2} deprecemur **s**^{2} || 21 imperetis **D** || 22 uidimus **D** || 25 caritatem **V**^{1} (*corr.* **V**^{2}) || 27 hominum] molliet **D** (*fort. recte*) hominum molliet *Graeuius* || 30 quaerit **V** || 33 est^2] et **V**^{1} est et **Cus.V**^{2}

27 Non enim ad Hannibalem mittimus ut a Sagunto recedat, ad quem miserat olim senatus P. Valerium Flaccum et Q. Baebium Tampilum — qui, si Hannibal non pareret, Carthaginem ire iussi sunt: nostros quo iubemus ire, si non paruerit Antonius? —, ad nostrum ciuem mittimus, ne imperatorem, ne coloniam populi Romani oppugnet. itane uero? hoc per 5 legatos rogandum est? quid interest, per deos immortalis, utrum hanc urbem oppugnet an huius urbis propugnaculum, coloniam populi Romani praesidi causa conlocatam? belli Punici secundi quod contra maiores nostros Hannibal gessit causa fuit Sagunti oppugnatio. recte ad eum legati missi: mittebantur ad Poenum, mittebantur pro Hannibalis hosti- 10 bus, nostris sociis. quid simile tandem? nos ad ciuem mittimus ne imperatorem populi Romani, ne exercitum, ne coloniam circumsedeat, ne oppugnet, ne agros depopuletur, ne sit hostis?

11
28 Age, si paruerit, hoc ciui uti aut uolumus aut possumus? ante diem XIII Kalendas Ianuarias decretis uestris eum concidistis; constituistis 15 ut haec ad uos Kalendis Ianuariis referrentur quae referri uidetis, de honoribus et praemiis bene de re publica meritorum et merentium: quorum principem iudicastis eum qui fuit C. Caesarem, qui M. Antoni impetus nefarios ab urbe in Galliam auertit, tum [deinde] milites ueteranos qui primi Caesarem secuti sunt, tum illas caelestis diuinasque le- 20 giones Martiam et quartam comproba⟨s⟩tis quibus, cum consulem suum non modo reliquissent, sed bello etiam persequerentur, honores et praemia spopondistis; eodemque die D. Bruti, praestantissimi ciuis, edicto adlato atque proposito factum eius conlaudastis, quodque ille bellum priuato consilio susceperat, id uos auctoritate publica comprobastis. 25
29 quid igitur illo die aliud egistis nisi ut hostem iudicaretis Antonium? his uestris decretis aut ille uos aequo animo aspicere poterit aut uos illum

18–19 *Arus. Gramm. VII 449, 18; Prisc. Gramm. III 277, 10–11* ab urbe M. Antonii ... auertit

2 Flaccum] anfalcum (*uel* an falcum) **D** | pamphilum **VD** Tamphilum *Sternkopf, corr. Faernus; cf. Liu. 21, 6, 8, ubi codices eundem errorem exhibent; cf. app. editionis Liuianae a Walters et Conway curatae (Oxonii 1950); uide etiam Klebs RE II (1896) 2733 sq.* || 3–4 *sic dist. Halm* || 3 qui si] quasi **sv** | iussi sunt] iusserunt **V**[1] (*corr.* **V**[2]) iussi erant *Halm* | nostros legatos **bnsv** legatos **t** || 4 iubebimus **ns**, *prob. Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 140; quod adtinet ad praes. cum fut. secundo coniunctum cf. H.-Sz. 324* | ad ... mittimus *om.* **D** || 5 coloniam] coloniamque **D** | hec per **b** per **tv** || 6 rogandus **D** || 7 coloniam **VCus.** coloniamque **D** || 10 ad hannibalem **b** pro hannibale **nsv** || 11 et sociis **nv** | mittemus **nstv** || 14 ciue **D** || 15 XIIII **nstv** || 18 iudicauistis **D** || 18.19 ab urbe M. Antonii impetus (*om.* nefarios) *Arus., Prisc.* || 19 uertit **D** auertere *Prisc.* | tum deinde **V** deinde **D** deinde *del. Halm; cf. Schöll 20 adn. 6* || 20 primum **V** | tum atque illas **V** atque illas *Halm* || 21 comprobatis **V** *om.* **D** *corr. Faernus* || 23 D. *om.* **D** || 24 conlaudatis **V** collaudauistis **D** *corr.* ς || 25 conprouatis **V** comprobauistis **D** *corr.* ς || 26 ut te **b**[1] (te *del.* **b**[2]) ut re **nst** ut uere **v** || 27 animo aequo **bntv**

sine dolore summo uidebitis? exclusit illum a re publica, distraxit, segregauit non solum scelus ipsius sed etiam, ut mihi uidetur, fortuna quaedam rei publicae. qui si legatis paruerit Romamque redierit, num ⟨um⟩quam perditis ciuibus uexillum quo concurrant defuturum putatis? sed hoc
5 minus uereor: sunt alia quae magis timeam et cogitem.

Numquam parebit ille legatis. noui hominis insaniam, adrogantiam; noui perdita consilia amicorum, quibus ille est deditus. Lucius quidem 30 frater eius, utpote qui peregre depugnarit, familiam ducit. sit per se ipse sanus, quod numquam erit: per hos esse ei tamen non licebit. teretur
10 interea tempus; belli apparatus refrigescent. unde est adhuc bellum tractum nisi ex retardatione et mora? ut primum post discessum latronis uel potius desperatam fugam libere senatus haberi potuit, semper flagitaui ut conuocaremur. quo die primum conuocati sumus, cum designati consules non adessent, ieci sententia mea maximo uestro consensu funda-
15 menta rei publicae, serius omnino quam decuit — nec enim ante potui — sed tamen si ex eo tempore dies nullus intermissus esset, bellum profecto nullum haberemus. omne malum nascens facile opprimitur: inueteratum 31 fit plerumque robustius. sed tum exspectabantur Kalendae Ianuariae, fortasse non recte. uerum praeterita omittamus: etiamne hanc moram 12
20 adferemus, dum proficiscantur legati, dum reuertantur? quorum exspectatio dubitationem belli adfert. bello autem dubio quod potest studium esse dilectus?

Quam ob rem, patres conscripti, legatorum mentionem nullam censeo faciendam; rem administrandam arbitror sine ulla mora et confestim ge-
25 rendam [censeo]; tumultum decerni, iustitium edici, saga sumi dico oportere, dilectum haberi sublatis uacationibus in urbe et in Italia praeter Galliam tota[m]. quae si erunt facta, opinio ipsa et fama nostrae seueri- 32 tatis obruet scelerati gladiatoris amentiam. sentie[n]t ⟨s⟩ibi bellum cum

2 illius **nv** || 3 num umquam] num quam **V** num quando **D** *corr. Garatoni* || 5 ob quae **bstv** | timeam et cogitem *om.* **D** || 6 insanam *Faernus* || 8 sit per se] sit spera se $\mathbf{V}^1$ si per se **bt**$\mathbf{V}^2$ || 9 teretur **V Cus.** differetur **b** feretur **nstv** || 10 tractum *om.* **D** (*probb. Ernesti 1440, Lutz 22*) tantum *coni. Cobet* (*coll. 3, 3; 8, 7*)*; cf. tamen Cic. Att. 10, 8, 2; Liu. 5, 10, 7; Vell. 2, 11, 22; King-Clark 100* || 12 libere *in ras.* $\mathbf{V}^2$ tuto *Halm in app.* (*fort. recte: cf. enim 3, 37, Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 141*) || 13 adfui ipse *post* sumus *add. Clark* (*cf. app. ad l. 14*) || 14 consensu] consensu adfuissem cum **V***; cf. Clark Desc. 189 et uide contra Schöll 20* || 15.16 potui sed] potuisset **bnst** (potui *et* **Cus.**) || 20 adferemus *om.* $\mathbf{V}^1$ (*add.* $\mathbf{V}^2$)*;* adferemus *omittendum putant King-Clark 100; cf. tamen quae recte monet de ellipsibus apud Ciceronem Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 141* || 23 mentionem] menti $\mathbf{n}^1$ (mente $\mathbf{n}^2$)**st** mentio quis non uidet quam alieno tempore nunc a uobis facta est **b** | *hinc incipit lacuna in* **D** *usque ad 6, 18* nullam*; cf. Clark Desc. 172* || 25 censeo *del. Lambinus* | indici *Poggius* || 26.27 praeter Galliam *del. Jordan; cf. tamen King-Clark 100* || 27 totam **V** togatam *Lambinus, corr. Muretus; cf. Long 574* || 28 sentienti bibellum (*ex* libellum $\mathbf{V}^2$)**V** *corr. Poggius*

re publica esse susceptum; experietur consentientis ⟨s⟩en⟨atus⟩ neruos
atque uiris; nam nun⟨c⟩ quidem partium contentionem esse dictitat.
quarum partium? alteri uicti sunt, alteri sunt e medi⟨i⟩s C. Caesari⟨s⟩
partibus; nisi forte Caesaris partis a Pansa et Hirtio consulibus et a filio
C. Caesaris oppugnari putamus. hoc uero bellum non ⟨est⟩ ex dissensione 5
partium, sed ex nefaria spe perditissimorum ciuium ex[er]citatum, quibus
bona fortunaeque nostrae notatae sunt et iam ad cuiusque opinionem
33 distributae. legi epistulam Antoni quam ad quendam VIIuirum, capitalem hominem, conlegam suum, miserat. 'quid concupiscas tu uideris:
quod concupiueris certe habebis.' em ad quem legatos mittamus, cui 10
bellum moremur inferre: qui ne sorti quidem fortunas nostras destin⟨a⟩uit, sed libidini cuiusque nos ita addixit ut ne sibi quidem quicquam integrum quod non alicui promissum iam sit reliquerit. cum hoc, patres conscripti, bello, inquam, decertandum est, idque confestim; legatorum tar-
34 ditas repudianda[s] est. quapropter ne multa nobis cotidie decernenda[s] 15
sint, consulibus totam rem publicam commendandam censeo eisque permittendum ut rem publica⟨m⟩ defendant prouide⟨a⟩ntque ne quid res
publica detrimenti accipiat, censeoque ut eis qui in exercitu M. Antoni
sunt ne sit ea res fraudi, si ante Kalendas Februarias ab eo discesserint.
haec si censuerit⟨is⟩, patres conscripti, breui tempore libertatem populi 20
Romani auctoritatemque uestram recuperabitis. si autem lenius agetis,
tamen ea[n]dem, sed fortasse serius decernetis. de re publica quoad
ret⟨t⟩ulistis satis decreuisse uideor.

13
35 Altera res est de honoribus: de quibus deinceps intellego esse dicendum. sed qui ordo in sententiis rogandis seruari solet, eundem tenebo in 25
uiris fortibus honorandis. a Bruto igitur, consule designato, more maiorum capiamus exordium. cuius ut superiora omittam, quae sunt maxima
illa quidem sed adhuc hominum magis iudiciis quam publice laudata,
quibusnam uerbis eius laudes huius ipsius temporis consequi possumus?
neque enim ullam mercedem tanta uirtus praeter hanc laudis gloriaeque 30

1 senatus] in V *corr. Poggius* || 2 nunc] num V *corr. Poggius* || 3 uicti] uicii V *corr. Poggius* | medis V *corr. Poggius* | caesari V *corr. Poggius* || 5 *add. ed. Gryph.* || 6 perdidissimorum V *corr. Poggius* | exercitatum V *corr. Poggius* || 7 nota *Poggius* | optionem *Manutius; cf. tamen Cic. Verr. 2, 1, 135* || 10 concupisceris V *corr. Poggius* | en *Lambinus; cf. tamen app. ad § 15* || 11 destinuit V *corr. Poggius* || 14 bello, bello *Naugerius* || 15 repudiandas V *corr. Poggius* | decernendas V *corr. Poggius* || 16 committendam *Poggius* || 17 rem publice V *corr. Poggius* | prouidentque V *corr. Poggius* || 17–18 prouideantque . . . accipiat *del. Kleyn* || 18 exercitu M.] exercitum V exercitu *Poggius, corr. Klotz* || 20 censuerit V *corr. Poggius* || 21 uestram] bestiarum V[1] *corr.* V[2] | sin autem *Orelli; sed cf. 3, 14* || 22 eandem V *corr. Poggius* | sero *Cobet coll. 2, 24; probb. King-Clark 101* | de rei publicae V *corr. Poggius* | quoad] quod *Faernus* qua de *Lambinus* || 23 retulistis V *corr.* ς | dixisse *Lehmann coll. §§ 35. 52. 53* || 26 more maiorum *del. Ernesti*

desiderat; qua etiam si careat, tamen sit se ipsa contenta: quamquam in
memoria gratorum ciuium tamquam in luce posita laete[n]tur. laus igi-
tur iudici testimonique nostri tribuenda Bruto est. quam ob rem his **36**
uerbis, patres conscripti, senatus consultum faciendum censeo[r]: 'cum
5 D. Brutus imperator, consul designatus, prouinciam Galliam in senatus
populique Romani potestate teneat, cumque exercitum tantum tam breui
tempore summo studio municipiorum coloniarumque prouinciae Galliae,
optime de re publica meritae merentisque, conscripserit, compararit, id
eum recte et ordine exque re publica fecisse, idque D. Bruti praestantissi-
10 mum meritum in rem publicam senatui populoque Romano gratum esse
et fore: itaque senatum populumque Romanum existimare, D. Bruti
imperatoris, consulis designati, opera, consilio, uirtute incredibilique
studio et consensu prouinciae Galliae rei publicae difficillimo tempore
esse subuentum.' huic tanto merito Bruti, patres conscripti, tantoque in **37**
15 rem publicam beneficio quis est tantus honos qui non debea[n]tur? nam
si M. Antoni[n]o patuisset Gallia, si oppres⟨s⟩is municipi⟨i⟩s et colo-
ni⟨i⟩s imparatis in illam ultimam Galliam penetrare potuisset, quantus
rei publicae terror impenderet? dubitaret, credo, homo amentissimus at-
que in omnibus consiliis praeceps et deuius non solum cum exercitu suo
20 sed etiam cum omni immanitate barbariae bellum inferre nobis, ut eius
fur⟨o⟩rem ne Alp[u]ium quidem muro cohibere possemus. haec igitur
habenda gratia est D. Bruto qui illum, nondum interposita auctoritate
uestra, suo consilio atque iudicio, non ut consulem recepit, sed ut hostem
arcuit Gallia[m] seque obsideri quam hanc urbem maluit. habeat ergo
25 huius tanti facti tamque praeclari decreto nostro testimonium sempiter-
num; Gallia[m]que quae semper praesidet atque praesedit huic imperio
libertatique communi merito uereque laudetur, quod se suasque uiris non
tradidit, sed opposuit Antonio.

14 **38** Atque etiam M. Lepido pro eius egregiis in rem publicam meritis de-
30 cernendos honores quam amplissimos censeo. semper ille populum Roma-
num liberum uoluit maximumque signum illo die dedit uoluntatis et
iudici sui, cum Antonio diadema Caesari imponente[s] se auertit gemitu-
que et maestitia declarauit quantum haberet odium seruitutis, quam po-

1 quamquam] atque *Manutius; cf. Lutz 75 sq.* | im V *corr. Poggius* || 2 laetentur V *corr. Poggius* || 4 censeor V *corr. Poggius* || 6 populusque romanus V^1 *corr.* V^2 || 10 populique romani V^1 *corr.* V^2 || 11 p. c. bruti V *corr. Poggius* || 15 debeantur V *corr. Poggius* || 16 antonino V *corr. Poggius* | Gallia] gladia V *corr. Poggius* | oppresis V *corr. Poggius* | municipis V *corr. Poggius* | colonis V *corr. Poggius* || 18 hominem amentissimum aque (adque V^2) V *corr. Poggius* || 21 furrem V^1 *corr.* V^2 | alpuium V *corr. Poggius* | hac V *corr. Poggius* || 22 D.] q. V *corr. Poggius* || 24 arguit V *corr. Poggius* | galliam V *del. Cobet, corr. Ferrarius; cf. K.-St. I 367* || 25 facti tamque] facit tamquam V *corr. Poggius* || 26 galliamque V *corr. Poggius* || 29 egregiis Cus. V^2 egregius V^1 || 29. 30 decernendis honoresque amplissimos Cus. || 30 populus romanus V *corr. Poggius* || 32 inponentes V^1 *corr.* V^2 || 33 maiestita V^1 maiestitati V^2 *corr. Poggius*

pulum Romanum liberum cuperet, quam illa quae tulerat temporum
magis necessitate quam iudicio tulisset. quanta uero is moderatione usus
sit in illo tempore ciuitatis quod post mortem Caesaris consecutum est,
quis nostrum obliuisci potest? magna haec, sed ad maiora properat ora-
39 tio. quid enim, o di immortales! admirabilius omnibus gentibus, quid 5
optatius populo Romano accidere potuit quam, cum bellum ciuile maxi-
mum esset, c[i]uius belli exitum omnes timeremus, sapientia et †iam†
id potius exsti⟨n⟩g⟨u⟩i quam armis et ferro rem in discrimen adducere?
quod si eadem ratio Caesaris[i] fuisset in illo taetro miseroque bello, ut
omittam patrem, duos Cn. Pompei, summi et singularis uiri, filios inco- 10
lumis haberemus: quibus certe pietas fraudi[s] esse non debuit. utinam
omnis M. Lepidus seruare potuisset! facturum fuisse declarauit in eo
quod potuit, cum Sex. Pompeium restituit ciuitati, maximum ornamen-
tum rei publicae, clarissimum monumentum clementiae suae. grauis illa
fortuna populi Romani, graue fatum. Pompeio enim patre, quod impe- 15
ri[o] populi Romani lumen fuit, exst[r]incto interfectus est patris simill-
40 mus filius. sed omnia mihi uidentur deorum immortalium iudicio expiata
15 Sex. Pompeio rei publicae conseruato. quam ob causam iustam atque
magnam et quod periculosissimum ciuile bellum maximumque humani-
tate et sapientia sua M. Lepidus ad pacem concordiamque conuertit, se- 20
natus consultum his uerbis censeo perscribendum: 'cum a M. Lepido im-
peratore, pontifice maximo, saepenumero res ⟨publica⟩ et bene et felici-
ter gesta sit, populusque Romanus intellexerit ei dominatum regium
maxime displicere, cumque eius opera, uirtute consilio singulari[s]que
clementia et mansuetudine bellum acerbissimum ciuile ⟨s⟩it restinctum, 25
41 Sex⟨tus⟩que Pompeius, Gnaei filius, Magnus, huius ordinis auctoritate[m]
ab armis discesserit et a M. Lepido imperatore, pontifice maximo, summa
senatus populique Romani uoluntate ciuitati restitutus sit, senatum po-
pulumque Romanum pro maximis plurimisque in rem publicam M. Le-

1 quam illa] qui illa *Muretus* || 3 consecutus **V** *corr. Poggius* || 5 enim o di immortales *om.* **Cus.** | omnibus gentibus *om.* **Cus.** || 6 populo Romano *om.* **Cus.** | cum] quim V^1 quod V^2 *corr. Poggius* || 7 ciuius **V** *corr. Poggius* | et iam **V** *del. Lambinus* et clementia (*uel* et humanitate *uel* et mansuetudine) *Halm* et misericordia *Clark* (*cf. King-Clark 103*) || 8 extigi **V** *corr. Poggius* | addecere **V** adduci *Lambinus* (*prob. Ernesti 1444*), *corr. Poggius;* adducere *def. Madvig Fin. 177, coll. Cic. Fat. 23. 46; Inu. 2, 117; Brut. 196; De orat. 2, 177; Leg. 1, 56; Off. 2, 82* || 9 caesari si **V** *corr. Poggius* || 11 fraudis **V** *corr. Poggius* || 15 imperio **V** *corr. ed. Romana* || 16 extrincto **V** *corr. Poggius; cf. Sternkopf I 85* || 17 expieta V^1 et pietate V^2 *corr. Faernus* || 19 humanitatis V^1 *corr.* V^2 || 20. 21 senatus consultum] se **V** *corr. Poggius* || 21. 22 imperator pontifex maximos saepe numeror V^1 *corr.* V^2 || 22 *add. Poggius* || 24 singularisque V^1 *corr.* V^2 || 25 ciuile it **V** *corr. Poggius* || 26 Sextusque] sexque **V** *corr. Poggius* | auctoritatem **V** *corr. Poggius* || 27 imperator V^1 *corr.* V^2 || 28 populusque romanus **V** *corr. Poggius* || 28. 29 populique romani V^1 *corr.* V^2

pidi meritis magnam spem in eius uirtute, auctoritate, felicitate re⟨ponere⟩ oti, pacis, concordiae, libertatis, eiusque in rem publicam meritorum senatum populumque Romanum memorem fore, eique statuam equestrem inauratam in rostris aut quo alio loco in foro uellet ex huius
5 ordinis sententia statui placere.' qui honos, patres conscripti, mihi maximus uidetur, primum qu⟨i⟩a iustus est; non enim solum datur propter spem temporum reliquorum sed pro amplissimis meritis redditur; nec uero cuiquam possumus commemorare hunc honorem a senatu tributum iudicio senatus soluto et libero.

10 Venio ad C. Caesarem, patres conscripti. qui nisi fuisset, quis nostrum **16** **42** esse potuisset? aduolabat ad urbem a Brundisio homo impotentissimus, arde⟨n⟩s odio, animo hostili in omnis bonos cum exercitu Antonius. quid huius audaciae et sceleri poterat opponi? nondum ullos duces habebamus, non copias; nullum erat consilium publicum, nulla libertas; dandae
15 ceruices erant crudelitati nefariae; fugam quaerebamus omnes, quae ipsa exitum non habebat. quis tum nobis, quis populo Romano obtulit hunc **43** diuinum adulescentem deus? qui, cum omnia ad perniciem nostram pestifero illi ciui paterent, subito praeter spem omnium exortus prius confecit exercitum quem furori M. Antoni opponeret quam quisquam hoc eum
20 cogitare suspicaretur. magni honores habiti Cn. Pompeio, cum esset adulescens, et quidem iure. subuenit enim rei publicae, sed aetate multo robustior et militum ducem quaerentium studio par⟨a⟩tior et in alio genere belli. non enim omnibus Sullae causa grata. declarat multitudo proscriptorum, tot municipiorum maximae c⟨a⟩lamitates. Caesar autem **44**
25 annis multis minor ueteranos cupientis iam requiescere armauit; eam complexus est causam quae esset senatui, quae populo, quae cunctae Italiae, quae dis ⟨h⟩om⟨i⟩nibusque gratissima. et Pompeius ad L. Sullae maximum imperium uictoremque exercitum accessit: Caesar se ad neminem adiunxit, ipse princeps exercitus faciendi et praesidi comparandi
30 fuit. ille [in] aduersariorum partibus agrum Picenum habuit inimicum: hic ex Antoni amicis sed amicioribus libertatis contra Antonium confecit exercitum. illius opibus Sulla regnauit: huius praesidi⟨o⟩ Antoni dominatus oppressus est. demus igitur imperium Caesari s⟨i⟩ne quo res mili- **45**

1 magna spes **Cus.** || 1–2 felicitate . . . oti *om.* **Cus.** | reponere] re **V** ponere *Clark dub. in app.* (*coll.* § *49*), *corr. Poggius* || 2 et concordiae **Cus.** | libertatisque felicitate **Cus.** || 3 populique romani **V**[1] *corr.* **V**[2] || 4 uelit *Ernesti* || 6 qua **V** *corr. Poggius* || 12 ardes **V** *corr. Poggius* | Antonius *del. Cobet, prob. Madvig Adu. III 154; cf. K.-St. II 604* || 15 creuices **V** *corr. Poggius* || 16 populi romani **V** *corr. Poggius* || 21 enim] etiam **V** *corr. ed. Romana* || 22 partior **V** paratiore *Halm, corr. Poggius; cf. Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 142, Long 578, King-Clark 104* || 24 clamitates **V** *corr. Poggius* || 27 omnibusque **V** omnibus *Poggius, corr. Faernus; cf. 8, 10* || 30 *del. Ferrarius* || 31 libertati *ed. Romana; cf. tamen K.-St. I 316* || 32 praesidi **V** *corr. Poggius* || 33 caesaris ne **V** *corr. Poggius*

taris administrari, teneri exercitus, bellum geri non potest: sit pro prae-
tore eo iure quo qui optimo. qui honos quamquam est magnus illi aetati,
tamen ad necessitatem rerum gerendarum, non solum ad ⟨d⟩i⟨g⟩nitatem
17 ualet. itaque illa quaeramus quae uix hodierno die consequemur. sed
saepe spero fore huius adulescenti⟨s⟩ [hortandi] honorandi et nobis et 5
populo Romano potestatem; hoc autem tempore ita censeo decernendum:
46 'quod C. Caesar, Gai filius, pontifex, pro praetore, summo rei publicae
tempore milites ueteranos ad libertatem populi Romani cohortatus sit
eosque conscripserit, quodque legio Martia quartaque summo studio
optimoque in rem publicam consensu C. Caesare duce et auctore rem 10
publicam, libertatem populi Romani defendant, defe⟨nde⟩rint, et quod
C. Caesar pro praetore Galliae prouinciae cum exercitu subsidio profec-
tus sit, equites, sagitt⟨ar⟩ios, elephantos in suam populique Romani
potestatem redegerit, difficillimoque rei publicae tempore saluti digni-
tatique populi Romani subuenerit, ob eas causas senatui placere, C. Cae- 15
sarem, Gai filium, pontificem, pro praetore, senatorem esse sententiam-
que loco praetorio dicere, eiusque rationem, quemcumque mag⟨istratum⟩
petet, ita haberi ut haberi per leges liceret, si anno superiore quaestor
47 fuisset.' quid est enim, patres conscripti, cur eum non quam primum am-
plissimos honores capere cupiamus? legibus enim annalibus cum gran- 20
diorem aetatem ad consulatum constituebant, adulescentiae temeritatem
uerebantur: C. Caesar ineunte aetate docuit ab excellenti eximiaque uir-
tute progressum aetatis exspectari non oportere. itaque maiores nostri
ueteres illi admodum antiqui leges annalis non habebant, quas multis
post annis attulit ambitio, ut gradus essent petitionis[i] inter aequalis. 25
ita saepe magna indoles uirtutis, prius quam rei publicae prodesse potu-
48 isset, exstincta est. at uero apud antiquos Rulli, Decii, Coruini multique

1 sit pro praetore] et pro pop. r. (*item infra*) V *corr. Faernus; cf. King-Clark 104* || 2 illa aetati V illa aetate *Graeuius, corr. Poggius* || 3 ad initatem V *corr. Poggius* || 4 uelet V *corr. Poggius* || 5 adulescenti V *corr. Poggius* | hortandi honorandi V (-que *add.* V^2) ornandi honorandique *Ferrarius* ornandi *C. F. W. Müller dub. in app.* (*cf. King-Clark 105*), *corr. Halm* || 7 re publica V *corr. Poggius* || 9 quartaque] q. quarta V atque quarta *Halm, corr. Poggius* || 10 rem publice V *corr. Poggius* || 11 deferint V^1 *corr.* V^2*; cf. K.-St. II 152; an* defenderint, defendant*? cf. enim § 53* || 13 sagittios V *corr. Poggius* | suam] suma V *corr. Poggius* || 14 salute V *corr. Poggius* || 15 senatus V *corr. Poggius* || 17 praetorio] populi r. V pr. *Poggius* quaestorio *Nipperdey, corr. Naugerius* | quemcumquem ac V *corr. Faernus* || 18 appetet V^2 appeteret *Ernesti* peteret *Schütz; de clausula cf. Fraenkel Les. 146* | ut haberi per leges] per ut haberi leges V prout haberi lege *Orelli, corr. Faernus* | quaestor] praetor *Ursinus, prob. Ernesti 1446; cf. Sternkopf I 89 sq.* || 22 eacellenti V^1 *corr.* V^2 || 24 admodum antiqui *del. Lambinus* || 25 esset *Mommsen Staatsr.* I^2 *519 adn. 2* | petitioni si inter V *corr. Poggius* | inter *del. Nipperdey* | eaqualis V *corr. Poggius* || 27 est] sunt V fuit *Poggius, corr. Faernus; de erroris origine cf. Madvig Fin. 655; cf. etiam K.-St. II 370* | Corui *Pighius; cf. tamen Sternkopf I 90; King-Clark 106*

alii, recentiore autem memoria superior Africanus, T. Flamini⟨n⟩us ad-
modum adulescentes consules facti tantas res gesserunt ut populi Romani
imperium auxeri⟨n⟩t, nomen ornarint. quid? Macedo Alexander, cum ab
ineunte aetate res maximas gerere coepisset, nonne tertio et tricesimo
5 anno mortem obiit? quae est aetas nostris legibus decem annis minor
quam consularis. ex quo iudicari potest uirtu⟨ti⟩s esse quam aetatis cur-
sum celeriorem. nam quod ei qui Caesari inuident simulant se timere, ne 48
uerendum quidem est ut tenere se possit, ut moderari, ne honoribus no-
stris elatus intemperantius suis opibus utatur. ea natura rerum est, patres 49
10 conscripti, ut qui sensum uerae gloriae ceperit quique se ab senatu, ab
equitibus Romanis populoque Romano uniuerso senserit ciuem c[l]arum
haberi salutaremque rei publicae, nihil cum hac gloria comparandum
putet. utinam C. Caesari, pa⟨t⟩ri dico, contigisset adulescenti ut esset
senatui atque optimo cuique carissimus! quod cum consequi neglexisset,
15 omnem uim ingeni, quae summa fuit in illo, in populari leuitate consump-
sit. itaque cum respectum ad senatum et ad bonos non haberet, eam sibi
uiam ipse patefecit ad opes suas amplificandas quam uirtus liberi populi
fer⟨r⟩e non posset. eius autem fili longissime diuersa ratio est: qui cum
omnibus est, tum optimo cuique carissimus. in hoc spes libertatis posita
20 ⟨e⟩st, a⟨b⟩ hoc accepta iam salus, huic summi honores et exquiruntur
et parati sunt. cuius igitur singularem prudent⟨i⟩am admiramur, eius 50
stultitiam timemus? quid enim stultius quam inutilem potentiam, in-
uidiosas opes, cupiditatem dominandi praecipitem et lubricam anteferre
uerae, graui[s], solidae gloriae? an hoc uidit puer: si aetate processerit,
25 non uidebit? 'at est quibusdam inimicus clarissimis atque optimis ciui-
bus.' nullus iste timor esse debet. omnis Caesar[i] inimicitias rei publicae
condonauit; hanc sibi iudicem constituit, hanc moderatricem omnium
⟨consiliorum⟩ atque factorum. ita enim [ut enim] ad rem publicam
accessit ut eam confirmaret, non ut euerteret. omnis habeo cognitos sen-
30 sus adulescentis. nihil est illi re publica carius, nihil uestra auctoritate
grauius, nihil bonorum uirorum iudicio optat⟨i⟩us, nihil uera gloria dul-

1 flaminius **V Cus.** *corr. Faernus* || 2.3 populus romanus imperium auxerit **V Cus.** *corr. Poggius* || 3 ornarit **Cus.** || 3.4 ab ineunte] in abeunte **Cus.** || 4 tertio et XXX **V Cus.** || 5–6 quae . . . consularis *fortasse ut glossema delendum* || 6 uirtus **V^1Cus.** *corr.* **V^2**; *cf. K.-St. II 461* || 7 ne] non **V** *corr. Poggius; cf. K.-St. II 252–254* || 11 clarum **V** *corr. Faernus; cf. 1, 35* || 13 pari **V** *corr. Poggius* || 14 clarissimus **Cus.** || 17 populi] publici **V** *corr. Poggius* || 18 fere **V** *corr. Poggius* || 19 carus *post* omnibus *add. Muretus, quem nonnulli edd. secuti sunt, coll. § 49, ll. 11. 14; tradita def. Vahlen Opusc. II 402* || 19.20 positasta hoc **V** *corr. Poggius* || 21 prudentam **V** *corr. Poggius* || 24 grauis **V** *corr. Poggius* || 25 optimus **V** *corr. Poggius* || 26 caesari **V** *corr. Poggius* || 28 consiliorum *om.* **V** *post* omnium *add. Halm, ante* omnium *Faernus; cf. 10, 20. 23; Prou. cons. 20; Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 142* | ita enim ut enim **V** ita enim animatus (*uel sim.*) *C. F. W. Müller* ut enim *del. Poggius* || 29 habeo] ab eo **Cus.** || 30 c. adolescentis **Cus.** || 31 optatius **Cus.V^2** optatus **V^1**

51 cius. quam ob rem [h]ab eo non modo nihil [nihil] timere sed maiora et
meliora exspectare debetis, neque in eo qui ad D. Brutum obsidione liberandum profectus sit timere ne memoria maneat domestici doloris quae plus apud eum possit quam salus ciuitatis. aude[b]o etiam obligare fidem meam, patres conscripti, uobis populoque Romano reique publicae; quod 5 profecto, cum me nulla uis cogeret, facere[t] non auderem pertimesceremque in maxima re periculosam opinionem tem[p]eritatis. promitto, recipio, spondeo, patres conscripti, C. Caesarem talem semper fore ciuem qualis hodie sit qualemque eum maxime uelle esse et optare debemus.

19 52 Quae cum ita sint, de Caesare satis hoc tempore dictum habebo. nec 10 uero de L. Egnatuleio, fortissimo et constantissimo ciui amicissimoque rei publicae, silendum arbitror; sed tribuendum testimonium uirtutis egregiae, quod is legionem quartam ad Caesarem adduxerit, quae praesidio consulibus, senatui populoque Romano reique publicae esset: ob eam causam placere uti L. Egnatuleio triennium ante legitimum tempus ma- 15 gistratus petere, capere, gerere liceat. in quo, patres conscripti, non tantum commodum tribuitur L. Egnatuleio quantus honos: in tali enim re satis est nominari.

53 De exercitu autem C. C<aes>aris ita censeo decernendum: 'senatui placere, militibus ueteranis qui Caesaris pontificis <pro praetore auctorita- 20 tem secuti libertatem populi Romani> auctoritatemque huius ordinis defenderint atque defendant i<ps>is liberisque eorum militiae uacationem esse, utique C. Pansa A. Hirti[c]us consules, a<lter> a<mbo>ue, si e<is> u<ideretur>, cognoscerent qui ag<e>r eis coloniis esset quo milites ueterani deducti essent, qui contra legem Iuliam possideretur, ut is militi- 25 bus ueteranis diuideretur; de agro Campano separatim cognoscerent inirentque rationem de commodis militum ueteranorum augendis. legionique Martiae et legioni quartae et eis militibus qui de legione secunda, tricesima quinta ad C. Pansam A. Hirtium consules uenissent suaque nomina edidissent, quod eis auctoritas senatus populique Romani 30

1 ab eo] habeo **V** *corr. Poggius* | nihil[2] *del. Poggius* | etiam *post* maiora *add. Cobet* || 4 audebo **V** *in ras., corr. Halm* || 6 pro alio *post* profecto *add. Sternkopf, fort. recte* | faceret **V** *corr. Poggius; cf. Sh. B. Att. V 336* | praetimescerem quae **V** *corr. Poggius* || 7 temperitatis **V** *corr. Poggius* | *post* temeritatis *aliquid intercidisse censet Ernesti, uelut* nisi eum plane perspectum haberem*; cf. tamen C. F. W. Müller CXV, King-Clark 107* || 8 foro **V**[1] *corr.* **V**[2] || 9 sit] est *Halm in app.* || 11 L. Egnatuleio] legatu legio **V** *corr. Poggius* || 14 populique romani **V** *corr. Poggius* || 15 triennio *Lambinus;* triennium *deff. Sternkopf I 93, K.-St. I 405; cf. etiam H.-Sz. 137 et Cic. Fam. 3, 11, 1* | magistratus] magna **V** magistratum *Halm, corr. Poggius; cf. King 168* || 19 Caesaris] caris **V** *corr. Poggius* || 19. 20 placere me litibus **V**[1] *corr.* **V**[2] || 20 pro praetore *add. Lambinus* || 20–21 auctoritatem . . . Romani *suppl. Garatoni ex 3, 37; cf. etiam 3, 8; 10, 21; 11, 20* || 22 atque *del. Ernesti* | ipsis] iis **V** (*def. Sternkopf I 93*) *corr. C. F. W. Müller; cf. p. 93, 1* || 23 hirticus **V** *corr. Poggius* || 23–24 alter . . . uideretur] aa. uesieo **V**[1] aa. designati **V**[2] *corr. Ursinus* (alter amboue *coni. iam Poggius*) || 24 agr **V** *corr. Poggius* || 28 et legione **V**[1] *corr.* **V**[2] || 30 populusque romanus **V** *corr. Poggius*

libertas carissima sit et fuerit, uacationem militiae ipsis liberisque eorum esse placere extra tumultum Gallicum Italicumque: easque legiones bello confecto missas fieri placere; quantamque pecuniam militibus earum legionum in singulos C. Caesar, pontifex, pro praetore pollicitus
5 sit, tantam dari placere; utique C. Pansa A. Hirti[c]us consules, alter amboue, si eis uideretur, rationem agri habe⟨re⟩nt qui sine iniuria priuatorum diuidi posset, eisque militibus, legioni Martiae et legioni quartae ita darent, adsignarent ut quibus militibus amplissime dati, adsignati essent.'

10 Dixi[t] ad ea omnia, consules, de quibus rettulistis: quae si erunt sine mora matureque decreta, facilius apparabitis ea quae tempus et necessitas flagitat. celeritate autem opus est: qua si essemus usi, bellum, ut saepe dixi, nullum haberemus.

M. TVLLI CICERONIS

IN M. ANTONIVM

ORATIO PHILIPPICA SEXTA

Audita uobis esse arbitror, Quirites, quae sint acta in senatu, quae **1**
15 fuerit cuiusque sententia. res enim ex Kalendis Ianuariis [s]agit[t]ata paulo ante confecta est, minus quidem illa seuere quam decuit, non tamen omnino dissolute. mora est adlata bello, non causa sublata. quam ob rem, quod quaesiuit ex me P. Apuleius, homo et multis officiis mihi et summa familiaritate coniunctus et uobis amicissimus, ita respondebo ut ea quibus
20 non interfuistis nosse possitis. causa fortissimis optimisque consulibus Kalendis Ianuariis de re publica primum referendi fuit ex eo quod ⟨a. d.⟩ XIII Kalendas Ianuarias senatus me auctore decreuit. eo die primum, **2** Quirites, fundamenta sunt iacta [sunt] rei publicae: fuit enim longo interuallo ita liber senatus ut uos aliquando liberi essetis. quo quidem
25 tempore, etiam si ille dies uitae finem mihi adlaturus esset, satis magnum ceperam f⟨r⟩uctum, cum uos uniuersi una mente atque uoce iterum a me conseruatam esse rem publica⟨m⟩ conclamastis. hoc uestro iudicio tanto tamque praeclaro excitatus ita Kalendis Ianuariis ueni in senatum ut

4 singulas V *corr. Poggius* | pro praetore] populo romano V *corr. Poggius* || **5** hirticus V *corr. Poggius* || **6–7** habent . . . possit V habeant . . . possit *Poggius, corr. Schütz* || **10** dixit V *corr. Poggius* || **15** sagittata V *corr. Poggius* || **16** illa quidem *C. F. W. Müller in app.; cf. K.-St. I 624* || **21** *suppl. Orelli, prob. Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 143* || **23** sunt iacta sunt V^1 iacta sunt V^2 *corr. Garatoni* || **25** dies] deis V *corr. Poggius* | adlaturas V^1 *corr.* V^2 || **26** factum V^1 fuctum V^2 *corr. Poggius* || **27** rem publice V *corr. Poggius*

meminissem quam personam impositam a uobis sustinerem. itaque bel-
lum nefarium inlatum rei publicae cum uiderem, nullam moram inter-
ponendam insequendi M. Antonium putaui, hominemque audacissimum
qui multis nefariis rebus ante commissis hoc tempore imperator⟨em⟩
populi Romani oppugnaret, coloniam uestram fidissimam fortissimamque 5
obsideret, bello censui persequendum: tumultum esse decreui; iustitium
edici, saga sumi dixi placere, quo omnes acrius grauiusque incumberent
ad ulciscendas rei publicae iniurias, si omnia grauissimi belli insignia
3 suscepta a senatu uiderent. itaque haec sententia, Quirites, sic per tri-
duum ualuit ut, quamquam discessio facta non esset, tamen praeter 10
paucos [homines] omnes mihi adsensuri uideren⟨tur⟩. hodierno autem
die[s non est], ⟨s⟩pe nescio qua ⟨pa⟩cis obiecta, [rem] remissior senatus
fuit. nam plures eam sententiam secuti sunt ut, quantum senatus auctori-
tas uesterque consensus apud Antonium ualiturus esset, per legatos ex-
periremur. 15

2 Intellego, Quirites, a uobis hanc sententiam repudiari, neque iniuria.
ad quem enim legatos? ad eumne qui pecunia publica dissipata atque ef-
fusa per uim et contra auspicia impositis rei publicae legibus, fugata
contione, obsesso senatu, ad opprimendam rem publicam Brundisio le-
giones accers⟨i⟩erit, ab eis relictus cum latronum manu in Galliam 20
inruperit, Brutum oppugnet, Mutinam circumsedeat? quae uobis potest
cum hoc gladiatore condicionis, aequitatis, legationis esse communitas?
4 quamquam, Quirites, non est illa legatio, sed denuntiatio[ne] belli, ni-
si paruerit: ita enim est decretum ut si legati ad Hannibalem mitteren-
tur. mittuntur enim qui nuntient ne oppugnet consulem designatum, ne 25
Mutinam obsideat, ne prouinciam depopuletur, ne dilectus habeat, sit in
senatus populique Romani potestate. facile uero huic denuntiationi pare-
bit, ut in patrum conscriptorum atque in uestra potestate sit qui in sua
numquam fuerit! quid enim ille umquam arbitrio suo fecit? semper eo
tractus e⟨s⟩t quo libido rapuit, quo leuitas, quo furor, quo uinolentia; 30

3 M. Antoni *C. F. W. Müller* || 4 imperator **V** *corr. Poggius* || 6 esse *del. Ernesti* | decerni *ed. Romana, prob. Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 143, qui 5, 31* tumultum decerni, *Liu. 34, 56, 11* tumultum esse decreuit, *Cass. Dion. 46, 29 ταραχὴν εἶναι ἐψηφίσαντο confert* || 9 Quirites] quam **V** *corr. Faernus* || 10 non est *Clark dub. in app.* (non est *add. iam post* dies **V**^{1})*; cf. King 172* || 11 homines *del.* **V**^{2} | uiderem **V**^{1} *corr.* **V**^{2} || 12 dies non est (s non est *del.* **V**^{2}) pene scio quaeis obiectarem **V** die nescio qua obiecta re *Poggius* die spe nescio qua eis obiecta *Garatoni* (*cf. etiam Jeep, J. cl. Ph. 81, 1860, 621, qui etiam* animis *pro* eis *coni., coll. 2, 68; uide Schöll 28 sq.*), *corr. Rau* (*cf. Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 143 sq.; Buecheler Kl. Schr. I 100; Clark Desc. 181*) || 14 uestraeque **V**^{1} uestrumque *Halm* (*prob. Schöll 31*) *corr.* **V**^{2} || 20 accerserit **V** arcesserit *Wernsdorf, corr. Poggius; de forma* accerso *cf. ThLL II 448, 50 sqq.* || 23 denuntiatione **V**^{1} *corr.* **V**^{2}*; cf. 7, 14; Fam. 12, 24, 2* || 25 denuntient *Pluygers* || 26 obsedeat **V**^{1} *corr.* **V**^{2} || 27 senatus atque populi romani **V** *corr. Poggius* || 29 enim *om.* **Cus.** | suo *om.* **Cus.** || 30 et **V** *om.* **Cus.** *corr. Halm* | uiolentia *codd. Ferrarii* (*cf. § 6 et 2, 68*) uinolentia quam rapacitas et reliqua **Cus.**

semper eum duo dissimilia genera ⟨ten⟩uerunt, lenonum et latronum;
ita domesticis stupris, forensibus parricidiis delectatur ut mulieri citius
auarissimae paruerit quam senatui populoque Romano. itaque, quod 8 5
paulo ante feci in senatu, faciam apud uos. testificor, denunti[ati]o, ante
5 praedico nihil M. Antonium eorum quae sunt legatis mandata facturum;
uastaturum agros, Mutinam obsessurum, dilectus qua possit habiturum.
is est enim ille qui semper senatus iudicium et auctoritatem, semper
uoluntatem uestram potestatemque contempserit. an ille id faciat quod
paulo ante decretum est, ut exercitum citra ⟨flu⟩men ⟨Rubiconem⟩,
10 qui finis est Galliae, educeret, dum ne p⟨rop⟩ius urbem Romam CC milia
admoueret? huic denuntiationi ille pareat, ille se flumine Rubicone, ⟨ille⟩
CC milibus circumscriptum esse patiatur? non is est Antonius; nam si 6
esset, non commis[s]isset ut ei senatus tamquam Hannibali initio belli
Punici denuntiaret ne oppugnaret Saguntum. quod uero ita auocatur a
15 Mutina ut ab urbe tamquam pestifera flamma arceatur, quam habet
ignominiam, quod iudicium senatus! quid, quod a senatu dantur mandata
legatis ut D. Brutum ⟨exercitum⟩que eius adeant eisque demonstrent
summa in rem publicam merita beneficiaque eorum grata esse senatui
populoque Romano eisque eam rem magnae laudi magnoque honori
20 fore? passurumne censetis Antonium introire Mutinam legatos, exire inde
tuto? numquam patietur, mihi credite. noui ui[n]olentiam, noui impudentiam, noui audaciam. nec uero de illo sicut de homine aliquo debemus, 7
sed ut de importunissima belua cogitare.

Quae cum ita sint, non omnino dissolutum est quod decreuit senatus:
25 habet atrocitatis aliquid legatio: utinam nihil haberet morae! nam cum
pleri⟨s⟩que in rebus gerendis tarditas et procrastinatio odiosa est, tum
hoc bellum indiget celeritatis. succurrendum est D. Bruto, omnes undique copiae conligendae; moram exhibere [n]ullam i⟨n⟩ tali ciue liberando sine scelere non possumus. an ille non potuit, si Antonium consu- 8

27–28 *Non. 273, 22–23* succurrendum ... conligendae

1 genera tenuerunt] generauerunt **V**[1] te *supra lin. add.* **V**[2] *corr. Poggius* || **4** denuntiatio **V**[1] *corr.* **V**[2] || **9** citra men **V**[1] flu *supra lin. et* rubiconem *in mg. add.* **V**[2]; *cf. app. ad § 10, ubi hic locus iteratur et* **V** rubiconem *exhibet* || **10** qui ... Galliae *del. Jordan* | propius] plus **V** *corr. Poggius; cf. K.-St. I 528; II 741* || **11** flumine] fluuione **V** fluuio ς *corr. Poggius; cf. Wölfflin, ALL 3, 1886, 563 sq.; 7, 1892, 589* | ille *om.* **V** *in ras.* et *add. Faernus* ille *add. Schöll* || **13** commississet **V** *corr. Poggius* || **17** exercitumque] que **V** militesque *Poggius, corr. Hasebroek, prob. Schöll 29; cf. enim 7, 11. 26* || **18** suma **V**[1] sua **V**[2] *corr.* ς || **20** cessetis **V**[1] *corr.* **V**[2] || **21** noui] non **V**[1] *corr.* **V**[2] | uinolentiam **V** *corr. Naugerius* || **26** plerique **V** *corr. Poggius* | traditas **V** *corr. Poggius* || **28** horam exhibere nullam **V** horam eximere nullam (unam *Lutz*) *Budaeus* horam excubare nullam *Lambinus* horam exhibere [nullam] *Halm* (*cf. tamen King 174*) curam (operam *Sternkopf*) exhibere nullam *Hirschfelder* moram exhibere ⟨non⟩ nullam *Schöll, corr. Ursinus; cf. K.-St. I 828; H.-Sz. 804* | i **V** *corr. Poggius*

lem, si Galliam Antoni prouinciam iudicasset, legiones Antonio et prouin-
ciam tradere, domum redire, triumphare, primus in hoc ordine, quoad
9 magistratum iniret, sententiam dicere? quid negoti fuit? sed cum se Bru-
tum esse meminisset uestraeque libertati natum, non otio suo, quid egit
aliud nisi ut paene corpore suo Gallia prohiberet Antonium? ad hunc 5
utrum leg⟨atos⟩ an legiones ire oportebat? sed praeterita omittamus:
propere⟨n⟩t legati, quod uideo esse facturos; uos saga parate. est enim
ita [ita] decretum ut, si ille auctoritati senatu⟨s⟩ non paruisset, ad saga
iretur. ibitur; non parebit: nos amissos tot dies rei ge⟨re⟩ndae quere-
mur. 10

4 Non metuo, Quirites, ne, cum audierit Antonius me hoc et in senatu
et in contione confirmasse, numquam illum futurum in senatus potestate,
refellendi mei causa, ut ego nihil uidisse uidear, uertat se et senatui pareat.
numquam faciet; non inuidebit huic meae gloriae; malet me sapientem
10 a uobis quam se modestum existimari. quid? ipse si uelit, num etiam Lu- 15
cium fratrem passurum arbitramur? nuper quidem dicitur ad Tibur, ut
opinor, cum ei labare M. Antonius uideretur, mortem fratri esse minita-
tus. etiamne ab hoc myrmillone Asiatico senatus mandata, legatorum
uerba audientur? nec enim secerni a fratre poterit, tanta praesertim auc-
toritate. nam hic inter illos Africanus est: pluris habetur quam L. Tre- 20
bellius, pluris quam T. Planc[i]us. uidete quan[decertum est ut exercitum
citra flumen Rubiconem qui finis est Galliae educeret dum ne propius
urbem CC milia admoueret huic denuntiationi ille pareat]tum exsiluerit
adolescens nobilis. Plancum, qui omnibus sententiis maximo uestro
plausu condemnatus nescio quo modo se coniecit in turbam atque ita 25
maestus redi⟨i⟩t ut retractus, non reuersus uideretur, sic contemnit
tamquam si illi aqua et igni [in] interdictum sit: aliquando negat ei
11 locum esse oportere in curia qui incenderit curiam. nam Trebellium ualde
iam diligit: oderat tum, cum ille tabulis nouis aduersabatur; iam fert in
oculis, postea quam ipsum Trebellium uidit sine tabulis nouis saluum esse 30
non posse. audisse enim uos arbitror, Quirites, quod etiam uidere potui-
stis, cotidie sponsores et creditores L. Trebelli conuenire. o Fides! — hoc

6 legatos] leg V *corr. Poggius* || 7 properet V *corr. Poggius* | facturus V *corr. Poggius; cf. Vahlen Opusc. II 329* | parata V^1 *corr.* V^2 || 8 ita^2 *del. Poggius* | senatu V senati *Halm in app., corr.* V^2 || 9 non parebit *del. Cobet* | gendae V *corr. Poggius* || 11 Quirites] quam V *corr. Poggius* || 21 plancius V *corr. Poggius* | *post* plancius *in* V *legitur* uidete quan; *post* quan *e § 5* decertum (*i. e.* decretum) est ... pareat *iter.* V (*cf. Clark Desc. 185*); *deinde uerba* tum exiluerit *etc. sequuntur in* V; quan *et* tum *coniunxit Sternkopf;* quam Exitius *e* cum exiluerit *coni. Faernus; cf. King 175 sq.* || 26 redit V *corr. Poggius* || 27 *del. Poggius* || 30 Trebellium *del. Orelli, prob. Cobet N. S. 7, 1879, 144* | ipsum Trebellium *delendum esse iam Lambinus censuerat* || 31 uideri V *corr. Poggius* || 32 Fide *Pluygers, prob. Sternkopf I 103;* Fides *def. Schöll 29 coll. 13, 26* | hoc] hinc *Poggius*

enim opinor Trebellium sumpsisse cognomen – qua⟨e⟩ potest esse maior
fides quam fraudare ⟨c⟩reditores, domo profugere, propter aes alienum
ire ad arma? u[r]bi plausus ille in triumpho est, saepe ludis, ubi aedilitas
delata summo studio bonorum? quis est qui hunc non casu existimet recte
5 fecisse, nequitia sceleste?

5 12 Sed redeo ad amores deliciasque uestras, L. Antonium, qui uos omnis
in fidem suam recepit. negatis? num quisnam est uestrum qui tribum non
habeat? certe nemo. atqui illum quinque et triginta tribus patronum
adoptarunt. rursus reclamatis? aspicite illam a sinistra equestrem sta-
10 tuam inauratam, in qua quid inscriptum est? 'QVINQVE ET TRIGINTA
TRIBVS PATRONO.' populi Romani igitur est patronus L. Antonius. ma-
lam quidem illi pestem! clamori enim uestro adsentior. non modo hic
latro quem clientem habere nemo uelit sed quis umquam tantis opibus,
tantis rebus gestis fuit qui se populi Romani uictoris dominique omnium
15 gentium patronum dicere auderet? in foro L. Antoni statuam uidemus, 13
sicut illam Q. Tremuli, qui Hernicos deuicit, ante Castoris. o impuden-
tiam incredibilem! tantumne sibi sumpsit, quia Mylasis myrmillo Thrae-
c⟨e⟩m iugulauit, familiarem suum? quonam modo istum ferre possemus,
si in hoc foro spectantibus uobis depugnasset? sed haec una statua. al-
20 tera ⟨ab⟩ equitibus Romanis equo publico: qui item ascribunt 'PATRONO.'
quem umquam iste ordo patronum adoptauit? si quemquam, debuit me.
sed me omitto; quem censorem, quem imperatorem? agrum eis diuisit.
o sordidos qui acceperunt, improbum qui dedit! statuerunt etiam tri- 14
buni militares qui in exercitu Caesaris bis fuerunt. quis est iste ordo?
25 multi fuerunt multis in legionibus per tot annos. eis quoque diuisit Se-
murium. campus Martius restabat, nisi prius cum fratre fugisset. sed
haec agrorum adsignatio paulo ante, Quirites, L. Caesaris, clarissimi uiri
et praestantissimi senatoris, sententia dissoluta est: huic enim adsensi
VIIuirum acta sustulimus. iacent beneficia Nuculae; friget patronus
30 Antonius. nam possessores animo aequiore discedent: nulla⟨m⟩ impen-
sa⟨m⟩ fecerant; nondum instruxerant, partim quia non confideb[e]ant,
partim quia non habeba⟨n⟩t. sed illa statua palmaris de qua, si meliora 15
tempora essent, non possem sine risu dicere: 'L. ANTONIO A IANO ME[N]DIO

1 qua V *corr. Poggius* || 2 reditores V[1] *corr.* V[2] || 3 urbi V *corr. Poggius* | est] et *Sternkopf, fort. recte* || 5 nequitia est scelere V nequitia scelerate *Klotz, corr. Nipperdey; cf. King 176* || 16 tremelli V *corr. Beroaldus* || 17 myrmillonem V[2] | thraecm V *corr. Poggius* || 18 quodam *Pluygers* || 20 *add. ed. Cratandrina* || 23 acceperint *Ernesti* | derrit V dederit *Poggius, corr. Zielinski* || 24 bis] duobus V iterum *Orelli* ⟨stipendiis⟩ duobus *Schöll, corr. Garatoni; cf. King 177* || 25 Remurium *Ferrarius* || 30 nulla impensa V *corr. Poggius* || 31 facerant V *corr. Poggius* | confidebeant V *corr. Poggius* || 32 habebat V *corr. Poggius* || 33 mendio V *corr. Poggius*

PATRONO.' itane? iam Ianus medius in ⟨L.⟩ Antoni clientela est? qui⟨s⟩
umquam in illo Iano inuentus est qui L. Antonio mille nummum ferret
6 expensum? sed nimis multa de nugis: ad causam bellumque redeamus;
quamquam non alienum fuit personas quasdam a uobis recognosci, ut
quibuscum bellum gereretur possetis taciti cogitare. 5

Ego autem uos hortor, Quirites, ut, etiam si melius aliud fuit, tamen
legatorum reditum [legatorum] exspectetis animo aequo. celeritas de-
16 tracta de causa est; boni tamen aliquid accessit ad causam. cum enim
legati renuntiarint quod certe renuntiabunt, non in uestra potestate, non
in senatus esse Antonium, quis erit tam improbus ciuis qui illum ciuem 10
habendum putet? nunc enim sunt pauci illi quidem, sed tamen plures
quam re publica dignum est, qui ita loquantur: 'ne legatos quidem ex-
spectabimus?' istam certe uocem simulationemque clementiae extor-
quebit istis res ipsa [publica]. quo etiam, ut confitear uobis, Quirites,
minus hodierno die contendi, minus laboraui, ut mihi senatus adsentiens 15
tumultum decerneret, saga sumi iuberet. malui uiginti diebus post sen-
tentiam meam laudari ab omnibus quam a paucis hodie uituperari.
17 quapropter, Quirites, exspectate legatorum reditum et paucorum dierum
molestiam deuorate. qui cum redierint, si pacem adferent, cupidum me,
si bellum, prouidum iudicatote. an ego non prouideam meis ciuibus, non 20
dies noctesque de uestra libertate, de rei publicae salute cogitem? quid
enim non debeo uobis, Quirites, quem uos ⟨a s⟩e ortum hominibus no-
bilissimis omnibus honoribus praetulistis? an ingratus sum? quis minus?
qui partis honoribus eosdem in foro gessi labores quos petendis. rudis in
re publica? quis ex⟨er⟩citatior? qui uiginti iam ⟨an⟩nos bellum geram 25
cum impiis ciuibus.

18 Quam ob rem, Quirites, consilio quantum potero, labore plus paene
quam potero, excubabo uigilaboque pro uobis. etenim quis est ciuis,
praesertim hoc gradu quo me uos esse uoluistis, tam oblitus benefici
uestri, tam immemor patriae, tam inimicus dignitatis suae quem non 30
excitet, non inflammet tantus uester iste consensus? multas magnasque

1–3 *Gell. 1, 16, 5* itane . . . expensum | *Macrob. 1, 5, 5* qui umquam . . . expensum

1 itane? iam] ita in eam **V** itane *Gell., corr. Halm* | L. *om.* **V**^{1} *add.* **V**^{2} | est **V**^{2}, *Gell.* sit **V**^{1}*; cf. Madvig Fin. 144* || 1. 2 qui umquam **V**^{1}, *Macrob., corr.* **V**^{2}, *Gell.* || 4 a *del. Poggius* || 5 possitis **V**^{1} *corr.* **V**^{2} || 7 legatorum *del. Poggius* | eaquo **V** *corr. Poggius* || 10 ciuis] cuius **V** *corr. Poggius* || 11 pulres **V** *corr. Poggius* || 12 expectauimus **V** *corr. Poggius* || 14 ipsa res publica *Clark dub. in app.* publica *del. Muretus* || 22 Quirites quem uos] uobis quos plus quam **V** *corr. Poggius* | a se] e **V** *corr. Poggius* || 24 partis] parus **V**^{1} *corr.* **V**^{2} || 25 excitatior **V** *corr. Poggius* | annos] nos **V**^{1} *corr.* **V**^{2} || 30 uestri tam *om.* **Cus.** | tam *ante* inimicus *om.* **Cus.** | dignitati *Cobet; cf. tamen ThLL VII 1, 1631, 84 sqq.*

habui consul contiones, multis interfui: nullam umquam uidi tantam quanta nunc uestrum est. unum sentitis omnes, unum studetis, M. Antoni conatus auertere a re publica, furorem exstinguere, opprimere audaciam. idem uolunt omnes ordines; eodem incumbunt municipia, colo-
5 niae, cuncta Italia. itaque senatum bene sua sponte firmum firmiorem uestra auctoritate fecistis.

Venit tempus, Quirites, serius omnion quam dignum populo Romano 19 fuit, sed tamen ita maturum ut differri iam hora non possit. fuit aliquis fatalis casus, ut ita dicam, quem tulimus, quoquo modo ferendus fuit:
10 nunc si quis erit, erit uoluntarius. populum Romanum seruire fas non est, quem di immortales omnibus gentibus imperare uoluerunt. res in extremum est adducta discrimen; de libertate decernitur. aut uincatis oportet, Quirites, quod profecto et pietate uestra et tanta concordia consequemini, aut quiduis potius quam seruiatis. aliae nationes seruitutem
15 pati possunt, populi Romani est propria libertas.

M. TVLLI CICERONIS

IN M. ANTONIVM

ORATIO PHILIPPICA SEPTIMA

Paruis de rebus sed fortasse necessariis consulimur, patres conscripti. 1 de Appia uia et de Moneta consul, de Lupercis tribunus pl. refert. quarum rerum etsi facilis explicatio uidetur, tamen animus aberrat a sententia suspensus curis maioribus. adducta est enim, patres conscripti, res in
20 maximum periculum et in extremum paene discrimen.

Non sine causa legatorum istam missionem semper timui, numquam probaui: quorum reditus quid sit adlaturus ignoro; exspectatio quidem quantum adferat languoris animis quis non uidet? non enim se tenent ei qui senatum dolent ad auctoritatis pristinae spem reuirescere, coniunc-
25 tum huic ordini populum Romanum, conspirantem Italiam, paratos exercitus, expeditos duces. iam nunc fingunt responsa Antoni eaque de- 2

18–19 *Non. 386, 26–27* aberrat . . . maioribus

1 *inde ab* umquam (non umquam **nsv**) *rursus inc.* **D** || 2 uestra **nstv**; *cf. app. ad 4, 1; K.-St. I 598; Schöll 30 sq.* || 3 conatur **V** conatum **D** *corr. Poggius* || 5 sua sponte bene **n** bene *om.* **tv** || 7 Quirites *om.* **D** || 7.8 populo Romano fuit sed] re p. fuisset **D** || 8 horam **ς** | posset **nv** || 11 gentibus *om.* **D** || 13 consequamini **V**; *cf. Vahlen Opusc. II 329* || 15 est] es V^1 res est **D** *corr.* V^2; *cf. King 181* || 17 pl. *om.* V^1 (*add.* V^2) || 18 aberat *codd. Nonii* || 19 a curis *Non.* || 21 istam *om.* **V** || 24 spem reuiuiscere **nstv** reuiuiscere spem **b**; reuirescere *deff. King-Clark 109 coll. Cic. Prou. cons. 34*

fendunt. alii postulare illum ut omnes exercitus dimittantur. scilicet
legatos ad eum misimus, non ut pareret et dicto audiens esset huic ordini,
sed ut condiciones ferret, leges imponeret, reserare nos exteris gentibus
Italiam iuberet, se praesertim incolumi a quo maius periculum quam ab
3 ullis nationibus extimescendum est. alii remittere eum nobis Galliam ci- 5
teriorem, illam ultimam postulare – praeclare: ex qua non legiones so-
lum sed etiam nationes ad urbem conetur adducere – alii nihil eum iam
nisi modeste postulare Macedoniam. suam uocat omnino, quoniam Gaius
frater est inde reuocatus. sed quae prouincia est ex qua illa fax excitare
non possit incendium? itaque idem quasi prouidi ciues et senatores di- 10
ligentes bellicum me cecinisse dicunt, suscipiunt pacis patrocinium.
nonne sic disputant? inritatu⟨m⟩ Antonium non oportuit: nequam est
homo ille atque confidens; multi praeterea improbi – quos quidem a se
primum numerare possunt qui haec loquuntur – eos cauendos esse de-
nuntiant. utrum igitur in nefariis ciuibus ulciscendi, cum possis, an perti- 15
2 | 4 mescendi diligentior cautio est? atque haec ei loquuntur qui quondam
propter leuitatem populares habebantur. ex quo intellegi potest animo
illos abhorruisse semper ab optimo ciuitatis statu, non uoluntate fuisse
popularis. qui enim euenit ut, qui in rebus improbis populares fuerint,
idem in re una maxime populari, quod eadem salutaris rei publicae sit, 20
improbos se quam popularis esse malint? me quidem semper, uti scitis,
aduersarium multitudinis temeritati haec fecit praeclarissima causa po-
pularem.

5 Et quidem dicuntur uel potius se ipsi dicunt consularis: quo nomine

2 et dicto] edicto **D** | esse **nv** || 3 leges imponeret *om.* **D** | reseruare **nstv** || 4 in colonia a qua maius **tv** || 7 conentur **nt** || 8 modesti **D** | *sic dist. Sternkopf, Herm. 47, 1912, 351 sq.* postulare. Macedoniam suam *dist. Halm* postulare, ⟨qui⟩ Macedoniam suam *Pluygers* postulare Macedoniam, ⟨quam⟩ suam *Gruter* | Gaius *om.* **V**; *sed cf. Adams, Cl. Q. 71, 1978, 162* || 9 inde *om.* **V**; *cf. Zielinski Claus. 214* || 10 posset **D** | prouidi ciues et] prouendicius es et **b** peruenditius esset **n** prouenditius esset **stv** | senatores et **b** hi senatores **ns** isinatores **t** in senatores **v** || 11 suspiciunt ut **V** | pacis] patris **Vtv** partis **bns** *quo retento* bonae *post* patrocinium *add. Schöll; corr. Ursinus; cf. 12, 6* ex pacis patrocinio, quod subito suscepit || 12 nonne sic disputant **V**^{2} *in ras.* qui sic disputant **bnsv** sic disputant **t** | inritatum ... nequam est *om.* **V**^{1} (*add.* **V**^{2}) | irritari **D** inritatu **V**^{2} *corr. Halm* || 15 ulciscendum **b** ulciscendis **nstv** | pertimescendis **nstvV**^{2}; *quod adtinet tamen ad* ulciscendi ... pertimescendi *cf. Cic. Flacc. 31* defendendi facilis est cautio || 16 cautio] causa **nsV**^{2} | illi **nt** || 17 habebantur] appellabantur **D**; *cf. e. g. Cic. Cat. 4, 10; Sest. 96. 105. 113. 114* || 19 conuenit **bnsv** uenit **t**; *cf. tamen 3, 17, Flacc. 40, K.-St. II 242; de rhythmo* ◡ — — ◡ *cf. Fraenkel Les. 142* || 20 omnium *post* una *add. Cobet; cf. tamen Sternkopf II 23* | quod] quae *Pluygers; cf. tamen Sternkopf II 108* | r. p.] p. r. **ns** || 21 ut **nv** || 22 aduersatum **D**; aduersarium *def. King 185, coll. Cic. Cluent. 94* | fecit aduersatum **V**; *de corruptelae origine cf. Clark Desc. 188; uide etiam Buecheler Kl. Schr. I 100* || 24 et quidem] equidem **bns** | se] id **b** idem **nstv**; *cf. Lebreton 146* | non quo **V**^{1} non *del.* **V**^{2}

dignus est nemo, nisi qui tanti honoris nomen potest sustinere. faueas
tu hosti? ille litteras ad te mittat de sua spe rerum secundarum; eas tu
laetus proferas, recites, describendas etiam des improbis ciuibus, eorum
augeas animos, bonorum spem uirtutemque debilites, et te consularem
5 aut senatorem, denique ciuem putes?

Accipiet in optimam partem C. Pansa, fortissimus consul atque optimus. etenim dicam animo amicissimo: hunc ipsum, mihi hominem familiarissimum, nisi talis consul esset ut omnis uigilias, curas, cogitationes in
rei publicae salute defigeret, consulem non putarem. quamquam nos ab **6**
10 ineunte illius aetate usus, consuetudo, studiorum etiam honestissimorum
societas similitudoque deuinxit, eiusdemque cura incredibilis in asperrimis belli ciuilis periculis perspecta docuit non modo salutis sed etiam dignitatis meae fuisse fautorem, tamen eundem, ut dixi, nisi talis esset consul, negare esse consulem auderem: idem non modo consulem esse dico
15 sed memoria mea praestantissimum atque optimum consulem, non quin
pari uirtute et uoluntate alii fuerint, sed tantam causam non habuerunt
in qua et uoluntatem suam et uirtutem declararent. huius magnitudini **7**
animi, grauitati, sapientiae tempestas est oblata formidolosissimi temporis. tum autem inlustratur consulatus, cum gubernat rem publicam,
20 si non optabili, at necessario tempore. magis autem necessarium, patres
conscripti, nullum tempus umquam fuit.

Itaque ego ille qui semper pacis auctor fui, cuique pax, praesertim ci- **8**
uilis, quamquam omnibus bonis, tamen in primis fuit optabilis – omne
enim curriculum industriae nostrae in foro, in curia, in amicorum pericu-
25 lis propulsandis elaboratum est; hinc honores amplissimos, hinc mediocris
opes, hinc dignitatem si quam habemus consecuti sumus – ego igitur **8**
pacis, ut ita dicam, alumnus qui quantuscumque sum – nihil enim mihi
adrogo – sine pace ciuili certe non fuissem – periculose dico: quem ad
modum accepturi, patres conscripti, sitis, horreo, sed pro mea perpetua
30 cupiditate uestrae dignitatis retinendae et augendae quaeso oroque uos,

1 nomen] onus *Cobet* (*fort. recte; cf. King-Clark 110*) munia *Lutz* molem *Reitzenstein;* nomen *def. Schöll 23, qui de iterata uoce 1, 33; 2, 68; 7, 5 confert; quod adtinet ad nexum* honoris nomen *cf. 10, 6* || 2 hosti . . . mittat] hostiliter sat tibi ille mittat **nstv** || 3 eorum] forum **D** || 5 aut denique **DV**^{2} || 6 in *om.* **D** || 9 configeret **D**; *cf. 14, 13* || 10–15 illius . . . memoria mea] illius h. m. pagate memoria mea **V**; *quae desunt inter* quod *et* erat (*§ 11*) *hab.* **V** illius h. m. pagate memoria mea *del.* **V**^{2}, *qui* aetate illius (*sic et* **nst**) *scripsit et* usus . . . sed etiam *add. in mg.; cf. Clark Desc. 193 sq.* || 11 deuinxit] coniunxit **D** coniungit **V**^{2}; *cf. Ter. Andr. 561, Cic. Arch. 6, Nep. Att. 1, 4* | curam incredibilem **DV**^{2} || 12 perspecta docuit] perspexi **DV**^{2} || 13 fuisse factorem **V**^{1} fuisse fautorem *om.* **DV**^{2} eum esse fautorem *C. F. W. Müller, corr. Ursinus* | consul esset **nsV**^{2}; *cf. Schöll 15* || 15 sed etiam **DV**^{2} | quin] quia non **D**; *cf. Cic. De orat. 2, 295* || 16 alii non **V**^{1} non *del.* **V**^{2} || 17 et uirtutem et uoluntatem suam **bnsv** et uirtute et uoluntate sua **t** || 18 grauitatis **V** || 19 gubernauit **V** gubernabit *Klotz* || 23 mihi tamen **D** || 26 igitur] itaque **D**; *cf. Hand Turs. III 509*

patres conscripti, ut primo, etsi erit uel acerbum auditu uel incredibile a M. Cicerone esse dictum, accipiatis sine offensione quod dixero, neue id prius quam quale sit explicaro repudietis — ego ille, dicam saepius, pacis semper laudator, semper auctor, pacem cum M. Antonio esse nolo. magna spe ingredior in reliquam orationem, patres conscripti, quoniam pericu- 5
9 losissimum locum silentio sum praeteruectus. cur igitur pacem nolo? quia turpis est, quia periculosa, quia esse non potest. quae tria dum explico, peto a uobis, patres conscripti, ut eadem benignitate qua soletis mea uerba audiatis.

Quid est inconstantia, leuitate, mobilitate cum singulis hominibus, 10 tum uero uniuerso senatui turpius? quid porro inconstantius quam quem modo hostem non uerbo, sed re multis decretis iudicaritis, cum hoc subito
10 pacem uelle coniungi? nisi uero, cum C. Caesari meritos illi quidem honores et debitos, sed tamen singularis et immortalis decreuistis, unam ob causam quod contra M. Antonium exercitum comparauisset, non hostem 15 tum Antonium iudicauistis, nec tum hostis est a uobis iudicatus Antonius cum laudati auctoritate uestra ueterani milites qui C. Caesarem secuti essent, nec tum hostem Antonium iudicastis cum fortissimis legionibus, quod illum qui consul appellabatur, cum esset hostis, reliquissent, uaca-
4 | 11 tiones, pecunias, agros spopondistis. quid? cum Brutum omine quodam 20 illius generis et nominis natum ad rem publicam liberandam exercitumque eius pro libertate populi Romani bellum gerentem cum Antonio prouinciamque fidelissimam atque optimam, Galliam, laudibus amplissimis adfecistis, tum non hostem iudicastis Antonium? quid? cum decreuistis ut consules, alter amboue, ad bellum proficiscerentur, quod erat 25
12 bellum, si hostis Antonius non erat? quid igitur profectus est uir fortissimus, meus conlega et familiaris, A. Hirtius consul? at qua imbecillitate, qua macie! sed animi uiris corporis infirmitas non retardauit. aequum, credo, putauit uitam quam populi Romani uotis retinuisset pro libertate
13 populi Romani in discrimen adducere. quid? cum dilectus haberi tota 30 Italia iussistis, cum uacationes omnis sustulistis, tum ille hostis non est

1 si erit **bstv** fierit **n** || 3 explicauero **D** (*corr.* **b**²) || 4 M. *om.* **V** || 10 mobilitate leuitate **D** || 11 uero inconstanti uniuerso **V**¹ (inconstanti *del.* **V**²)*; de corruptelae origine cf. Buecheler Kl. Schr. I 100* | senatu **sv** || 12 iudicaretis **V**¹ iudicauistis **bnsv** iudicabitis **t** *corr.* **V**² || 13 nisi] quasi **nsv** | merito **V***; cf. Cic. De orat. 2, 203; 3, 14; King-Clark 111* | quidem illi **D** || 16 tum Antonium] cum antonium **V**¹ (cum *del.* **V**²) tum *om.* **D** *corr. Halm* | iudicastis **nsv** iudicauisset **t** | a uobis iudicatus est **nstv** || 17 sunt *post* milites *add. Kayser* | C. *om.* **D** || 18 iudicauistis **bnst** || 19 uocationes **tv** || 20 qui cum **bn** | homine **V** hominem **nsv** non enim **t***; cf. 10, 14* | quondam **nsV**² quoddam **t** quendam **v** || 21 istius **V** || 23 Galliam *del. Baiter* || 25 ad bellum .R. **V**, *unde* ad bellum Roma *coni. Halm in app.*; .R. *tamen, ut iure contendit Clark in app., idem ualet ac* require | *post* quod *uerba* te usus . . . dico sed *sequuntur in* **V***; cf. app. ad § 6* || 26 quid] quo **nstv** || 29 pertinuisset **V** || 31 uocationes **bs**

iudicatus? armorum officinas in urbe uidetis; milites cum gladiis sequuntur consulem; praesidio sunt specie consuli, re et ueritate nobis; omnes sine ulla recusatione, summo etiam cum studio nomina dant, parent auctoritati uestrae: non est iudicatus hostis Antonius? at legatos misimus. 14
5 heu, me miserum! cur senatum cogor, quem laudaui semper, reprehendere? quid? uos censetis, patres conscripti, legatorum missionem populo Romano uos probauisse? non intellegitis, non auditis meam sententiam flagitari? cui cum pridie frequentes essetis adsensi, postridie ad spem estis inanem pacis deuoluti. quam turpe porro legiones ad senatum lega-
10 tos mittere, senatum ad Antonium! quamquam illa legatio non est, denuntiatio est paratum illi exitium, nisi paruerit huic ordini. quid refert? tamen opinio est grauior. missos enim legatos omnes uident; decreti nostri non omnes uerba nouerunt. retinenda est igitur nobis constantia, 5 grauitas, perseuerantia; repetenda uetus illa seueritas, si quidem auctori-
15 tas senatus decus, honestatem, laudem dignitatemque desiderat, quibus rebus hic ordo caruit nimium diu. sed erat tunc excusatio oppressis, misera illa quidem, sed tamen iusta: nunc nulla est. liberati tum regio dominatu uidebamur: multo postea grauius urgebamur armis domesticis. ea ipsa depulimus nos quidem: extorquenda sunt. quod si non possu-
20 mus facere – dicam quod dignum est senatore et Romano homine – moriamur. quanta enim illa erit rei publicae turpitudo, quantum dedecus, 15 quanta labes, dicere in hoc ordine sententiam M. Antonium consulari loco! cuius ut omittam innumerabilia scelera urbani consulatus, in quo pecuniam publicam maximam dissipauit, exsules sine lege restituit,
25 uectigalia diuendidit, prouincias de populi Romani imperio sustulit, regna addixit pecunia, leges ciuitati per uim imposuit, armis aut obsedit aut exclusit senatum: ut haec, inquam, omittam, ne hoc quidem cogitatis, eum qui Mutinam, coloniam populi Romani firmissimam, oppugnarit, imperatorem populi Romani, consulem designatum, obsederit, de-
30 populatus agros sit, hunc in eum ordinem recipi a quo totiens ob has ipsas causas hostis iudicatus sit quam foedum flagitiosumque sit?

1 me milites **D** (me *del.* **n**²) || 3 nomina dant] nominandi **bnsv** nominanda **t** || 7 uos *om.* **D** | probisse **V**¹ probasse **V**² | audistis **V**¹ (*def. Sternkopf II 29*) *corr.* **V**² || 8 cui] qui **DV**² || 9 reuoluti *Ernesti* | porro est **b** est porro **nstvV**² || 10.11 denuntiatio sit **Vb** | nisi ... quid *om.* **V** | fert **V** || 11.12 quid refert? tamen *sic dist. Halm* quid refert tamen? *dist. Faernus* || 12 grauior] grui **V**¹ (*corr.* **V**²) grauis *Pluygers; cf. Sternkopf II 30, Zielinski Claus. 214* || 13 uestri **D** || 15 dignitatemque **V Cus.** dignitatem **D** || 16 rebus *om.* **D** | nimium caruit **nsv** | tum **bnst** || 17 tum *om.* **V** || 18 multo ... urgebamur *om.* **D** || 19 nos] nunc **D** | ui extorquenda **D**; *de rhythmo* – – – ∪ – (extorquenda sunt) *cf. Fraenkel Les. 193* || 20 et *ante* senatore *add. Lambinus* || 21 enim *om.* **Cus.** | erit illa **D Cus.** || 25 uendidit **nsv** || 26 aut *om.* **D** || 28–29 firmissimam ... populi Romani *om.* **D**; *cf. 5, 24* || 30 hunc] nunc *Clark dub. in app.; cf. tamen King 189* || 31 sit²] sit uidetis **nsv**

16 Satis multa de turpitudine. dicam deinceps, ut proposui, de periculo:
quod etsi minus est fugiendum quam turpitudo, tamen offendit animos
6 maioris partis hominum magis. poteritis igitur exploratam habere pacem,
cum in ciuitate Antonium uidebitis uel potius Antonios? nisi forte con-
temnitis Lucium: ego ne Gaium quidem. sed, ut uideo, dominabitur Lu- 5
cius. est enim patronus quinque et triginta tribuum, quarum sua lege
qua cum C. Caesare magistratus partitus est suffragium sustulit, patro-
nus centuriarum equitum Romanorum quas item sine suffragio esse
uoluit, patronus eorum qui tribuni militares fuerunt, patronus Iani me-
17 dii. quis huius potentiam poterit sustinere? praesertim cum eosdem in 10
agros etiam deduxerit. quis umquam omnis tribus, quis equites Romanos,
quis tribunos militaris? Gracchorum potentiam maiorem fuisse arbitra-
mini quam huius gladiatoris futura sit? quem gladiatorem non ita appel-
laui ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet, sed ut
appellant ei qui plane et Latine loquuntur. myrmillo in Asia depugnauit. 15
cum ornasset Thraecidicis comitem et familiarem suum, illum miserum
fugientem iugulauit, luculentam tamen ipse plagam accepit, ut declarat
18 cicatrix. qui familiarem iugularit, quid is occasione data faciet inimico?
et qui illud animi causa fecerit, hunc praedae causa quid facturum puta-
tis? non rursus improbos decuriabit, non sollicitabit rursus agrarios, non 20
queretur expulsos? M. uero Antonius non is erit ad quem omni motu
concursus fiat ciuium perditorum? ut nemo sit alius nisi ei qui una sunt,
et ei qui hic ei nunc aperte fauent, parumne erunt multi? praesertim
cum bonorum praesidia discesserint, illi parati sint ad nutum futuri?
ego uero metuo, si hoc tempore consilio lapsi erimus, ne illi breui tempore 25
19 nimis multi nobis esse uideantur. nec ego pacem nolo, sed pacis nomine
bellum inuolutum reformido. qua re si pace frui uolumus, bellum geren-
7 dum est; si bellum omittimus, pace numquam fruemur. est autem uestri
consili, patres conscripti, in posterum quam longissime prouidere. id-

2 etsi] si **D** || 4 ciuitatem **V** *unde* ciuitate M. *coni. Halm* | uideatis **D**; *cf. tamen K.-St. II 334* || 5 ego ne Gaium] egnatium **bnt** ignatium **s** gnatium **v** || 6 est] sed **V** || 7 qua cum ... partitus est *del. Nipperdey* | magistratum **V** (*def. Nipperdey, Phil. 3, 1848, 145*) magistratuum ⟨comitia⟩ *uel* ⟨nominationem⟩ *Halm in app.* magistratus ⟨p. R.⟩ *Sternkopf*; magistratus *def. Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 145, qui Suet. Caes. 41 confert; cf. etiam Sternkopf II 33. 109, King-Clark 113* || 8 Romanorum *om.* **nstv** | idem **D** || 9 eorum] fori **bnsv** forum **t** || 12 grecorum **n**^{1} (*corr.* **n**^{2})**stv** || 13 futura est *Halm* || 14 appellari solet *om.* **ns** || 15 ei *om.* **V** || 18 iugularat **D** | is] si **V** hic **D** *corr. Faernus* || 19 fecerit ... causa *om.* **D** || 21 qu(a)eret **bnsv** quaeret ur⟨be⟩ *Muretus* conquiret *Busche; cf. tamen King-Clark 113* | repulsos *Klotz* | M. *om.* **V**^{1} (*add.* **V**^{2}) || 22 fiat] fit **bv** sit **ns** sit at **t** || 22–23 ei ... et ei] illi ... et hi **D** || 24 praesidiis (-ii **s**) cesserint **D** || 25 consilii **V** consiliis *Halm in app.* || 27 nouolutum **V** nouo (*ex* noluo) latum **Cus.** obuolutum *Muretus* (*coll. 2, 77*); *cf. ThLL VII 2, 266, 9 sqq., King-Clark 113* || 28 omittimus **V**^{1}**Cus.** omittemus **DV**^{2}; *cf. K.-St. II 391* | uestri **V**^{1}**Cus.** ueteris **DV**^{2} || 29 preuidere **Cus.**

circo in hac custodia et tamquam specula conlocati sumus uti uacuum metu populum Romanum nostra uigilia et prospicientia redderemus. turpe est summo consilio orbis terrae, praesertim in re tam perspicua, consilium intellegi defuisse. eos consules habemus, eam populi Romani ala- 20
5 critatem, eum consensum Italiae, eos duces, eos exercitus, ut nullam calamitatem res publica accipere possit sine culpa senatus. equidem non deero: monebo, praedicam, denuntiabo, testabor semper deos hominesque quid sentiam, nec solum fidem meam, quod fortasse uideatur satis esse, sed in principe ciui non est satis: curam, consilium uigilantiamque
10 praestabo.

Dixi de periculo: docebo ne coagmentari quidem posse pacem; de tri- 8 21 bus enim quae proposui hoc extremum est. quae potest pax esse M. Antonio primum cum senatu? quo ore uos ille poterit, quibus uicissim uos illum oculis intueri? quis uestrum illum, quem ille uestrum non oderit?
15 age, uos ille solum et uos illum? quid? ei qui Mutinam circumsedent, qui in Gallia dilectus habent, qui in uestras fortunas imminent, amici umquam uobis erunt aut uos illis? an equites Romanos amplectetur? occulta enim fuit eorum uoluntas iudiciumque de Antonio. qui frequentissimi in gradibus Concordiae steterunt, qui nos ad libertatem recuperandam
20 excitauerunt, arma, saga, bellum flagitauerunt, me una cum populo Romano in contionem uocauerunt, hi Antonium diligent et cum his pacem seruabit Antonius? nam quid ego de uniuerso populo Romano dicam? 22 qui pleno ac referto foro bis me una mente atque uoce in contionem uocauit declarauitque maximam libertatis recuperandae cupiditatem. ita,
25 quod erat optabile antea ut populum Romanum comitem haberemus, nunc habemus ducem. quae est igitur spes, qui Mutinam circumsedent, imperatorem populi Romani exercitumque oppugnant, eis pacem cum populo Romano esse posse? an cum municipiis pax erit quorum tanta 23 studia cognoscuntur in decretis faciendis, militibus dandis, pecuniis
30 pollicendis, ut in singulis oppidis curiam populi Romani non desideretis? laudandi sunt ex huius ordinis sententia Firmani qui principes pecuniae pollicendae fuerunt; respondendum honorifice est Marrucinis qui igno-

9 *Prisc. Gramm. II 345, 5* sed . . . satis

1 custodia et] custodiet **V**[1] custodia **D Cus.** *corr.* **V**[2] | specula **V Cus.** in specula **D** | uti uacuum] ut tua quom **V** ut uacuum **bnsv** utacum **t** ut tutum ab omni **Cus.** *corr. Garatoni* || 2 prospicientia **V Cus. b** prouidentia **nsv** prospicienda **t** || 4 intelligendi **nstv** || 7 praedicabo **bnsv** praedico **t** | et testabor **D** || 8 uidetur **D** || 9 ciue **D**; *cf. app. ad 3, 7 (l. 12)* || 11 coamentari **V**; *cf. tamen King-Clark 114, ThLL III 1377, 37 sqq.* || 12 esse pax **D** || 13 *et* 15 uos ille] ille uos **D** || 15 uos ille solus *Naugerius* || 16 in galliam **bstv** || 18 de m. antonio **D** || 19 steterunt] sed erunt **V** || 20 arma saga] armato **V** armati *Halm* || 21 et *om.* **D** || 24. 25 itaque quod **D** itaque *Nipperdey* ita quo (*sc.* ad libertatem reciperandam) *Sternkopf* || 27 oppugnant eis] oppugnatis **V**[1] oppugnantes **D** oppugnantis **V**[2] *corr. Faernus* || 28 esse posse] habere possunt **btv** se habere possunt **ns** || 30 desideres **bt** desideret **nsv**

minia notandos censuerunt eos si qui militiam subterfugissent. haec iam
tota Italia fient. magna pax Antonio cum eis, his item cum illo. quae pot-
est esse maior discordia? in discordia autem pax ciuilis esse nullo pacto
24 potest. ut omittam multitudinem, L. Visidio, equiti Romano, homini in
primis ornato atque honesto ciuique semper egregio, cuius ego excubias 5
et custodias mei capitis cognoui in consulatu meo, qui uicinos suos non
cohortatus est solum ut milites fierent sed etiam facultatibus suis sub-
leuauit: huic, inquam, tali uiro, quem nos senatus consulto conlaudare
debemus, poteritne esse pacatus Antonius? quid? C. Caesari qui illum
25 urbe, quid? D. Bruto qui Gallia prohibuit? iam uero ipse se placabit et 10
leniet prouinciae Galliae a qua expulsus et repudiatus est? omnia uidebi-
tis, patres conscripti, nisi prospicitis, plena odiorum, plena discordiarum,
ex quibus oriuntur bella ciuilia. nolite igitur id uelle quod fieri non potest,
et cauete, per deos immortalis! patres conscripti, ne spe praesentis pacis
perpetuam pacem amittatis. 15

9
26 Quorsum haec omnis spectat oratio? quid enim legati egerint nondum
scimus. at uero excitati, erecti, parati, armati animis iam esse debemus,
ne blanda aut supplici oratione aut aequitatis simulatione fallamur.
omnia fecerit oportet quae interdicta et denuntiata sunt, prius quam ali-
quid postulet: Brutum exercitumque eius oppugnare, urbis et agros 20
prouinciae Galliae populari destiterit; ad Brutum adeundi legatis pote-
statem fecerit, exercitum citra flumen Rubiconem eduxerit, nec propius
urbem milia passuum CC admouerit; fuerit et in senatus et in populi
Romani potestate. haec si fecerit, erit integra potestas nobis deliberandi;
si senatui non paruerit, non illi senatus, sed ille populo Romano bellum 25
27 indixerit. sed uos moneo, patres conscripti: libertas agitur populi Romani,
quae est commendata uobis, uita et fortunae optimi cuiusque, quo cupi-
ditatem infinitam cum immani crudelitate iam pridem intendit Antonius,
auctoritas uestra, quam nullam habebitis, nisi nunc tenueritis; taetram
et pestiferam beluam ne inclusam et constrictam dimittatis cauete. 30

Te ipsum, Pansa, moneo — quamquam non eges consilio, quo uales
plurimum, tamen etiam summi gubernatores in magnis tempestatibus a
uectoribus admoneri solent — hunc tantum tuum apparatum tamque

1 si *om.* **D**; *sed de nexu* is si quis *et sim. cf. Madvig Fin. 396* || 2 fiunt **D** | eis his item] illis item his **b** isdem his **nstv** || 3 maior esse *Orelli* | autem *om.* **Cus.** || 4 Visidio] nisidio **bt** Nasidio *Ferrarius* (*sed cf. King-Clark 114*) Vibidio *Luterbacher; cf. Gundel RE IX A (1961) 362* || 8 nos] non **V** || 8.9 conlaudare debemus] collaudaremus **nstv** || 9 C. *om.* **D** || 11 a qua expulsus] ei qua exclusus **D** || 12 plena discordiarum *om.* **V**^{1} (*add.* **V**^{2}) || 15 amittatis **D Cus.** mittatis **V** || 17 excitati erecti] erecti incitati **b** erecti citati **nstv** | iam] tamen *Muretus* || 23 et^1 *om.* **D** || 24 erit *om.* **V** || 25 si *om.* **V** | ille] illi **V** || 27 fortuna **ns** || 29 tenumeritis **V** retinueritis **D** *corr. Faernus* || 29.30 antonium quasi tetram et pestiferam beluam cauete **Cus.** || 30 et^2 *om.* **V** || 31 moneo pansa **D** | egens **V** || 33 – p. 107, 1 tamque praeclarum] tamque **V** *unde* talemque *coni. Halm dub.*

praeclarum ne ad nihilum recidere patiare. tempus habes tale quale nemo habuit umquam. hac grauitate senatus, hoc studio equestris ordinis, hoc ardore populi Romani potes in perpetuum rem publicam metu et periculo liberare.

5 Quibus de rebus refers, P. Seruilio adsentior.

M. TVLLI CICERONIS

IN M. ANTONIVM

ORATIO PHILIPPICA OCTAVA

1 Confusius hesterno die est acta res, C. Pansa, quam postulabat institutum consulatus tui. parum mihi uisus es eos quibus cedere non soles sustinere. nam cum senatus ea uirtus fuisset quae solet, et cum re uiderent omnes esse bellum quidamque id uerbum remouendum arbitraren-
10 tur, tua uoluntas in discessione fuit ad lenitatem propensior. uicta est igitur propter uerbi asperitatem te auctore nostra sententia: uicit L. Caesaris, amplissimi uiri, qui uerbi atrocitate dempta oratione fuit quam sententia lenior. quamquam is quidem, ante quam sententiam diceret, propinquitatem excusauit. idem fecerat me consule in sororis uiro quod hoc
15 tempore in sororis filio fecit, ut et luctu sororis moueretur et saluti populi Romani prouideret. **2** atque ipse tamen Caesar praecepit uobis quodam modo, patres conscripti, ne sibi adsentiremini, cum ita dixit, aliam sententiam dicturum fuisse eamque se ac re publica dignam, nisi propinquitate impediretur. ergo ille auunculus: num etiam uos auunculi qui
20 illi estis adsensi?

At in quo fuit controuersia? belli nomen ponendum quidam in sententia non putabant: tumultum appellare malebant, ignari non modo rerum sed etiam uerborum: potest enim esse bellum ut tumultus non sit, tumultus esse sine bello non potest. **3** quid est enim aliud tumultus nisi per-

23—p.108, 1 *Isid. Orig. 18, 1, 7* potest . . . oriatur || 24 *Quintil. Inst. 3, 8, 5* quid . . . tumultus || 24—p.108, 2 *Quintil. Inst. 7, 3, 25* quid . . . tumultus

1 reccidere *Zielinski; cf. 4, 10* || 5 quibus . . . adsentior *om.* **nsv** de rebus *om.* **bt** | adsentior *om.* **t** || 8 ut cum **nstv** || 11 uerbi *om.* **nstv** | L.] c. **V** || 11.12 l. caes. amplissimum uir **bv** || 13 is] si **V** || 15 filio . . . sororis] filio ne in nepotem **bnsv** *om.* **t** || 15.16 populi Romani] rei p. **D** || 18 se dicturum **D** se *post* aliam *add. Halm in app., post* fuisse *Baiter; de pronomine omisso cf. Madvig Fin. 660* | eaque **ntv** || 19 quia *post* ille *add. Ernesti dub.* || 20 adsensi estis **ns** || 21 in sententia quidam (quidem **v**) **bntv** || 23.24 ut tumultus esse $\mathbf{V}^1$ sine tumultu tumultus (ut tumultus $\mathbf{V}^2$) esse (esse *post* bello **b**) $\mathbf{DV}^2$ ut tumultus non sit tumultus autem esse *Isid., corr. Garatoni; quod adtinet ad* ut non *cf. H.-Sz. 741* || 24 enim est **tv**, *Quintil. 7, 3, 25* (*om. 3, 8, 5*)

turbatio tanta ut maior timor oriatur? unde etiam nomen ductum est
tumultus. itaque maiores nostri tumultum Italicum quod erat domesticus, tumultum Gallicum quod erat Italiae finitimus, praeterea nullum
nominabant. grauius autem tumultum esse quam bellum hinc intellegi
potest quod bello [Italico] uacationes ualent, tumultu non ualent. ita 5
fit, quem ad modum dixi, ut bellum sine tumultu possit, tumultus sine
4 bello esse non possit. etenim cum inter bellum et pacem medium nihil
sit, necesse est tumultum, si belli non sit, pacis esse: quo quid absurdius
dici aut existimari potest? sed nimis multa de uerbo: rem potius uideamus, patres conscripti, quam quidem intellego uerbo fieri interdum de- 10
teriorem solere.

2 Nolumus hoc bellum uideri. quam igitur municipiis et coloniis ad excludendum Antonium auctoritatem damus? quam ut milites fiant sine
ui, sine multa, studio, uoluntate? quam ut pecunias in rem publicam
polliceantur? si enim belli nomen tollitur, municipiorum studia tollentur; 15
consensus populi Romani, qui iam descendit in causam, si nos languesci-
5 mus, debilitetur necesse est. sed quid plura? D. Brutus oppugnatur: non
est bellum? Mutina obsidetur: ne hoc quidem bellum est? Gallia uastatur:
quae pax potest esse certior? illud uero quis potest bellum esse dicere, quo
consulem, fortissimum uirum, cum exercitu misimus? qui, cum esset 20
infirmus ex graui diuturnoque morbo, nullam sibi putauit excusationem
esse oportere, cum ad rei publicae praesidium uocaretur. C. quidem Caesar non exspectauit uestra decreta, praesertim cum illud esset aetatis:
bellum contra Antonium sua sponte suscepit. decernendi enim tempus
nondum erat: bellum autem gerendi tempus si praetermisisset, uidebat 25
6 re publica oppressa nihil posse decerni. ergo illi nunc et eorum exercitus
in pace uersantur. non est hostis is cuius praesidium Claterna deiecit

4–5 *Isid. Orig. 18, 1, 7* grauius . . . ualent

2 tumultus *del. Cobet* || 3.4 nullum tumultum nominabant **D**; *cf. Lebreton 30* || 4 esse tumultum *Isid.* | hic **V** || 5 potest] licet **D** | hinc intellegi potest *om. Isid.* | quod] nam *Isid.* | bello] bello italico **V** (*cf. Lutz 35*) bello gallico **D** in bello *Isid., corr. Faernus; cf. K.-St. I 359* | in tumultu *Isid.* || 12 nolimus **V**; *sed cf. Sternkopf II 111* || 13 fiant] sint **D** || 14 multa studio] tumultu studio et **D**; *cf. tamen King 199* || 15 tolleitur **V** tolletur **ς** | tolluntur **D**; tollitur . . . tollentur *probb. Lutz 23 coll. Cic. Off. 1, 106 et Sternkopf II 111 coll. 7, 19; cf. etiam quae fuse disputaui in Ciceroniana 3–6, 1961–1964, 39* || 17 D.] dum **nst** || 18 Mutina obsidetur] mutine dominaretur seturna opsidetur **V**; *uocem* dominaretur *ex § 7 huc irrepsisse censet Halm;* seturna *ex* -sidetur *et* -na (*i. e.* mutine) *ortum esse putat Clark Desc. 184* Mutina, colonia uetus et firma, opsidetur *coni. Lehmann* (*coll. 5, 24; 7, 15*); *cf. tamen Schöll 29* | nec hoc **sv** || 19 potest pax **D** || 19.20 quo consulem] consulem **V** quo **D** quod consulem *Halm in app., corr. Garatoni* (*prob. Sternkopf II 111*) || 21 ex] et **V** || 22 rem publicam **ns** | C. quidem] quidem **V** equidem **t** || 23 esset illius **bnsv** esset illud **t** || 25 erat] uenerat **bntv** nouerat **s** | belli **D** || 26 et eorum] ceterorum **nst**

Hirtius; non est hostis qui consuli armatus obsistit, designatum consulem
oppugnat, nec illa hostilia uerba nec bellica quae paulo ante ex conlegae
litteris Pansa recitauit: 'deieci praesidium; Claterna potitus sum; fugati
equites; proelium commissum; occisi aliquot.' quae pax potest esse maior?
5 dilectus tota Italia decreti sublatis uacationibus; saga cras sumentur;
consul se cum praesidio descensurum esse dixit. utrum hoc bellum non 7
est, an est tantum bellum quantum numquam fuit?

Ceteris enim bellis maximeque ciuilibus contentionem rei publicae
causa faciebat. Sulla cum Sulpicio de iure legum quas per uim [con. Sulla]
10 latas esse dicebat; Cinna cum Octauio de nouorum ciuium suffragiis; rursus cum Mario et Carbone Sulla ne dominarentur indigni et ut clarissimorum hominum crudelissimam puniretur necem. horum omnium bellorum causae ex rei publicae contentione natae sunt. de proximo bello
ciuili non libet dicere: ignoro causam, detestor exitum. hoc bellum quin-
15 tum ciuile geritur — atque omnia in nostram aetatem inciderunt — pri- 3 8
mum non modo non in dissensione et discordia ciuium sed in maxima
consensione incredibilique concordia. omnes idem uolunt, idem defendunt, idem sentiunt. cum omnis dico, eos excipio quos nemo ciuitate dignos putat. quae est igitur in medio belli causa posita? nos deorum im-
20 mortalium templa, nos muros, nos domicilia sedesque populi Romani,
aras, focos, sepulcra maiorum, nos leges, iudicia, libertatem, coniuges,
liberos, patriam defendimus: contra M. Antonius id molitur, id pugnat
ut haec omnia perturbet, euertat, praedam rei publicae causam belli
putet, fortunas nostras partim dissipet partim dispertiat parricidis.

25 In hac tam dispari ratione belli miserrimum illud est quod ille latroni- 9
bus suis pollicetur primum domos; urbem enim diuisurum se confirmat;
deinde omnibus portis quo uelint deducturum. omnes Cafones, omnes
Saxae ceteraeque pestes quae sequuntur Antonium aedis sibi optimas,
hortos, Tusculana, Albana definiunt. atque etiam homines agrestes, si
30 homines illi ac non pecudes potius, inani spe ad aquas usque et Puteolos

1 obsistit] obsidet qui **b** obsidet **t** *om.* **nsv**; *cf. Cic. Rab. perd. 35* || 5 crassa **nsv** || 6 esse *om.* **D** || 7 an est] etiam **V** (*prob. Hauschild 301*) an etiam **D** *corr. C. F. W. Müller; de repetita uoce* est *cf. Seyffert, Laelius de amicitia dialogus, Lipsiae* 1876^2*, 85* | bellum est an non est tantum bellum *Halm in app.* bellum non est an est iam tantum bellum *Lutz* || 9 ⟨contendebat⟩ (*uel* contendit) Sulla *Sternkopf* || 9.10 con. sulla latas **V**^{1} (con. *del.* **V**^{2}) latas (lata **t**) sulla **D** consul Sulla latas *Halm* (*cf. Schöll 20*) con. Sulla *ipse deleui* || 12 poeniretur] poenirentur **V** puniret **bvn**^{2} persequeretur *Cobet; quod adtinet tamen ad* puniri *pro* punire *ap. Cic. cf. e. g. Off. 1, 88, Tusc. 1, 107; uide etiam Hauschild 302* || 16 non modo in **nstv** || 19 causa *post* igitur **Cus.** | nos deorum **V Cus.** deorum **D** deorum nos **n**^{2} || 22 defendamus **Cus.** | id pugnat *om.* **Cus.** || 26 diuisurum es **V** se diuisurum **D** se diuisurum esse *Faernus, corr.* ς || 29 homines agrestes si *om.* **V** || 30 illi an non pecudes potius **V** sunt illi (illi sunt **v**) potius quam (quam potius **b** quam potius quam **n**^{1}**s**) pecudes **D** *corr. Faernus; quod adtinet ad* ac non potius *cf. K.-St. II 41* | et Puteolos] puteolanas **btv** et puteolas **ns**

peruehuntur. ergo habet Antonius quod suis polliceatur. quid? nos num quid tale habemus? di meliora! id enim ipsum agimus ne quis posthac quicquam eius modi possit polliceri. inuitus dico, sed dicendum est: hasta Caesaris, patres conscripti, multis improbis et spem adfert et audaciam. uiderunt enim ex mendicis fieri repente diuites: itaque semper (5) hastam uidere cupiunt ei qui nostris bonis imminent; quibus omnia polli- 10 cetur Antonius. quid? nos nostris exercitibus quid pollicemur? multo meliora atque maiora. scelerum enim promissio et eis qui exspectant perniciosa est et eis qui promittunt: nos libertatem nostris militibus, leges, iura, iudicia, imperium orbis terrae, dignitatem, pacem, otium pollicemur. (10) Antoni igitur promissa cruenta, taetra, scelerata, dis hominibusque inuisa, nec diuturna nec salutaria: nostra contra honesta, integra, gloriosa, plena laetitiae, plena pietatis.

4 11 Hic mihi etiam Q. Fufius, uir fortis ac strenuus, amicus meus, pacis commoda commemorat. quasi uero, si laudanda pax esset, ego id aeque (15) commode facere non possem. semel enim pacem defendi, non semper otio studui? quod cum omnibus bonis utile esset, tum praecipue mihi. quem enim cursum industria mea tenere potuisset sine forensibus causis, sine 12 legibus, sine iudiciis? quae esse non possunt ciuili pace sublata. sed quaeso, Calene, quid tu? seruitutem pacem uocas? maiores quidem nostri non (20) modo ut liberi essent sed etiam ut imperarent, arma capiebant: tu arma abicienda censes ut seruiamus? quae causa iustior est belli gerendi quam seruitutis depulsio? in qua etiam si non sit molestus dominus, tamen est miserrimum posse, si uelit. immo aliae causae iustae, haec necessaria est. nisi forte ad te hoc non putas pertinere, quod te socium fore speras dominationis (25) Antoni. in quo bis laberis: primum quod tuas rationes communibus interponis; deinde quod quicquam stabile aut iucundum in regno 13 putas. non, si tibi antea profuit, semper proderit. quin etiam de illo homine queri solebas: quid te facturum de belua putas? atque ais eum te esse qui semper pacem optaris, semper omnis ciuis uolueris saluos. ho- (30)

14 *Schol. Bob. p. 85, 24 St.* auctore huius conspirationis Q. Fufio Caleno tribuno pl., cuius mentionem celeberrimam Tullius in Philippicis orationibus facit

1 prouehuntur *ed. Romana, fort. recte: cf. tamen Clark, Cl. R. 14, 1900, 406* || 1, 2 *sic dist. C.F.W. Müller* || 2 di] det **nstv** | ne] p. ne **V** || 5 uiderunt enim ex mendicis] sui enim ex me didicerunt **D**; *quod adtinet ad* ex mendicis *cf. K.-St. I 18* || 7 *sic dist. C.F.W. Müller* quid nos nostris exercitibus? *dist. Wernsdorf* || 8–9 et his ... et his **D** || 9, 10 iura leges **D** || 15 id aeque] idem **nsv** id **t** || 17 esset] est **D**; *cf. tamen Lebreton 340* || 20 *sic dist. Pluygers* quid *del. Schütz; cf. Sh. B. Att. IV 389* || 21–22 *sic dist. Halm* || 21 tu] at tu **stv** || 22 gerendi *om.* **Cus.**; *cf. tamen Fraenkel Les. 91* || 24 ⟨esse⟩ posse *Pluygers* | alia causa iusta (iusta ac **nsv**) **D** | est *om.* **D** || 26 liberis **V**[1] falleris **D** *corr.* **V**[2] || 27 anteponis **D**; *cf. Cic. Verr. 2, 3, 175* | in regno aut iucundum **bnv** || 28 etiam enim **V** etiam memini *Faernus; sed cf. Schöll 21* || 29 atque ais] at qui es **bnsv** atque aes **t** || 29, 30 cum te esse **b** *om.* **nsv** || 30 honesta] omne ista **V**; *cf. Ter. Andr. 141, Cic. Off. 2, 69, Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 146 sq.*

nesta oratio, sed ita si bonos et utilis et e re publica ciuis: sin eos qui
natura ciues sunt, uoluntate hostes, saluos uelis, quid tandem intersit
inter te et illos?

Pater tuus quidem, quo utebar sene auctore adulescens, homo seuerus
5 et prudens, primas omnium ciuium P. Nasicae qui Ti. Gracchum inter-
fecit dare solebat: eius uirtute, consilio, magnitudine animi liberatam rem
publicam arbitrabatur. quid? nos a patribus num aliter accepimus? ergo 14
is tibi ciuis, si temporibus illis fuisses, non probaretur, quia non omnis
saluos esse uoluisset. 'quod L. Opimius consul uerba fecit de re publica,
10 de ea re ita censuerunt uti L. Opimius consul rem publicam defenderet.'
senatus haec uerbis, Opimius armis. num igitur eum, si tum esses, te-
merarium ciuem aut crudelem putares, aut Q. Metellum, cuius quattuor
filii consucares, P. Lentulum, principem senatus, compluris alios summos
uiros qui cum Opimio consule armati Gracchum in Auentinum persecuti
15 sunt? quo in proelio Lentulus graue uolnus accepit, interfectus est
Gracchus et M. Fuluius consularis, eiusque duo adulescentuli filii. illi
igitur uiri uituperandi: non enim omnis ciuis saluos esse uoluerunt. ad 5 15
propiora ueniamus. C. Mario L. Valerio consulibus senatus rem publicam
defendendam dedit: L. Saturninus tribunus plebis, C. Glaucia praetor
20 est interfectus. omnes illo die Scauri, Metelli, Claudii, Catuli, Scaeuolae,
Crassi arma sumpserunt. num aut consules illos aut clarissimos uiros
uituperandos putas? ego Catilinam perire uolui. num tu qui omnis saluos
uis Catilinam saluum esse uoluisti? hoc interest, Calene, inter meam sen-
tentiam et tuam. ego nolo quemquam ciuem committere ut morte mul-
25 tandus sit; tu, etiam si commiserit, conseruandum putas. in corpore si
quid eius modi est quod reliquo corpori noceat, id uri secarique patimur
ut membrum aliquod potius quam totum corpus intereat. sic in rei pu-
blicae corpore, ut totum saluum sit, quicquid est pestiferum amputetur.
dura uox! multo illa durior: 'salui sint improbi, scelerati, impii; delean- 16
30 tur innocentes, honesti, boni, tota res publica!'

4—6 *huc pert. Schol. Lucan. 1, 267*

1 ratio **nsv** | utiles r. p. ciues **bt** utilis et r. p. ciues **nsv**; *cf. K.-St. I 215, H.-Sz. 428* || 2 interest **D**, *prob. Zielinski Claus. 215; cf. tamen plurima exempla a Lebreton 375—378 allata* || 4 pater tuus quidem] quid pater tandem tuus **b** quid pater dein tuus **nsv** qui pater dem tuus **t** | auctore *om.* **D** || 6 dare] dicere **nsv** || 8 ciuis *post* omnis *transt. Schwarz; cf. tamen § 15* qui omnis saluos uis || 10 L. *om.* **D** || 12 aut Q.] atq. **V** an Q. *Halm in app.* || 13 senatus] senatorem **VD** (-es **s**) *corr. Ferrarius* || 14 cum l. opimio **D** || 16 consulares **VD** *corr. Ferrarius* || 18 Valerio *om.* **V** || 19 C. *om.* **bns** | praetor] populi romani **VD** *corr.* **s**[2] || 21 aut consules] autem **D** | hos *post* clarissimos *add. Mommsen* || 24 ciuem] quem **V** || 25 ⟨ut⟩ in corpore *Cobet* || 26 id uri] aduri **Cus.** **V**[2] uri **D** || 27 membrum **V** **Cus.** membrorum **bnsv** membra **t** || 29 impii facinorosi audaces libidinosi **Cus.** || 30 boni sancti temperantes modesti **Cus.**

Vno in homine, Q. Fufi, fateor te uidisse plus quam me. ego P. Clodium
arbitrabar perniciosum ciuem, sceleratum, libidinosum, impium, auda-
cem, facinerosum, tu contra sanctum, temperantem, innocentem, mo-
destum, retinendum ciuem et optandum. in hoc uno te plurimum uidisse,
me multum errasse concedo. nam quod me tecum iracunde agere dixisti 5
solere, non est ita. uehementer me agere fateor, iracunde nego. omnino
17 irasci amicis non temere soleo, ne si merentur quidem. itaque sine uerbo-
rum contumelia a te dissentire possum, sine animi summo dolore non
possum. parua est enim mihi tecum aut parua de re dissensio? ego huic
faueo, tu illi? immo uero ego D. Bruto faueo, tu M. Antonio: ego conser- 10
6 uari coloniam populi Romani cupio, tu expugnari studes. an hoc negare
potes, qui omnis moras interponas quibus infirmetur Brutus, melior fiat
Antonius? quo usque enim dices pacem uelle te? res geritur; conductae
uineae sunt; pugnatur acerrime. qui intercurrerent, misimus tres princi-
pes ciuitatis. hos contempsit, reiecit, repudiauit Antonius: tu tamen per- 15
18 manes constantissimus defensor Antoni. et quidem, quo melior senator
uideatur, negat se illi amicum esse debere: cum suo magno esset beneficio,
uenisse eum contra se. uide⟨te⟩ quanta caritas sit patriae: cum homini
sit iratus, tamen rei publicae causa defendit Antonium.

Ego te, cum in Massiliensis tam es acerbus, Q. Fufi, non animo aequo 20
audio. quo usque enim Massiliam oppugnabis? ne triumphus quidem fi-
nem facit belli, per quem lata est urbs ea sine qua numquam ex Trans-
alpinis gentibus maiores nostri triumphauerunt. quo quidem tempore
populus Romanus ingemuit: quamquam proprios dolores suarum rerum
omnes habebant, tamen huius ciuitatis fidelissimae miserias nemo erat 25
19 ciuis qui a se alienas arbitraretur. Caesar ipse qui illis fuerat iratissimus
tamen propter singularem eius ciuitatis grauitatem et fidem cotidie ali-
quid iracundiae remittebat: te nulla sua calamitate ciuitas satiare tam
fidelis potest? rursus iam me irasci fortasse dices. ego autem sine iracun-
dia dico omnia nec tamen sine dolore animi: neminem illi ciuitati inimi- 30
cum esse arbitror qui amicus huic sit ciuitati. excogitare quae tua ratio

1–5 *de re cf. Dorey, Cl. Ph. 63, 1968, 214* || 5 me[1] *om.* **nstv** | quod *om.* **D**; *de nexu* nam quod *cf. K.-St. II 118* || 9 huic] huic uel illi (uelliti **t** uel illi *del.* **n**[2]) uidelicet **D** || 10 ego . . . Antonio *del. Pluygers* | conseruare **D** || 12 interponis **D** || 13 dicis **D** || 13.14 conductae uineae] gladio, actae uineae *Koch* comminus, actae uineae *Schmidt* constructae loricae *Hirschfelder* comminus copiae, actae uineae *Sternkopf; cf. tamen King 205* || 14 uineae] liniae **V** lineae **D** *corr. ed. Veneta* || 16 et quidem] equidem **D** || 17 se illi] ci illi **V** se ei *Clark dub. in app.* | esset] esse **D** || 18 eum] reum **D** | *add. Manutius; cf. 10, 23* || 20 es] sis **D** | Q. *om.* **D** || 22 fecit **D** faciet *Pluygers* | sublata **D**; *cf. tamen Ernesti 1473* || 23 triumpharunt **bnst**, *prob. Zielinski Claus. 215; sed clausula dispondaica bona est* || 26 ciuis qui a se] quis quas **V**[1] quis quas se **V**[2] || 28 de iracundia *Cobet (coll. 1, 12; 13, 2; Fam. 10, 2, 1); fort. recte* | te nulla sua] nulla **D** | satiari **sv** || 30 ut omnia **D**; *sed cf. King 206* | animi *om.* **D** || 31 sit huic **D** | ciuitati *del. Faernus*

sit, Calene, non possum. antea deterrere te ne popularis esses non pote-
ramus: exorare nunc ut sis popularis non possumus. satis multa cum Fu-
fio ac sine odio omnia, nihil sine dolore. credo autem, qui generi quere-
lam moderate ferat, aequo animo laturum amici.

5 Venio ad reliquos consularis, quorum nemo est – iure hoc meo dico – 7 20
quin mecum habeat aliquam coniunctionem gratiae, alii maximam, alii
mediocrem, nemo nullam. quam hesternus dies nobis, consularibus dico,
turpis inluxit! iterum legatos? quid si ille faceret indutias? ante os ocu-
losque legatorum tormentis Mutinam uerberauit; opus ostendebat muni-
10 tionemque legatis; ne punctum quidem temporis, cum legati adessent,
oppugnatio respirauit. ad hunc legatos? cur? an ut eorum reditu uehe-
mentius pertimescatis? equidem cum ante legatos decerni non censuissem, 21
hoc me tamen consolabar, [quod] cum illi ab Antonio contempti et reiecti
reuertissent renuntiauissentque senatui non modo illum de Gallia non
15 discessisse, uti censuissemus, sed ne a Mutina quidem recessisse, potesta-
tem sibi D. Bruti conueniendi non fuisse, fore ut omnes inflammati odio,
excitati dolore, armis, equis, uiris D. Bruto subueniremus. nos etiam
languidiores postea facti sumus quam M[arus]. Antoni non solum auda-
ciam et scelus sed etiam insolentiam superbiamque perspeximus. utinam 22
20 L. Caesar ualeret, Ser. Sulpicius uiueret: multo melius haec causa agere-
tur a tribus quam nunc agitur ab uno. dolenter hoc dicam potius quam
contumeliose. deserti, deserti, inquam, sumus, patres conscripti, a prin-
cipibus. sed – saepe iam dixi – omnes in tanto periculo qui recte et
fortiter sentient erunt consulares. animum nobis adferre legati debuerunt:
25 timorem attulerunt – quamquam mihi quidem nullum – quamuis de
illo ad quem missi sunt bene existiment: a quo etiam mandata accepe-
runt.

Pro di immortales! ubi est ille mos uirtusque maiorum? C. Popilius 8 23
apud maiores nostros cum ad Antiochum regem legatus missus esset et
30 uerbis senatus nuntiasset ut ab Alexandria discederet quam obsidebat,

1 antea] ate antea **V** ante *Clark dub. in app.* || 2 exorare *post* popularis **D** || 4 aequo . . . amici] aequoniam o (*corr.* $\mathbf{V}^2$) laturum $\mathbf{V}^1$ aequo animo amici laturum *Halm* || 5 uenio nunc ad **D** || 6 quin] quia $\mathbf{V}^1$ (*corr.* $\mathbf{V}^2$) qui non **bns** || 8 quid si ille] qui si ille **V** quod si ille **bt** quid ille **nsv** quid? ut ille *Halm in app.* quasi ille *Clark, Cl. R. 14, 1900, 406, corr. C. F. W. Müller* | os] hos **V** c͠s **nsv** eis **t** || 11 an ut in eorum **nsv** || 12 antea cum **D** | decernitis **ns** || 13 *del. Lambinus* | relicti **nstv** || 14 renuntiauissentque] dixissentque **bsv** que **t** | de] e **D** || 15 uti] ut **D** || 16 foret ut *Halm (prob. King 207)* ⟨sperabam⟩ fore ut *C. F. W. Müller* || 17 uiris] uiribus **D**; *cf. Cic. Fam. 9, 7, 1, Liu. 35, 44, 5* || 18 facti sumus postea **D**; *cf. K.-St. II 354* | M.] marus **V** *om.* **D** *corr. Faernus* || 21 agatur **nsv** || 22 deserti inquam *om.* **D** || 23 saepiam **V** iam saepe **D** ⟨ut⟩ saepe iam *Orelli, corr. Poggius* || 25 mihi quidem amissi sunt $\mathbf{V}^1$ amissi sunt *del.* $\mathbf{V}^2$; *cf. Clark Desc. 179 sq.* | nullum umquam timorem **D** || 30 denuntiasset **s**; *cf. tamen 6, 4* | ab] ex **s** *om.* **btv**

cum tempus ille differret, uirgula stantem circumscripsit dixitque se
renuntiaturum senatui, nisi prius sibi respondisset quid facturus esset
quam ex illa circumscriptione exisset. praeclare: senatus enim faciem se-
cum attulerat auctoritatemque [re publica]. cui qui non paret, non ab eo
24 mandata accipienda sunt, sed ipse est potius repudiandus. an ego ab eo 5
mandata acciperem qui senatus mandata contemneret? aut ei cum se-
natu quicquam commune iudicarem qui imperatorem populi Romani se-
natu prohibente obsideret? at quae mandata! qua adrogantia, quo stu-
pore, quo spiritu! cur autem ea legatis nostris dabat cum ad nos Cotylam
mitteret, ornamentum atque arcem amicorum suorum, hominem aedili- 10
cium? si uero tum fuit aedilis cum eum iussu Antoni in conuiuio serui
25 publici loris ceciderunt. at quam modesta mandata! ferrei sumus, patres
conscripti, qui quicquam huic negemus. 'utramque prouinciam' inquit
'remitto: exercitum depono: priuatus esse non recuso.' haec sunt enim
uerba. redire ad se uidetur. 'omnia obliuiscor, in gratiam redeo.' sed quid 15
adiungit? 'si legionibus meis sex, si equitibus, si cohorti praetoriae prae-
mia agrumque dederitis.' eis etiam praemia postulat quibus ut ignoscatur
si postulet, impudentissimus iudicetur. addit praeterea ut, quos ipse cum
26 Dolabella dederit agros, teneant ei quibus dati sint. hic est Campanus
ager et Leontinus, quae duo maiores nostri annonae perfugia ducebant. 20
9 cauet mimis, aleatoribus, lenonibus: Cafoni etiam et Saxae cauet, quos
centuriones pugnacis et lacertosos inter mimorum et mimarum greges
conlocauit. postulat praeterea ut chirographorum sua et commentariorum
conlegaeque sui decreta maneant. quid laborat ut habeat quod quisque
mercatus est, si quod accepit habet qui uendidit? et ne tangantur ratio- 25

1 uirgula tandem **bv** uirgulas tandem **nt** || 1.2 se non ante (antea **b**) renuntiaturum **D** se *del. Jeep;* se renuntiaturum *def. King 208: cf. etiam Sternkopf II 57* | senatui *del. Nipperdey* || 3 exisset] excessit **bn**^{1}**tv** (*prob. Zielinski Claus. 215; cf. tamen Schöll 30*) excessisset **sn**^{2} || 4 auctoritatem **bv** auctoritatem et **n**^{1}**s** auctoritate **t** et auctoritatem **n**^{2} | re publica **V** r. p. **bnv** p. **st** populi Romani *Lambinus* rei publicae *Kayser, del. Sternkopf; cf. enim § 23* uerbis senatus ... se renuntiaturum senatui; *§ 24* senatus mandata ... senatu prohibente | cui] cui is **b** ciuis **nst** cuius **v** || 5 potius] totus **D** (*cf. fortasse Cic. Att. 9, 2, 1* repudiare se totum) || 5.6 mandata ab eo **sv** || 8 at] a **V**^{1} ad **V**^{2}*; cf. tamen Sternkopf II 57* | quo stupore] quo tumore *Mommsen* || 11.12 serui publici loris] seruitores **D** || 12 ad quem **nsv** | ferrei] ferret hii **b** ferret .ii. **ns** ferreti **t** ferret hi **v** || 14 non] nunc **V**^{1} (*corr.* **V**^{2}) || 16 sex] et **D** (*del.* **n**^{2}) | praemia] praedam **VD** (praeda **v**) praedia *Clark* (*coll. Mon. Anc. 16* pecuniam pro agris ... quam pro Italicis praediis numeraui), *corr. Ernesti, prob. Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 147: cf. enim quae continuo sequuntur* || 17 his etiam **btv** || 18 ut *om.* **D** || 19 sunt **nstv** || 21 memisi **V**^{1} mimisi **V**^{2} | et aleatoribus **D** || 23 chirographorum (-aphum **s**^{1}**v**) et commentariorum (-atorum **v**) sua **D** [chirographorum] sua [et commentariorum] *Schelle* (chirographorum *secl. iam Mommsen, auct. Halm; cf. etiam King 209*) chirographorum summa et commentariorum *Clark; tradita def. Sternkopf II 59. 114; cf. etiam Schöll 30 et de nexu* commentariorum et chirographorum *1, 16; 2, 35* || 25 quid **ns** | habeat **D** | ne tangantur] negantur **V**

nes ad Opis: id est, ne septiens miliens recuperetur; ne fraudi sit VII
uiris quod egissent. Nucula hoc, credo, admonuit: uerebatur fortasse ne
amitteret tantas clientelas. caueri etiam uolt eis qui secum sint quicquid
contra leges commiserint. Mustelae et Tironi prospicit: de se nihil laborat. 27
5 quid enim commisit umquam? num aut pecuniam publicam attigit aut
hominem occidit aut secum habuit armatos? sed quid est quod de eis la-
boret? postulat enim ne sua iudiciaria lex abrogetur. quo impetrato quid
est quod metuat? an ne suorum aliquis a Cyda, Lysiade, Curio condemne-
tur? neque tamen nos urget mandatis pluribus; remittit aliquantum et
10 relaxat. 'Galliam' inquit 'togatam remitto, comatam postulo' — otiosus
uidelicet esse mauolt — 'cum sex legionibus' inquit 'eisque suppletis ex
D. Bruti exercitu', non modo ex dilectu suo, tam diuque ut obtineat dum
M. Brutus C. Cassius consules proue coss. prouincias obtinebunt. huius
comitiis C. frater — eius est enim annus — iam repulsam tulit. 'ipse autem
15 ut quinquennium' inquit 'obtineam.' at istud uetat lex Caesaris, et tu 28
acta Caesaris defendis.

Haec tu mandata, L. Piso, et tu, L. Philippe, principes ciuitatis, non **10**
dico animo ferre uerum auribus accipere potuistis? sed, ut suspicor, terror
erat quidam: nec uos ut legati apud illum fuistis nec ut consulares, nec
20 uos uestram nec rei publicae dignitatem tenere potuistis. et tamen
nescio quo pacto sapientia quadam, credo, quod ego non possem, non
nimis irati reuertistis. uobis M. Antonius nihil tribuit, clarissimis uiris,
legatis populi Romani: nos quid non legato M. Antoni Cotylae concessi-
mus? cui portas huius urbis patere ius non erat, huic hoc templum patuit,
25 huic aditus in senatum fuit, hic hesterno die sententias uestras in codicil-
los et omnia uerba referebat, huic se etiam summis honoribus usi contra
suam dignitatem uenditabant.

O di immortales! quam magnum est personam in re publica tueri prin- 29
cipis! quae non animis solum debet sed etiam oculis seruire ciuium. do-
30 mum recipere legatum hostium, in cubiculum admittere, etiam seducere
hominis est nihil de dignitate, nimium de periculo cogitantis. quod autem
est periculum? nam si maximum in discrimen uenitur, aut libertas parata

1 opes **n**[1] (*corr.* **n**[2])**sv** | ne[1]] ne sestertium **D** || 2 Nucula] nunc illa **bnsv** nunc ulla **t**; *cf. Münzer RE XVII (1936) 1238 sq.* | hoc *om.* **D** || 5 attingit **V** || 10 togatam] totam **D**; *cf. H.-Sz. 711* || 11 malo **bnsv** mauolo **t** || 12 obtineam *Cobet; cf. tamen C. F. W. Müller CXVIII* | dum] quamdiu **nsv** || 13 M.] d. **sv** || 14 annus iam] iam annus ut **V** || 14. 15 ipse autem ut] aut **bntv** ut **s** | ipsi ... obtineant *Schelle* || 15 obtineant **nsv** optineat **t** | uetat] et **b** tua et **nsv** tue et ad **t** || 15. 16 et tu acta Caesaris *om.* **D** || 16 defendit **D** || 17 L.[1] *om.* **V** || 22 nimis irati] miserati **nstv** | uobisque antonius **ns** || 23 quid] qui **V** | M. *om.* **D** || 24 erat] fuit **D** || 25 huic ... fuit *del. Pluygers* || 26 usi] i **Vt** hii **b** sed **s**[1] si **n**[1] (*eras.* **n**[2])**s**[2] hic **v** *corr. Ferrarius* || 27 dignitatem suam **D** || 29 animis] armis **D** || 30 reducere **D**; *cf. 9, 9; Fam. 1, 9, 19; Sternkopf II 65* || 32 est] et **V** | maxime *Faernus* | uenietur **bnst** ueniet **v** | parta **D**

uictori est aut mors proposita uicto: quorum alterum optabile est, alterum effugere nemo potest. turpis autem fuga mortis omni est morte peior.
30 nam illud quidem non adducor ut credam, esse quosdam qui inuideant alicuius constantiae, qui labori eius, qui eius perpetuam in re publica adiuuanda uoluntatem et [a] senatui et populo Romano probari moleste 5
ferant. omnes id quidem facere debebamus, eaque erat non modo apud maiores nostros sed etiam nuper summa laus consularium, uigilare [cogitare], adesse animo, semper aliquid pro re publica aut cogitare aut fa-
31 cere aut dicere. ego, patres conscripti, Q. Scaeuolam augurem memoria teneo bello Marsico, cum esset summa senectute et perdita ualetudine, 10
cotidie simul atque luceret facere omnibus conueniendi potestatem sui: nec eum quisquam illo bello uidit in lecto, senexque et debilis primus ueniebat in curiam. huius industriam maxime equidem uellem ut imitarentur ei quos oportebat; secundo autem loco ne alterius labori inui-
11
32 derent. etenim, patres conscripti, cum in spem libertatis sexennio post 15
sumus ingressi diutiusque seruitutem perpessi quam captiui frugi et diligentes solent, quas uigilias, quas sollicitudines, quos labores liberandi populi Romani causa recusare debemus? equidem, patres conscripti, quamquam hoc honore usi togati solent esse, cum est in sagis ciuitas, statui tamen a uobis ceterisque ciuibus in tanta atrocitate temporis tan- 20
taque perturbatione rei publicae non differre uestitu. non enim ita gerimus nos hoc bello consulares ut aequo animo populus Romanus uisurus sit nostri honoris insignia, cum partim e nobis ita timidi sint ut omnem populi Romani beneficiorum memoriam abiecerint, partim ita a re publica auersi ut se hosti fauere prae se ferant, legatos nostros ab Antonio de- 25
spectos et inrisos facile patiantur, legatum Antoni subleuatum uelint. hunc enim reditu ad Antonium prohiberi negabant oportere et in eodem excipiendo sententiam meam corrigebant. quibus geram morem. redeat ad imperatorem suum Varius, sed ea lege ne umquam Romam reuertatur. ceteris autem, si errorem suum deposuerint et cum re publica in gratiam 30
redierint, ueniam et impunitatem dandam puto.

1 exposita **D** | uicto] uicit **V** uictis *Halm in app.* || 2 autem *om.* **Cus.** || 4 labori eius, qui eius] labori eius **V** laboribus qui eius **n** labori, qui *Clark* || 5 et a senatui et populi **V** et a senatu et a populo **D** *corr. Halm* || 6 debemus **btv** debeamus **ns** || 7 *del. Faernus* || 8 aut cogitare *om.* **D**; *cf. Clark Desc. 196* || 9 patres conscripti *om.* **D** || 11 liceret **nsv** | conueniendũi **V** *del. Cobet* | potest autem sui **V** sui potestatem **D** *corr. Halm; cf. K.-St. I 609* || 12 neque **D** | et *om.* **V** || 13 quidem **V** || 15 cum] quoniam *Orelli* | post *om.* **D** || 16 simus **nstv** | captiui serui fruget **V**[1] (frugi **V**[2], *quod def. Sternkopf II 66*); *cf. tamen Clark, Cl. R. 14, 1900, 406, Desc. 188* || 17–18 liberandi . . . recusare] in hac re nos habere **Cus.** || 21 uestitum **ntv** || 23 e *om.* **D** | timidi . . . omnem] timidis in tuto ne **b** timidis in tuto est ne ii (*uel* hi) **nsv** timidis induto est nem **t** || 25 ut] ut huic **nstv** | prae se ferant] praefecerant **V** || 26 et inrisos esse **b** esse et inrisos **nstv** || 27 huic **D** | reditum **D** | prohibere **D** || 30 cum . . . gratiam] in r. p. gratiam **nstv**; *cf. 2, 118*

Quas ob res ita censeo: eorum qui cum M. Antonio sunt, qui ab armis 33
discesserint et aut ad C. Pansam aut ad A. Hirtium consules aut ad Decimum Brutum imperatorem, consulem designatum, aut ad C. Caesarem pro praetore ante Idus Martias primas adierint, eis fraudi ne sit quod cum
5 M. Antonio fuerint. si quis eorum qui cum M. Antonio sunt fecerit quod honore praemioue dignum esse uideatur, uti C. Pansa A. Hirtius consules, alter amboue, si eis uidebitur, de eius honore praemioue primo quoque die ad senatum referant. si quis post hoc senatus consultum ad M. Antonium profectus esset praeter L. Varium, senatum existimaturum eum contra
10 rem publicam fecisse.

M. TVLLI CICERONIS

IN M. ANTONIVM

ORATIO PHILIPPICA NONA

Vellem di immortales fecissent, patres conscripti, ut uiuo potius Ser. 1
Sulpicio gratias ageremus quam honores mortuo quaereremus. nec uero dubito quin, si ille uir legationem renuntiare potuisset, reditus eius et uobis gratus fuerit et rei publicae salutaris futurus, non quo L. Philippo
15 et L. Pisoni aut studium aut cura defuerit in tanto officio tantoque munere, sed cum Ser. Sulpicius aetate illis anteiret, sapientia omnibus, subito ereptus e causa totam legationem orbam et debilitatam reliquit. quod si cuiquam iustus honos habitus est in morte legato, in nullo iustior 2
quam in Ser. Sulpicio reperietur. ceteri qui in legatione mortem obierunt
20 ad incertum uitae periculum sine ullo mortis metu profecti sunt: Ser. Sulpicius cum aliqua perueniendi ad M. Antonium spe profectus est, nulla reuertendi. qui cum ita adfectus esset ut, si ad grauem ualetudinem labor accessisset, sibi ipse diffideret, non recusauit quo minus uel ex-

16 *Arus. Gramm. VII 454, 11* sed cum ... omnibus

1 eorum qui cumani sunt **ns** eorum in quicum mani sunt **t** hi qui cumani sunt **v** || 2 et aut] ita quia **V** atque *Christ* item qui *Schöll dub. in app.* | ad[1] *om.* **sv** | ad c. pansam consul **V** | ad[2] *om.* **nstv** | A. *om.* **V** | consules *om.* **V** || 4 primas *om.* **V** || 5 si quis ... fecerit *om.* **D** | quod] quo **bnsv** || 6 quis dignus (-um **s**)**nsv** || 7 uideatur **sv**; *cf. Sternkopf II 68* | primo quoque die *om.* **V**; *cf. K.-St. I 647* || 8 referrent *Zielinski; cf. tamen Sternkopf II 115* | M. *om.* **D** || 9 esset] fuerit **D**; *at cf. Lebreton 276* || 12 mortuo honores **D**; *prob. Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 148 propter uerborum concinnitatem; cf. tamen Ernesti 1479* | uere **V** || 16 illos anteeire sapientia omnis **V**[1] illos anteiret sapientia omnibus **V**[2]; *quod adtinet ad* anteire *cum dat. cf. ThLL II 148, 48 sqq.* || 19 quam ... Sulpicio re- *om.* **V**[1] (*add.* **V**[2]) quam ... Sulpicio *del. C. F. W. Müller; cf. tamen Schöll 30* || 23 in extremo **D**

tremo spiritu, si quam opem rei publicae ferre posset, experiretur. itaque
non illum uis hiemis, non niues, non longitudo itineris, non asperitas uia-
rum, non morbus ingrauescens retardauit, cumque iam ad congressum
conloquiumque eius peruenisset ad quem erat missus, in ipsa cura ac me-
ditatione obeundi sui muneris excessit e uita. 5

3 Vt igitur alia, sic hoc, C. Pansa, praeclare quod et nos ad honorandum
Ser. Sulpicium cohortatus es et ipse multa copiose de illius laude dixisti.
quibus a te dictis nihil praeter sententiam dicerem, nisi P. Seruilio,
c⟨larissimo⟩ ui⟨ro⟩, respondendum putarem, qui hunc honorem statuae
nemini tribuendum censuit nisi ei qui ferro esset in legatione interfectus. 10
ego autem, patres conscripti, sic interpretor sensisse maiores nostros ut
causam mortis censuerint, non genus esse quaerendum. etenim cui lega-
tio ipsa morti fuisset, eius monumentum exstare uoluerunt, ut in bellis
periculosis obirent homines legationis munus audacius. non igitur exem-
pla maiorum quaerenda, sed consilium est eorum a quo ipsa exempla 15
2 4 nata sunt explicandum. Lars Tolumnius, rex Veientium, quattuor lega-
tos populi Romani Fidenis interemit, quorum statuae steterunt usque ad
meam memoriam in rostris: iustus honos: eis enim maiores nostri qui ob
rem publicam mortem obierant pro breui uita diuturnam memoriam red-
diderunt. Cn. Octaui, clari uiri et magni, qui primus in eam familiam quae 20
postea uiris fortissimis floruit attulit consulatum, statuam uidemus in
rostris. nemo tum nouitati inuidebat; nemo uirtutem non honorabat. at
ea fuit legatio Octaui in qua periculi suspicio non subesset. nam cum esset
missus a senatu ad animos regum perspiciendos liberorumque populo-
rum, maximeque, ut nepotem regis Antiochi, eius qui cum maioribus 25
nostris bellum gesserat, classis habere, elephantos alere prohiberet, Lau-
5 diceae in gymnasio a quodam Leptine est interfectus. reddita est ei tum
a maioribus statua pro uita quae multos per annos progeniem eius ho-
nestaret; nunc ad tantae familiae memoriam sola resta[re]t. atqui et
huic et Tullo Cluilio et L. Roscio et Sp. Antio et C. Fulcinio qui a Veien- 30

2 illum *om.* **Cus.** | asperitatis **V** asperitates *Halm in app.* | non uiarum asperitas praepediat **Cus.** || 2–3 uiarum . . . cumque] uiarumque V^1 (*mediis omissis*) non . . . retardauit *add.* V^2*; cf. Sternkopf II 116* || 6 C. *om.* **D** | quod et] quodenset V^1 quod **D** quod ordiens *Sydow, corr.* V^2*; cf. Schöll 30* || 7 es] est **Vstv** | ipsius **V** || 8 P. *om.* **V** || 9 clarissimo uiro] cui V^1 cum **t** c. u. V^2 *om.* **bnsv** *corr. Mommsen; cf. Clark Desc. 182* || 10 ei] ei p. **V** *om.* **nstv** || 11 patres conscripti sic *om.* V^1 .ps. *add.* V^2 || 13 morti] mortis causa **ς** (*e § 3, l. 12: cf. Schöll 30*) causa mortis *C. F. W. Müller; cf. Sternkopf II 72* | ut in *om.* **V** in *del. Halm; quod adtinet ad* in bellis periculosis *cf. K.-St. I 360; de* ut . . . audacius *cf. K.-St. II 233* || 15 a *om.* **D** || 18 meam] nostram **D** | in rostris *ante* steterunt **D***; cf. Clark Desc. 188, Zielinski Claus. 215* | eis *om.* **V** || 20 et magni uiri **D** || 22.23 et ea *Kraffert* || 24 respiciendos **V** || 25 antiochi regis **D** || 28 a *om.* **bsv** | honestauit *Cobet* || 29 restaret **VD** (*def. Sternkopf II 73*) *corr. Ernesti; cf. enim King 219* | atque **D** || 30 cluuio **VD** Cloelio *Ursinus, corr. Garatoni; cf. Liu. 4, 17, 1, Plin. N. H. 34, 23*

tium rege caesi sunt non sanguis qui est profusus in morte, sed ipsa mors ob rem publicam obita honori fuit. itaque, patres conscripti, si Ser. 3 Sulpicio casus mortem attulisset, dolerem equidem tanto rei publicae uolnere, mortem uero eius non monumento, sed luctu publico esse or- 5 nandam putarem. nunc autem quis dubitat quin ei uitam abstulerit ipsa legatio? secum enim ille mortem extulit quam, si nobiscum remansisset, sua cura, optimi fili fidelissimaeque coniugis diligentia uitare potuisset. at ille cum uideret, si uestrae auctoritati non paruisset, dissimilem se fu- 6 turum sui, sin paruisset, munus sibi illud pro re publica susceptum uitae 10 finem fore, maluit in maximo rei publicae discrimine emori quam minus quam potuisset uideri rei publicae profuisse. multis illi in urbibus iter qua faciebat reficiendi se et curandi potestas fuit. aderat et hospitum inuitatio liberalis pro dignitate summi uiri et eorum hortatio qui una erant missi ad requiescendum et uitae suae consulendum. at ille prope- 15 rans, festinans, mandata uestra conficere cupiens, in hac constantia morbo aduersante perseuerauit. cuius cum aduentu maxime perturbatus 7 esset Antonius, quod ea quae sibi iussu uestro denuntiarentur auctoritate erant et sententia Ser. Sulpici constituta, declarauit quam odisset senatum, cum auctorem senatus exstinctum laete atque insolenter tulit. 20 non igitur magis Leptines Octauium nec Veientium rex eos quos modo nominaui quam Ser. Sulpicium occidit Antonius: is enim profecto mortem attulit qui causa mortis fuit. quocirca etiam ad posteritatis memoriam pertinere arbitror exstare quod fuerit de hoc bello iudicium senatus. erit enim statua ipsa testis bellum tam graue fuisse ut legati interitus honoris 25 memoriam consecutus sit. quod si excusationem Ser. Sulpici, patres con- 4 8 scripti, legationis obeundae recordari uolueritis, nulla dubitatio relinquetur quin honore mortui quam uiuo iniuriam fecimus sarciamus. uos enim, patres conscripti, — graue dictu est sed dicendum tamen — uos, inquam, Ser. Sulpicium uita priuastis: quem cum uideretis re magis 30 morbum quam oratione excusantem, non uos quidem crudeles fuistis — quid enim minus in hunc ordinem conuenit? — sed cum speraretis nihil

21—22 *Quintil. Inst. 7, 3, 18* is . . . fuit

2 habita **Vbnsv**; *cf. tamen Cic. Sest. 83* || 3 dolorem **VD** *corr.* **n**[2] | quidem **V** || 4 monumentis sed **bn** monu(-i-)mentis et **stv**; *cf. Cic. Sest. 83* | ornandam] decorandam **b** orandam **n**[1] honorandam **sn**[2]; *cf. Zielinski Claus. 215* || 7 fidelissimae **D** (-a **t**) || 9 suis **nst** | pro re publica] p. r. **D** || 10 fore] allaturum **D** | mori **nsv** || 12 reficiendi] recipiendi **V**[2] *in ras.* | se] sui *C. F. W. Müller; sed cf. Cic. Sest. 136, De orat. 2, 16, Tusc. 1, 43, K.-St. I 745, H.-Sz. 375* | et[2] *om.* **V** || 15 festinansque **bn** **st**; *cf. tamen Ernesti 1481* || 20 octauium leptines **D** || 22.23 memoriam ⟨sempiternam⟩ oportere arbitror *Cobet coll. 14, 38* || 27 honorem **nstvb**[2] | mortuo **nstvb**[2] | sarciamus] arceamus **V** || 28 dictum **Vsv** || 29 priuauistis **bntv** | re] se **DV**[2]; *sed cf. King 220* || 30 morbo **bnsv**; *de nexu* morbum excusare *cf. K.-St. I 277; uide etiam ThLL V 2, 1305, 72 sqq., Ernesti 1482* | crudeles quidem **V**

esse quod non illius auctoritate et sapientia effici posset, uehementius
excusationi obstitistis atque eum qui semper uestrum consensum grauis-
9 simum iudicauisset de sententia deiecistis. ut uero Pansae consulis acces-
sit cohortatio grauior quam aures Ser. Sulpici ferre didicissent, tum uero
denique filium meque seduxit atque ita locutus est ut auctoritatem ue- 5
stram uitae suae se diceret anteferre. cuius nos uirtutem admirati non
ausi sumus aduersari uoluntati. mouebatur singulari pietate filius; non
multum eius perturbationi meus dolor concedebat: sed uterque nostrum
cedere cogebatur magnitudini animi orationisque grauitati, cum quidem
ille maxima laude et gratulatione omnium uestrum pollicitus est se quod 10
uelletis esse facturum, neque eius sententiae periculum uitaturum cuius
ipse auctor fuisset: quem exsequi mandata uestra properantem mane
5 postridie prosecuti sumus. qui quidem discedens mecum ita locutus est
10 ut eius oratio omen fati uideretur. reddite igitur, patres conscripti, ei
uitam cui ademistis. uita enim mortuorum in memoria est posita uiuorum. 15
perficite ut is quem uos inscii ad mortem misistis immortalitatem habeat
a uobis. cui si statuam in rostris decreto uestro statueritis, nulla eius le-
gationem posteritatis obscurabit obliuio. nam reliqua Ser. Sulpici uita
multis erit praeclarisque monumentis ad omnem memoriam commen-
data. semper illius grauitatem, constantiam, fidem, praestantem in re 20
publica tuenda curam atque prudentiam omnium mortalium fama cele-
brabit. nec uero silebitur admirabilis quaedam et incredibilis ac paene
diuina eius in legibus interpretandis, aequitate explicanda scientia.
omnes ex omni aetate qui in ciuitate intellegentiam iuris habuerunt si
unum in locum conferantur, cum Ser. Sulpicio non sint comparandi. nec 25
11 enim ille magis iuris consultus quam iustitiae fuit. ita ea quae proficisce-
bantur a legibus et ab iure ciuili semper ad facilitatem aequitatemque re-
ferebat, neque instituere litium actiones malebat quam controuersias
tollere. ergo hoc statuae monumento non eget; habet alia maiora. haec
enim statua mortis honestae testis erit, illa memoria uitae gloriosae, ut 30
12 hoc magis monumentum grati senatus quam clari uiri futurum sit. mul-

1 possit **tv** || 2 eius *ante* excusationi *add. Lambinus* || 4.5 uero denique *om.* **D** || 5 filium meque] triumphum equitem **b** pilium equitem (-e **v**)**nstv** || 6 suae *om.* **ns** || 7 eius uoluntati **ns** uoluntati eius **V**^{2} || 14.15 ei uitam] si uitam **V**^{1} (*corr.* **V**^{2}) uitam ei **bv**^{1} (*corr.* **v**^{2}) ciuitam **t** || 15 uiuorum posita **nst** uiuorum *om.* **b**^{1} (*add.* **b**^{2})*; cf. Zielinski Claus. 215* || 16 ad mortem inscii **D** inscii *del. Ernesti* || 17 a *om.* **V**^{1}**n**^{1}**tv**^{1} (*add.* **V**^{2}**n**^{2}**v**^{2}) | decretis uestris **V** || 18 obscurauit **V** inobscurabit **D** *corr. Faernus* || 20 semper illius] unde uestram **Cus.** | praestantiam **D** || 21 omnium mortalium fama] testificatio sempiterna **Cus.** || 22 et pene **D** || 24 hac in ciuitate **st**^{2} (hanc **t**^{1}) in ciuitate **b** | iuris *om.* **D** || 25.26 neque enim **bnsv** neque **t** || 26 itaque quae **D** || 27 a iure **stvb**^{2} aure **b**^{1} iure **n**; *cf. Cic. Verr. 2, 1, 114; 2, 2, 38* || 28 constituere **D**; *cf. tamen Cic. Cluent. 181, Mur. 22 aliaque exempla ap. ThLL VII 1, 1992, 68 sqq.* || 29 alia] illa *Ernesti* || 31 magis] maius **Vbt** | gratiae **bns** gratia **tvV**^{2}

tum etiam ualuisse ad patris honorem pietas fili uidebitur; qui quamquam
adflictus luctu non adest, tamen sic animati esse debetis ut si ille adesset.
est autem ita adfectus ut nemo umquam unici fili mortem magis doluerit
quam ille maeret patris. et quidem etiam ad famam Ser. Sulpici fili
5 arbitror pertinere ut uideatur honorem debitum patri praestitisse. quam-
quam nullum monumentum clarius Ser. Sulpicius relinquere potuit
quam effigiem morum suorum, uirtutis, constantiae, pietatis, ingeni
filium, cuius luctus aut hoc honore uestro aut nullo solacio leuari
potest.

10 Mihi autem recordanti Ser. Sulpici multos in nostra familiaritate ser- 6 13
mones gratior illi uidetur, si qui est sensus in morte, aenea statua futura
et ea pedestris quam inaurata equestris, qualis L. Sullae primum sta-
tu⟨t⟩a est. mirifice enim Seruius maiorum continentiam diligebat, huius
saeculi insolentiam uituperabat. ut igitur si ipsum consulam quid uelit,
15 sic pedestrem ex aere statuam tamquam ex eius auctoritate et uoluntate
decerno: quae quidem magnum ciuium dolorem et desiderium honore
monumenti minuet et leniet. atque hanc meam sententiam, patres con- 14
scripti, P. Seruili sententia comprobari necesse est: qui sepulcrum pu-
blice decernendum Ser. Sulpicio censuit, statuam non censuit. nam si
20 mors legati sine caede atque ferro nullum honorem desiderat, cur decer-
nit honorem sepulturae qui maximus haberi potest mortuo? sin id tribuit
Ser. Sulpicio, quod non est datum Cn. Octauio, cur quod illi datum est
huic dandum esse non censet? maiores quidem nostri statuas multis de-
creuerunt, sepulcra paucis. sed statuae intereunt tempestate, ui, uetu-
25 state, sepulcrorum autem sanctitas in ipso solo est, quod nulla ui moueri
neque deleri potest, atque, ut cetera exstinguuntur, sic sepulcra sancti-
ora fiunt uetustate. augeatur igitur isto honore etiam is uir cui nullus 15
honos tribui non debitus potest; grati[s] simus in eius morte decoranda
cui nullam iam aliam gratiam referre possumus. notetur etiam M. An-
30 toni nefarium bellum gerentis scelerata audacia. his enim honoribus ha-
bitis Ser. Sulpicio repudiatae reiectaeque legationis ab Antonio mane-
bit testificatio sempiterna.

19–20 *huc pertinere uidetur Quintil. Inst. 3, 8, 5* non illa similis iudicialium quaestio de statua Seruii Sulpicii, 'an iis demum ponenda sit, qui in legatione ferro sunt interempti'

4 et equidem **D** || **5** attinere **ns** || **7** maiorum suorum **D** || **11** illis **V** | si quis *ed. Romana* | sit statua $\mathbf{n}^1$ (*eras.* $\mathbf{n}^2$)**sv** || **12** et ea] et **b** aere **nstv** | primum statua **V** prima statua **D** *corr. Graeuius* || **13** magnifice **D** | ser. sulpicius **nstv** || **14** igitur ut *Ernesti* || **17** et *om.* $\mathbf{b}^1\mathbf{n}^1$**s** (*add.* $\mathbf{b}^2\mathbf{n}^2$) || **18** P. *om.* **V** | probari **D**; *sed cf. 11, 40* || **24** tempestate uetustate $\mathbf{V}^1\mathbf{n}^2$ (uel *post* tempestate *add.* $\mathbf{V}^2$); *cf. Clark Desc. 189* || **27** igitur *om.* **V** | etiam honore **D** || **28** gratissimus **VD** *corr. ed. Romana* || **29** referre gratiam *Clark dub. in app., numeri causa; sed de clausula hypodochmiaca agitur, de qua cf. Fraenkel Les. 16* || **30** honoribus enim **ns**

7 Quas ob res ita censeo: 'cum Ser. Sulpicius Q. f. Lemonia Rufus difficillimo rei publicae tempore, graui periculosoque morbo adfectus, auctoritatem senatus, salutem rei publicae uitae suae praeposuerit contraque uim grauitatemque morbi contenderit, ut in castra M. Antoni quo senatus eum miserat perueniret, isque, cum iam prope castra uenisset, ui (5) morbi oppressus uitam amiserit maximo rei publicae tempore, eiusque mors consentanea uitae fuerit sanctissime honestissimeque actae in qua saepe magno usui rei publicae Ser. Sulpicius et priuatus et in magistratibus fuerit: 16 cum talis uir ob rem publicam in legatione mortem obierit, senatui placere Ser. Sulpicio statuam pedestrem aeneam in rostris ex (10) huius ordinis sententia statui, circumque eam statuam locum ludis gladiatoribusque liberos posterosque eius quoquo uersus pedes quinque habere, quod is ob rem publicam mortem obierit, eamque causam in basi inscribi; utique C. Pansa A. Hirtius consules, alter amboue, si eis uideatur, quaestoribus urb⟨an⟩is imperent ut eam basim statuamque fa- (15) ciendam et in rostris statuendam locent, quantique locauerint, tantam pecuniam redemptori attribuendam soluendamque curent. cumque antea senatus auctoritatem suam in uirorum fortium funeribus ornamentisque 17 ostenderit, placere eum quam amplissime supremo suo die efferri. et cum Ser. Sulpicius Q. f. Lemonia Rufus ita de re publica meritus sit ut eis (20) ornamentis decorari debeat, senatum censere atque e re publica existimare aedilis curulis edictum quod de funeribus habeant Ser. Sulpici Q. f. Lemonia Rufi funeri remittere: utique locum sepulcro in campo Esquilino C. Pansa consul, seu quo in loco uidebitur, pedes XXX quoquo uersus adsignet quo Ser. Sulpicius inferatur; quod sepulcrum ipsius, libe- (25) rorum posterorumque eius esset, uti quod optimo iure publice sepulcrum datum esset.'

3 salutemque **D** || 4 M. *om.* **sv** || 5 isque] ipse **V** et ipse *Halm* || 6 in maximo rei p. munere **D** maximo rei publicae detrimento *Mommsen; cf. tamen Cic. Leg. 3, 43, King 224 et de* in *omisso K.-St. I 357* || 8—9 Ser. Sulpicius . . . ob rem publicam *om.* **D** || 11 gladiatoribus ludisque **D** ludisque *del. Ernesti; cf. Cic. Att. 1, 16, 11; Sternkopf II 79* || 12 quoque **V**^{1} quaque **nsvb**^{2} quaqua **V**^{2}*; cf. King 224* || 13 quodque is . . . obierit, eam causam *Scaliger* quod is . . . obierit *del. Manutius, post* inscribi *transt. Clark; ordinem traditum recte defendit Sternkopf II 117* || 14 utque **ns** | uidebitur **D**; *cf. Sternkopf II 79* || 15 quaestoribus] qui **D** | urbis **V** urbi **D** *corr. Ferrarius* || 16 in rostris] in hortis **nsv** in horis **t** *om.* **b** | locarint **bstv** || 17 redemptores **D** | soluendam attribuendamque **D** || 18 suam] quam **t** *om.* **bnsv** || 19 eum] eos *Cobet, fort. recte* || 21 aestimare **V** || 23 funerreimittere **V**^{1} (-rre- **V**^{2} *in ras.*) funere mittere **btv** funeri mittere **ns** *corr. Faernus* || 24 uidebatur **V**^{1} uidetur **D** *corr.* **V**^{2} || 26 posterorum eius sit **btv** posterorumque eius sit **n**; *sed cf. Lebreton 276* | sepulchrum publice **D** || 27 esset] est **bnst**

M. TVLLI CICERONIS
IN M. ANTONIVM
ORATIO PHILIPPICA DECIMA

Maximas tibi, Pansa, gratias omnes et habere et agere debemus qui, 1
cum hodierno die senatum te habiturum non arbitraremur, ut M. Bruti,
praestantissimi ciuis, litteras accepisti, ne minimam quidem moram inter-
posuisti quin quam primum maximo gaudio et gratulatione frueremur.
5 cum factum tuum gratum omnibus debet esse, tum uero oratio qua reci-
tatis litteris usus es. declarasti enim uerum esse id quod ego semper sensi,
neminem alterius qui suae confideret uirtuti inuidere. itaque mihi qui 2
plurimis officiis sum cum Bruto et maxima familiaritate coniunctus mi-
nus multa de illo dicenda sunt. quas enim ipse mihi partis sumpseram,
10 eas praecepit oratio tua. sed mihi, patres conscripti, necessitatem attulit
paulo plura dicendi sententia eius qui rogatus est ante me; a quo ita
saepe dissentio ut iam uerear ne, id quod fieri minime debet, minuere
amicitiam nostram uideatur perpetua dissensio.

Quae est enim ista tua ratio, Calene, quae mens ut numquam post 3
15 Kalendas Ianuarias idem senseris quod is qui te sententiam primum ro-
gat, numquam tam frequens senatus fuerit ut unus aliquis sententiam
tuam secutus sit? cur semper tui dissimilis defendis? cur, cum te et uita
et fortuna tua ad otium, ad dignitatem inuitet, ea probas, ea decernis,
ea sentis quae sint inimica et otio communi et dignitati tuae? nam ut su- 2
20 periora omittam, hoc certe quod mihi maximam admirationem mouet 4
non tacebo. quod est tibi cum Brutis bellum? cur eos quos omnes paene
uenerari debemus solus oppugnas? alterum circumsederi non moleste
fers, alterum tua sententia spolias eis copiis quas ipse suo labore et peri-
culo ad rei publicae non ad suum praesidium per se nullo adiuuante con-
25 fecit. qui est iste tuus sensus, quae cogitatio, Brutos ut non probes, An-
tonios probes, quos omnes carissimos habent, tu oderis, quos acerbissime

4 maxime **VCus.** | fruimur **Cus.** || 6 semper *om.* **D** || 9 ipse mihi partis] sententias ipse **b** sententias mihi ipse **nst** sententiam ipse mihi **v** || 10 praeoccupauit **nsv** || 12 minime fieri **ns** || 13 uestram **s**[1] (*corr.* **s**[2]) **tv** || 14 ratio] oratio **D** | ut] qui **bnsv** sui **t** || 15 idem censueris *Muretus* | primum] prius **V**; *cf. tamen Ernesti 1487* | rogatus **b** rogat cum **nsv** || 16 ut] cum **VD** quo *Faernus, corr. Naugerius* || 18 et ad dignitatem **D**; *asyndeton recte tuetur King 230* | cur ea probas **Cus.** || 19 sunt **DCus.** || 20 me maxima admiratione **D**; *cf. tamen Cic. Mur. 13, Att. 12, 14, 1* || 22 circumsedere **V** circumsederit **b** circumsederint **ntv** | non *om.* **bntv** || 23 feres **V**[1] ferres **V**[2] || 24 perfecit **V** (*sed cf. Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 149*) *om.* **b**[1] (*add.* **b**[2]) || 25 qui **VCus.** quis **bnst** quos **v**; *quod adtinet ad* qui/quis *cf. Löfstedt Synt. II 79 sqq.* | cogitatio? Brutos tu non *Ernesti*

ceteri oderunt, tu constantissime diligas? amplissimae tibi fortunae sunt,
summus honoris gradus, filius, ut et audio et spero, natus ad laudem, cui
5 cum rei publicae causa faueo, tum etiam tua. quaero igitur, eum Brutine
similem malis an Antoni, ac permitto ut de tribus Antoniis eligas quem
uelis. 'di meliora!' inquies. cur igitur non eis faues, eos laudas quorum 5
similem tuum filium esse uis? simul enim et rei publicae consules et pro-
pones illi exempla ad imitandum. hoc uero, Q. Fufi, cupio sine offensione
nostrae amicitiae sic tecum ut a te dissentiens senator queri. ita enim
dixisti et quidem de scripto — nam te inopia uerbi lapsum putarem —
litteras Bruti recte et ordine scriptas uideri. quid est aliud librarium 10
6 Bruti laudare, non Brutum? usum in re publica, Calene, magnum iam
habere et debes et potes. quando ita decerni uidisti aut quo senatus con-
sulto huius generis — sunt enim innumerabilia — bene scriptas litteras
decretum a senatu? quod uerbum tibi non excidit, ut saepe fit, fortuito:
3 scriptum, meditatum, cogitatum attulisti. hanc tibi consuetudinem ple- 15
risque in rebus bonis obtrectandi si qui detraxerit, quid tibi quod sibi
quisque uelit non relinquetur? quam ob rem conlige te placaque animum
istum aliquando et mitiga: audi uiros bonos, quibus multis uteris; lo-
quere cum sapientissimo homine, genero tuo, saepius quam ipse tecum:
tum denique amplissimi honoris nomen obtinebis. an uero hoc pro nihilo 20
putas in quo quidem pro amicitia tuam uicem dolere soleo, efferri hoc
foras et ad populi Romani auris peruenire, ei qui primus sententiam dixe-
rit neminem adsensum? quod etiam hodie futurum arbitror.

Legiones abducis a Bruto. quas? nempe eas quas ille a C. Antoni sce-
lere auertit et ad rem publicam sua auctoritate traduxit. rursus igitur uis 25
nudatum illum atque solum a re publica relegatum uidere.

7 Vos autem, patres conscripti, si M. Brutum deserueritis et prodideri-
tis, quem tandem ciuem umquam ornabitis, cui fauebitis? nisi forte eos

1, 2 ibi amplissima fortuna ibi summus honoris gradus **Cus.** || 3 cum] quamquam **D** | eumne bruti **V** || 5 di meliora] d. brutus melior est **nsvb**^{2} dr. b. meliorem **V**^{2}; *cf. 8, 9* || 6 et^{1} *om.* **nstv**; *cf. tamen K.-St. II 34* | consulis et proponis **D** || 7 cupio] copiosius **D** || 8 quaeror **b** qu(a)ero **nsv** || 9 equidem **nst** | nam] ne *Clark coll. 2, 97, Verr. 2, 4, 52; cf. tamen Schöll 30* | putarem nisi tuam in dicendo facultatem (familiaritatem **v**) nossem **bnsvV**^{2}; *sed cf. Halm in app. ad loc.* („*at est sententia:* putarem, nisi de scripto dixisses"), *Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 150, Clark, Cl. R. 14, 1900, 406, Sternkopf II 118* || 10 aliud] aliud quam **bnsvV**^{2}; *cf. 5, 5, Hand Turs. IV 249 sq., Sternkopf II 83, Nisbet 109* || 11 non Brutum] brutum non **s** non est brutum **tv** bruto *in ras.* **n**^{2} || 12 quo] quod **D** || 14 fit] set **V**^{1} seit **V**^{2} sit **bv** solet *Halm in app.* | fortuitu **bnsv** fortitudo **t**; *cf. Hand Turs. II 743* || 16 bonos **nst** honos **v**; *cf. tamen K.-St. I 309, ThLL IX 2, 293, 84 sqq.* || 18 istum *om.* **D** | uteris multum **D**; *sed cf. King 231* || 20 honoris amplissimi *Clark in app.* || 21 equidem **D** | tua **bn**^{1} (*corr.* **n**^{2})**tv**; *cf. Cic. Fam. 12, 23, 2* tuam uicem saepe doleo || 24 a C. Antoni] a catonis **V** ab antonii **D** *corr. Muretus* || 25 seduxit *Schöll dub. in app.* || 26 uideri **VD** *corr. Cobet* || 27 deserueritis et *del. Faernus* || 28 cui fauebitis *om.* **V**

qui diadema imposuerint conseruandos, eos qui regni nomen sustule-
rint deserendos putatis. ac de hac quidem diuina atque immortali laude
Bruti silebo quae gratissima memoria omnium ciuium inclusa nondum
publica auctoritate testata est. tantamne patientiam, di boni! tantam
5 moderationem, tantam in iniuria tranquillitatem et modestiam! qui cum
praetor urbanus esset, urbe caruit, ius non dixit, cum omne ius rei publicae
recuperauisset, cumque concursu cotidiano bonorum omnium qui admi-
rabilis ad eum fieri solebat praesidioque Italiae cunctae saeptus posset
esse, absens iudicio bonorum defensus esse maluit quam praesens manu:
10 qui ne Apollinaris quidem ludos pro sua populique Romani dignitate
apparatos praesens fecit, ne quam uiam patefaceret sceleratissimorum
hominum audaciae. quamquam qui umquam aut ludi aut dies laetiores 4 8
fuerunt quam cum in singulis uersibus populus Romanus maximo cla-
more et plausu Bruti memoriam prosequebatur? corpus aberat libera-
15 toris, libertatis memoria aderat: in qua Bruti imago cerni uidebatur. at
hunc eis ipsis ludorum diebus uidebam in insu[gu]la c⟨l⟩arissimi adu-
lescentis, Luculli, propinqui sui nihil nisi de pace et concordia ciuium
cogitantem. eundem uidi postea Veliae, cedentem Italia ne qua oreretur
belli ciuilis causa propter se. o spectaculum illud non modo hominibus
20 sed undis ipsis et litoribus luctuosum! cedere e patria seruatorem eius,
manere in patria perditores! Cassi classis paucis post diebus consequeba-
tur, ut me puderet, patres conscripti, in eam urbem redire ex qua ill⟨i⟩
abirent. sed quo consilio redierim initio audistis, po⟨s⟩t estis experti.
exspectatum igitur tempus a Bruto est. nam quoad uos omnia pati uidit, 9
25 usus est ipse incredibili patientia: postea quam uos ad libertatem sensit
erectos, praesidia uestrae libertati parauit.

At cui pesti quantaeque restitit! si enim C. Antonius quod animo in-
tenderat perficere potuisset — potuisset aut⟨em⟩, nisi eius sceleri uirtus
M. Bruti obstitisset — Macedoniam, Illyricum, Graeciam perdidissemus;
30 esset uel receptaculum pulso Antonio uel agger oppugnandae Italiae
Graecia: quae quidem nunc M. Bruti imperio, auctoritate, copiis non
instructa solum sed etiam ornata tendit dexteram Italiae suumque ei

1–2 *Non. 404, 27* eos . . . putatis

1 regni **V**, *Non.* regis **D** || 5 in iure **bstv** || 6 praetor] populo romano **bns** | urbanus] urbis **V**, *fort. recte: cf. King 232* || 12 aut dies] aut audies **V**^{1} (*corr.* **V**^{2}) aut **b** auidius **s** auidiis **n**^{1} (*corr.* **n**^{2}) **tv** aut auditiones *Mommsen* || 13 – p. 126, 6 populus . . . in(festa) *om.* **D** || 15 imagni **V** *corr. Poggius* || 16 insugula **V**^{1} insulula *Garatoni, corr.* **V**^{2} | carissimi **V** *corr. Poggius* || 17 ⟨Cn.⟩ Luculli *Clark; cf. tamen Sh. B. Att. VI 244* || 21 in patria] patriae *Cobet* || 22. 23 illabirent **V**^{1} illa abirent **V**^{2} *corr. Poggius* || 23 potestis **V** *corr. Poggius; cf. Lebreton 259, Rizzo 336* || 28 potuisset autem] aut potuisset **V** aut potius *Muretus* at potuisset *Clark, corr. Poggius; cf. Rizzo 336*

praesidium pollicetur. quod qui ab illo abducit exercitum, et respectum
10 pulcherrimum et praesidium firmissimum adimit rei publicae. equidem
cupio haec quam primum Antonium audire, ut intellegat non D. Brutum
5 quem uallo circumsedeat, sed se ipsum obsideri[t]. tria tenet oppida
to⟨to⟩ in orbe terrarum; habet inimicissimam Galliam, eos etiam quibus 5
confidebat alienissimos, Transpadanos; Italia omnis infesta est; exterae
nationes a prima ora Graeciae usque ad Aegyptum optimorum et fortissimorum ciuium imperiis et praesidiis tenentur. erat ei spes una in C. Antonio qui duorum fratrum aetatibus medius interiectus uiti⟨i⟩s cum
utroque certabat. is tamquam extruderetur a senatu in Macedoniam 10
11 et non contra prohiberetur proficisci, ita cucurrit. quae tempestas, di
immortales, quae flamma, quae uastitas, quae pestis Graeciae, nisi incredibilis ac diuina uirtus furentis hominis conatum atque audaciam compressisset! quae celeritas illa Bruti, quae cura, quae uirtus! etsi ne C.
quidem Antoni celeritas contemnenda est, quem nisi in uia caducae he- 15
reditates retardassent, uolasse eum, non iter fecisse diceres. alios ad negotium publicum ire cum cupimus, uix solemus extrudere: hunc retinentes extrusimus. at quid ei cum Apollonia, quid cum Dyrrachio, quid
cum Illyrico, quid cum P. Vatini imperatoris exercitu? succedebat, ut
ipse dicebat, Hortensio. certi fines Macedoniae, certa condicio, certus, si 20
modo erat ullus, exercitus: cum Illyrico uero et cum Vatini legionibus
12 quid erat Antonio? 'at ne Bruto quidem': id enim fortasse quispiam improbus dixerit. omnes legiones, omnes copiae quae ubique sunt rei publicae sunt: nec enim eae legiones quae M. Antonium reliquerunt Antoni
potius quam rei publicae fuisse dicentur. omne enim et exercitus et 25
imperi ius amittit is qui eo imperio et exercitu rem publicam oppugnat.
6 quod si ipsa res publica iudicaret aut si omne ius decretis eius statueretur,
Antonione an Bruto legiones populi Romani adiudicaret? alter aduolarat
subito ad direptionem pestemque sociorum ut, quacumque iret, omnia

1 quod qui] quare qui *Faernus* quod ⟨si⟩ qui *Busche* quod *del. Clark; tradita def. Pasoli, Ciceroniana 2, 1960, 152 sq., RFIC 89, 1961, 431; cf. etiam K.-St. II 322, H.-Sz. 571* | exercitum *del. Kraffert* || 3 quem prima **V**^{1} *corr.* **V**^{2} | ⟨M.⟩ Antonium *Halm in app.* | intellegas **V** *corr. Poggius* || 4 obsiderit **V** *corr. Poggius* || 4.5 oppida toto] oppidato **V** *corr. Poggius* || 6 exterae] exiere **bt** exere **n**^{1} (*corr.* **n**^{2}) **s** || 7 a primo ore **V** ad primori **b** a primori **ns** ad primum **t** *corr. Poggius; cf. Cic. Fam. 12, 5, 1* | graecia **D** || 8 ei spes una] eis pecunia **V** ei spes unica *Halm in app.* | C.] m. **bnv** *om.* **st** || 9 uitis **V** *om.* **D** *corr. Poggius* || 10 is] **s t** *om.* **bns** || 12 flammae **V** | gr(a)eci(a)e fuisset **D** || 13 uirtus caes. **V**; *cf. tamen Ernesti 1490, King 234* || 14 ne C.] nec **V** ne illa **D** *corr. Muretus* || 15 quem] quam **V**; *cf. tamen Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 150* || 16 iter fecisse] interfecisse **bn**^{1} (*corr.* **n**^{2}) **t** || 17 extruere **tv** || 18 extruinus **V** exclusimus **D** *corr. Muretus; cf. Ernesti 1491, Sternkopf II 89* || 20–21 certus . . . ullus] certissimo (-us **s**) modo erat illius **D** || 22 at] ac **bnsv** an **t** | bruti **n** cum bruto **sv** || 23 omnes copiae quae ubi *om.* **V**^{1} (*add.* **V**^{2}) | rei publicae] populi r. **D** || 24 neque enim hee (hae **t**) **D** || 25 diçuntur **bnsv** dixerunt **t** | omnes **V**^{1} (*corr.* **V**^{2}) **ns** | et^1 *om.* **D** || 29 quocunque **V** quocum **t**

uastaret, diriperet, auferret, exercitu populi Romani contra ipsum popu-
lum Romanum uteretur; alter eam legem sibi statuerat, ut, quocumque
uenisset, lux uenisse quaedam et spes salutis uideretur. denique alter ad
euertendam rem publicam praesidia quaerebat, alter ad conseruandam.
5 nec uero nos hoc magis uidebamus quam ipsi milites a quibus tanta in
iudicando prudentia non erat postulanda. cum VII cohortibus esse Apol- 13
loniae scribit Antonium, qui iam aut captus est – quod di duint! – aut
certe homo uerecundus in Macedoniam non accedit ne contra senatus
consultum fecisse uideatur. dilectus habitus in Macedonia est summo
10 Q. Hortensi studio et industria; cuius animum egregium dignumque ipso
et maioribus eius ex Bruti litteris perspicere potuistis. legio quam L. Piso
ducebat, legatus Antoni, Ciceroni se filio meo tradidit. equitatus qui in
Syriam ducebatur bipertito alter eum quaestorem a quo ducebatur reli-
quit in Thessalia seseque ad Brutum contulit; alterum in Macedonia
15 Cn. Domitius adulescens summa uirtute, grauitate, constantia a legato
Syriaco abduxit. P. autem Vatinius qui et antea iure laudatus a uobis et
hoc tempore merito laudandus est aperuit Dyrrachi portas Bruto et exer-
citum tradidit. tenet igitur res publica Macedoniam, tenet Illyricum, 14
tuetur Graeciam: nostrae sunt legiones, nostra leuis armatura, noster
20 equitatus, maximeque noster est Brutus semperque noster, cum sua
excellentissima uirtute rei publicae natus tum fato quodam paterni ma-
ternique generis et nominis.

Ab hoc igitur uiro quisquam bellum timet qui, ante quam nos id 7
coacti suscepimus, in pace iacere quam in bello uigere maluit? quamquam
25 ille quidem numquam iacuit neque hoc cadere uerbum in tantam uirtutis
praestantiam potest. erat enim in desiderio ciuitatis, in ore, in sermone
omnium; tantum autem aberat a bello ut, cum cupiditate libertatis Ita-
lia arderet, defuerit ciuium studiis potius quam eos in armorum discri-
men adduceret. itaque illi ipsi si qui sunt qui tarditatem Bruti repre-
30 hendant tamen idem moderationem patientiamque mirantur.

Sed iam uideo quae loquantur; neque enim id occulte faciunt. timere 15
se dicunt quo modo ferant ueterani exercitum Brutum habere. quasi
uero quicquam intersit inter A. Hirti, C. Pansae, D. Bruti, C. Caesaris et
hunc exercitum M. Bruti. nam si quattuor exercitus ei de quibus dixi
35 propterea laudantur quod pro populi Romani libertate arma ceperunt,

2 sibi legem **D** || 6 esse apollonio **b** isse apolloniam **ns** isse apollonio **v** apol-
loniam **t** || 7 scribunt **n**^{2} | di duint] dicit **V**^{1} di dent **bnsvV**^{2} didicit **t** *corr.
Halm; de uoce* duint *cf. Sommer 539. 581; de colo* (quod di duint — — ᴗ —) *cf. Fraen-
kel Les. 93* || 8.9 senatus consultum] se **D** || 10 Q. *om.* **V** || 10.11 et ipsos (ipsi **v**)
et **D** || 13 alter eum quaestorem] alterum **D** || 15 grauitate *om.* **D** || 16 Syriaco *del.
Pluygers* | et^1] est **D** || 19.20 nostra equitatus **V** nostri equitatus **n**^{1} (*corr.* **n**^{2})**s** ||
23 uiro *om.* **D** || 25 nec **D** || 29 m. *ante* bruti *add.* **V**^{2} || 32 ucteranorum **nsv**

quid est cur hic M. Bruti exercitus non in eadem causa ponatur? at enim
ueteranis suspectum nomen est M. Bruti. magisne quam Decimi? equi-
dem non arbitror. etsi est enim Brutorum commune factum et laudis so-
cietas aequa, Decimo tamen iratiores erant ei qui id factum dolebant
quo minus ab eo rem illam dicebant fieri debuisse. quid ergo agunt nunc 5
tot exercitus nisi ut obsidione Brutus liberetur? qui autem hos exercitus
ducunt? ei, credo, qui C. Caesaris [res] acta[s] euerti, qui causam uetera-
8 16 norum prodi uolunt. si ipse uiueret C. Caesar, acrius, credo, acta sua de-
fenderet quam uir fortissimus defendit Hirtius, aut amicior causae quis-
quam inueniri potest quam filius? at horum alter nondum ex longin- 10
quitate grauissimi morbi recreatus, quicquid habuit uirium, id in eorum
libertatem defendendam contulit quorum uotis iudicauit se a morte
reuocatum; alter uirtutis robore firmior quam aetatis cum istis ipsis
ueteranis ad D. Brutum liberandum est profectus. ergo illi certissimi
idemque acerrimi Caesaris actorum patroni pro D. Bruti salute bellum 15
gerunt, quos ueterani sequuntur; de libertate enim populi Romani, non
17 de suis commodis armis decernendum uident. quid est igitur cur eis qui
D. Brutum omnibus opibus conseruatum uelint M. Bruti sit suspectus
exercitus? an uero, si quid esset quod a M. Bruto timendum uideretur,
Pansa id non uideret, aut, si uideret, non laboraret? quis aut sapientior 20
ad coniecturam rerum futurarum aut ad propulsandum metum diligen-
tior? atqui huius animum erga M. Brutum studiumque uidistis. praecepit
oratione sua quid decernere nos de Bruto, quid sentire oporteret, tantum-
que afuit ut periculosum rei publicae Bruti putaret exercitum ut in eo
firmissimum rei publicae praesidium et grauissimum poneret. scilicet 25
hoc Pansa aut non uidet — hebeti enim ingenio est — aut neglegit: quae
enim Caesar egit, ea rata esse non curat: de quibus confirmandis et san-
9 ciendis legem comitiis centuriatis ex auctoritate nostra laturus est. de-
sinant igitur aut ei qui non timent simulare se timere et prospicere rei
publicae, aut ei qui omnia uerentur nimium esse timidi, ne illorum simu- 30

1 reponatur **DV**^{2} || 2 a ueteranis **ns** | susceptum **tv** | magis **nsv** || 4 eo *ante* tamen *add. Naugerius*, *ante* iratiores *C. F. W. Müller* (*prob. Clark Desc. 190*)*; de* eo *omisso cf. tamen Fin. 5, 37, Sternkopf II 93* | bruto ratiores (-ones **v**) hii qui **bv** brutorum actiones ii qui **nst** || 5 eo rem] eorum **V**^{1} illo rem **D** *corr.* **V**^{2} | decu-isse **D** | nunc agant **bnst** nunc agunt **v** || 6 d. brutus **btv** || 7 C. *om.* **D** | res actas **VD** *corr. Pluygers; uide etiam Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 151* || 8 C. *om.* **bstv**; *cf. Adams, Cl. Q. 71, 1978, 162* | ⟨non⟩ acrius *Cobet* || 9 ueteranorum *post* causae *add. Pluygers* || 12 defendendam *om.* **ns** || 14 illi recertissimi **V** || 18 opibus] copiis **nst** | conseruandum **ns** || 20 autem sapientior **bnsV**^{2} aut non sapientior **t** illo aut pacientior **Cus.** aut acutior *Lambinus* || 21 ad^1] aut ad **V** *unde* aut ⟨acu-tior⟩ ad *coni. Halm in app.* aut **Cus.** || 22 atquin **V**; *cf. tamen K.-St. II 89, H.-Sz. 493* || 23 dē bruto **V** *unde* de M. Bruto *coni. Faernus; cf. tamen Schöll 15* || 24 fuit **V** abfuit **D** *corr. Halm* | m. bruti **D** || 29 et] set **V** sed **bnsv** || 30 ei] hic arte **V**^{1} (*corr.* **V**^{2}) hi cauti *Halm* ei certe *Sternkopf* | simulatio] emulatio **V**

latio, horum obsit ignauia. quae, malum, est ista ratio semper optimis 18
causis ueteranorum nomen opponere? quorum etiam si amplecterer uir-
tutem, ut facio, tamen, si essent adrogantes, non possem ferre fastidium.
at nos conantis seruitutis uincla rumpere impediet si quis ueteranos
5 nolle dixerit? non sunt enim, credo, innumerabiles qui pro communi li-
bertate arma capiant! nemo est praeter ueteranos milites uir qui ad serui-
tutem propulsandam ingenuo dolore excitetur! potest igitur stare res
publica freta ueteranis sine magno subsidio iuuentutis! quos quidem uos
libertatis adiutores complecti debetis: seruitutis auctores sequi non de-
10 betis. postremo – erumpat enim aliquando uera et me digna uox! – 19
si ueteranorum nutu mentes huius ordinis gubernantur omniaque ad
eorum uoluntatem nostra dicta facta referuntur, optanda mors est,
quae ciuibus Romanis semper fuit seruitute potior. omnis est misera
seruitus; sed fuerit quaedam necessaria: †et quenam principium puta-
15 tis† libertatis capessendae? an, cum illum necessarium et fatalem
paene casum non tulerimus, hunc feremus uoluntarium? tota Italia
desiderio libertatis exarsit; seruire diutius non potest ciuitas; serius
populo Romano hunc uestitum atque arma dedimus quam ab eo flagi-
tati sumus.

20 Magna quidem nos spe et prope explorata libertatis causam suscepi- 10 20
mus; sed ut concedam incertos exitus esse belli Martemque communem,
tamen pro libertate uitae periculo decertandum est. non enim in spiritu
uita est, sed ea nulla est omnino seruienti. omnes nationes seruitutem
ferre possunt: nostra ciuitas non potest, nec ullam aliam ob causam nisi
25 quod illae laborem doloremque fugiunt, quibus ut careant omnia perpeti
possunt, nos ita a maioribus instituti atque imbuti sumus ut omnia con-
silia atque facta ad dignitatem et ad uirtutem referremus. ita praeclara
est recuperatio libertatis ut ne mors quidem sit in repetenda libertate
fugienda. quod si immortalitas consequeretur praesentis periculi fugam,
30 tamen eo magis ea fugienda uideretur quo diuturnior seruitus esset. cum

1 *Arus. Gramm. VII 504, 17* quae, malum, ista ratio est

1 obsit] sit **nstv** | quae] quid **b** quod **nsv** | ratio est *Arus.* || 4 an V^2, *prob. Pluygers, Mnem. 11, 1862, 55* || 5 id nolle **D** || 6 uir *om.* **D** || 8 sine ueteranis, freta *Pluygers* || 11 gubernabuntur **D** (-bantur **s**)V^2 || 12 factaque **D**; *cf. tamen K.-St. II 150 et de asyndeto Hauschild 299* | referentur **D** || 14 et quenam **V** et quodnam **D** ecquandone *Halm in app.* ecquamnam e *Jeep* ⟨tali⟩ quodnam *Schöll* | ⟨fore⟩ principium *Stangl* | putatis **VD** (putastis **b**) spectatis *Mommsen* repudiatis *C. F. W. Müller* ⟨aptius⟩ putatis *Busche* optatius *Clark* ⟨datum⟩ putatis *Lutz; alii alia* || 20 magnam nos quidem spem et prope exploratam **D** || 23 omnes enim nationes **ns** || 24 nec nullam **V**, *unde* nullam *coni. Faernus* || 27 ad dignitatem et ad uirtutem **VCus.** ad uirtutem et dignitatem **D** | referremus V^1**Cus.** referamus **D**V^2 || 28.29 libertate fugienda *om.* V^1 (*add.* V^2) || 30 quod **ns**

uero dies et noctes omnia nos undique fata circumstent, non est uiri
minimeque Romani dubitare eum spiritum quem naturae debeat patriae
reddere.

21 Concurritur undique ad commune incendium restinguendum; ueterani
quid⟨em⟩ primi Caesaris auctoritatem secuti conatum Antoni reppule- 5
runt; post eiusdem furorem Martia legio fregit, quarta adflixit. sic a suis
legionibus condemnatus inrupit in Galliam, quam sibi armis animisque
infestam inimicamque cognouit. hunc A. Hirti, C. Caesaris exercitus
insecuti sunt; post Pansae dilectus urbem totamque Italiam erexit; unus
omnium est hostis. quamquam habet secum L. fratrem, carissimum po- 10
pulo Romano ciuem, cuius desiderium ferre diutius ciuitas non potest.
22 quid illa taetrius belua, quid immanius? qui ob eam causam natus uide-
tur ne omnium mortalium turpissimus esset M. Antonius. est una Tre-
bellius, qui iam cum tabulis nouis redit in gratiam, T. Plancus et ceteri
pares: qui id pugnant, id agunt ut contra rem publicam restituti esse 15
uideantur. et sollicitant homines imperitos Saxa et Cafo, ipsi rustici atque
agrestes, qui hanc rem publicam nec uiderunt umquam nec uidere con-
stitutam uolunt, qui non Caesaris, sed Antoni acta defendunt, quos auer-
tit agri Campani infinita possessio, cuius eos non pudere demiror, cum
uideant se mimos et mimas habere uicinos. 20

11
23 Ad has pestis opprimendas cur moleste feramus quod M. Bruti accessit
exercitus? immoderati, credo, hominis et turbulenti; uidete ne nimium
paene patientis. etsi in illius uiri consiliis atque factis nihil nec nimium nec
parum umquam fuit. omnis uoluntas M. Bruti, patres conscripti, omnis
cogitatio, tota mens auctoritatem senatus, libertatem populi Romani 25
intuetur: haec habet proposita, haec tueri uolt. temptauit quid patientia
perficere posset: nihil cum proficeret, ui contra uim experiendum putauit.
cui quidem, patres conscripti, uos idem hoc tempore tribuere debetis
quod a. d. XIII Kalendas Ian. D. Bruto C. Caesari me auctore tribuistis:
quorum priuatum de re publica consilium et factum auctoritate uestra 30

2 minimeque Romani] nominisque R. **bsv** nominis romanique **t** | quis debeat **sv** || 4 concurretur **nsv** concurrunt **t** || 5 quidem] qui **V** (*del. Cobet, praeeunte Orelli; fort. recte*) que **D** *corr. Faernus* | sunt *post* secuti *add. Halm, post* auctoritatem *C. F. W. Müller, post* Caesaris *Schöll* || 6 legio . . . suis *om.* **V**^{1} (*add.* **V**^{2}) || 10 L. *om.* **V**^{1} (*add.* **V**^{2}) || 11 ferre ciuitas diutius **btv** ciuitas ferre diutius **ns** || 12 qui] quid si **D** | uideatur **V**^{1} (*corr.* **V**^{2}) || 13 M. *om.* **D** || 14 rediit **b**^{2} | T. *om.* **V** | et *om.* **D** || 15 patres **ns** | id agunt *del. Kleyn* || 16 saxas et cafones **V** saxa (saxi **t**) captant **bntv** saxa capho **s** Saxae et Cafones *Naugerius* (*fortasse recte: cf. enim 8, 9; at uide contra Schöll 31*), *corr. Muretus* || 19 miror **D**; *cf. K.-St. I 697* || 21 est cur **bn**^{1} (est *eras.* **n**^{2})**s** est curam **t** || 22 uidet en **V**^{1} uide ne **D** *corr.* **V**^{2} || 23 paene tientes **V**^{1} (*corr.* **V**^{2}) patientis **t** (*prob. Frei, RhM 12, 1857, 631; cf. tamen Schöll 31*) || 24 fuit umquam **tv** || 25 senatus libertatem *om.* **V**^{1} (*add.* **V**^{2}) || 27 prospiceret **V** perficeret **bt** | ui] ut **t** *om.* **bnsv** || 28 tribuere hoc tempore debetis **bnsv** tribuere debetis hoc tempore **t** || 29 C.] et c. **D**

est comprobatum atque laudatum. quod idem in M. Bruto facere debetis, 24
a quo insperatum et repentinum rei publicae praesidium legionum, equitatus, auxiliorum magnae et firmae copiae comparatae sunt. adiungendus est Q. Hortensius qui, cum Macedoniam obtineret, adiutorem se
5 Bruto ad comparandum exercitum fidissimum et constantissimum praebuit. nam de M. Apuleio separatim censeo referendum, cui testis est per litteras M. Brutus, eum principem fuisse ad conatum exercitus comparandi. quae cum ita sint, quod C. Pansa consul uerba fecit de litteris quae 25
a Q. Caepione Bruto pro consule adlatae et in hoc ordine recitatae sunt,
10 de ea re ita censeo: 'cum Q. Caepionis Bruti pro consule opera, consilio, industria, uirtute difficillimo rei publicae tempore prouincia Macedonia et Illyricum et cuncta Graecia et legiones, exercitus, equitatus in consulum, senatus populique Romani potestate sint, id Q. Caepionem Brutum pro consule bene et e re publica pro sua maiorumque suorum digni-
15 tate consuetudineque rei publicae bene gerendae fecisse; eam rem senatui populoque Romano gratam esse et fore; utique Q. Caepio Brutus 26
pro consule prouinciam Macedoniam, Illyricum cunctamque Graeciam tueatur, defendat, custodiat incolumemque conseruet, eique exercitui, quem ipse constituit, comparauit, praesit, pecuniamque ad rem mili-
20 tarem, si qua opus sit, quae publica sit et exigi possit, utatur exigat, pecuniasque a quibus uideatur ad rem militarem mutuas sumat, frumentumque imperet, operamque det ut cum suis copiis quam proxime Italiam sit; cumque ex litteris Q. Caepionis Bruti pro consule intellectum sit, Q. Hortensi pro consule opera et uirtute uehementer rem publi-
25 cam adiutam omniaque eius consilia cum consiliis Q. Caepionis Bruti pro consule coniuncta fuisse, eamque rem magno usui rei publicae fuisse, Q. Hortensium pro consule recte et ordine exque re publica fecisse, senatuique placere Q. Hortensium pro consule cum quaestore proue quaestore et legatis suis prouinciam Macedoniam obtinere quoad ei ex
30 senatus consulto successum sit.'

6 censebo **D** || 7 M. *om.* **bntv** || 9 huic ordini **D** || 11 industra **V**^{1} industria et **sV**^{2} | prouinciam macedoniam **stv** (prouinciam et **v**) || 12 et^1 *om.* **bstv** | cunctam greciam **stv** || 13 Brutum *om.* **V** || 14 et e] et **bn**^{1} (e *add.* **n**^{2})**s** de **t**; *cf. Plaut. Aul. 337, Liu. 1, 27, 2, H.-Sz. 817; quod adtinet ad* e re publica *cf. K.-St. I 506* | pro] et **nsv** et pro **t** || 15 eamque **D** | rem p. r. **b** rem r. p. **n**^{1} (*corr.* **n**^{2})**s** r. p. **tv** || 17 totamque graeciam **D** || 19 praesit] praestitit **V** | pecuniaque **sn**^{2}; *cf. tamen K.-St. I 383* || 20 exigatque **v** exigat *del.* **n**^{2} exigat utatur *Clark; cf. tamen H.-Sz. 123* (pecuniam . . . utatur exigat = utendam exigat) || 21 uidetur **nsv** || 21.22 imperet frumentumque **V** frumentum imperet **D** *corr. Halm* || 23 ex *om.* **ns** || 27 Q. *om.* **V** || 27–28 pro consule . . . Hortensium *om.* **V** || 28.29 cum quaestoribus proue quaestores **V** cum q. caepione procos. **bnsv** cumque proue q. **t** *corr. Mommsen; cf. Sternkopf II 101*

M. TVLLIVS CICERO

M. TVLLI CICERONIS
IN M. ANTONIVM
ORATIO PHILIPPICA VNDECIMA

1 Magno in dolore, patres conscripti, uel maerore potius, quem ex crudeli
et miserabili morte C. Treboni, optimi ciuis moderatissimique hominis,
accepimus, inest tamen aliquid quod rei publicae profuturum putem.
perspeximus enim quanta in eis qui contra patriam scelerata arma cepe-
runt inesset immanitas. nam duo haec capita nata sunt post homines 5
natos taeterrima et spurcissima, Dolabella et Antonius: quorum alter
effecit quod optarat, de altero patefactum est quid cogitaret. L. Cinna
crudelis, C. Marius in iracundia perseuerans, L. Sulla uehemens; neque
ullius horum in ulciscendo acerbitas progressa ultra mortem est, quae
2 tamen poena in ciuis nimis crudelis putabatur. ecce tibi geminum in sce- 10
lere par, inuisitatum, inauditum, ferum, barbarum. itaque quorum sum-
mum quondam inter ipsos odium bellumque meministis, eosdem postea
singulari inter se consensu et amore deuinxit improbissimae naturae et
turpissimae uitae similitudo. ergo id quod fecit Dolabella in quo potuit
multis idem minatur Antonius. sed ille cum procul esset a consulibus exer- 15
citibusque nostris neque dum senatum cum populo Romano conspirasse
sensisset, fretus Antoni copiis ea scelera suscepit quae Romae iam suscep-
3 ta arbitrabatur a socio furoris sui. quid ergo hunc aliud moliri, quid optare
censetis aut quam omnino causam esse belli? omnis, qui libere de re
publica sensimus, qui dignas nobis sententias diximus, qui populum Ro- 20
manum liberum esse uoluimus, statuit ille quidem non inimicos, sed
hostis: maiora tamen in nos quam in hostem supplicia meditatur: mor-
tem naturae poenam putat esse, iracundiae tormenta atque cruciatum.
qualis igitur hostis habendus est is a quo uictore, si cruciatus absit, mors
2 in benefici parte numeretur? quam ob rem, patres conscripti, quamquam 25
hortatore non egetis – ipsi enim uestra sponte exarsistis ad libertatis
recuperandae cupiditatem – tamen eo maiore animo studioque liberta-
4 tem defendite quo maiora proposita uictis supplicia seruitutis uidetis. in
Galliam inuasit Antonius, in Asiam Dolabella, in alienam uterque prouin-

1 in dolore sum **bsv** in dolore sumus **n** || 2 et] ac **V** || 4 quanta] quam **V**[1] (*corr.* **V**[2]) || 7 optabat **D** || 11 inusitatum **Vbnsv**; *cf. ThLL VII 2, 222, 33 et de clausula Fraenkel Les. 206* || 12 quoddam **Vb**[1] (*corr.* **b**[2]) *om.* **t**; *cf. Ernesti 1498* | eodem **V** || 13 deuinxit homo **Cus.** | improbissimae **V Cus.** impurissimae **D** || 14 similitudine **V** | id *del. Lambinus* || 15 abesset **D** || 16 conspirare *Ernesti* || 19 omnis *om.* **D** || 20, 21 r. p. liberam **D** || 21 uolumus **bntvs**[2], *prob. Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 152* || 22 tamen *om.* **nsv** || 23 poenam *del. Faernus; cf. tamen Cic. Mil. 101, Schöll 31* | iracundiam **nstv**

ciam. alteri se Brutus obiecit impetumque furentis atque omnia diuexare
ac diripere cupientis uitae suae periculo conligauit, progressu arcuit, a
reditu refrenauit, obsideri se passus ex utraque parte constrinxit Anto-
nium. alter in Asiam inrupit. cur? si ut in Syriam, patebat uia et certa
5 neque longa; *** quid opus fuit cum legione? praemisso Marso nescio
quo Octauio, scelerato latrone atque egenti, qui popularetur agros, uexa-
ret urbis non ad spem constituendae rei familiaris, quam tenere eum posse
negant qui norunt — mihi enim hic senator ignotus est — sed ad prae-
sentem pastum mendicitatis suae, consecutus est Dolabella. nulla suspi- 5
10 cione belli — quis enim id putaret? — secutae conlocutiones familiarissi-
mae cum Trebonio complexusque summae beneuolentiae falsi indices
exstiterunt in amore simulato; dexterae quae fidei testes esse solebant
sunt perfidia et scelere uiolatae: nocturnus introitus Zmyrnam quasi in
hostium urbem, quae est fidissimorum antiquissimorumque sociorum;
15 oppressus Trebonius, si ut ab eo qui aperte hostis esset, incautus; si ut
ab eo qui ciuis etiam tum speciem haberet, miser. ex quo nimirum docu-
mentum nos capere fortuna uoluit quid esset uictis extimescendum. consu-
larem hominem consulari imperio prouinciam Asiam obtinentem Samiario
exsuli tradidit: interficere captum statim noluit, ne nimis, credo, in uicto-
20 ria liberalis uideretur. cum uerborum contumeliis optimum uirum incesto
ore lacerasset, tum uerberibus ac tormentis quaestionem habuit pecuniae
publicae, idque per biduum. post ceruicibus fractis caput abscidit, idque
adfixum gestari iussit in pilo; reliquum corpus tractum atque laniatum
abiecit in mare. cum hoc hoste bellandum est [a] cuius taeterrima crudeli- 6
25 tate omnis barbaria superata est. quid loquar de caede ciuium Romanorum,
de direptione fanorum? quis est qui pro rerum atrocitate deplorare tantas
calamitates queat? et nunc tota Asia uagatur, uolitat ut rex; nos alio
bello distineri putat: quasi uero non idem unumque bellum sit contra
hoc iugum impiorum nefarium. imaginem M. Antoni crudelitatis in Do- 3

22–23 *Arus. Gramm. VII 454, 14–15* idque ... pilo

2 a progressu **D**V^2 || **4** cursim ut **bns**V^2 cursim uti **v** cursim **t** | petebat **D** || **5** sin ut ad Trebonium *post* longa *add. Lambinus* sin ut Zmyrnam *add. Sternkopf* | Marso] mario **D**; *cf. tamen Appian. Bell. ciu. 4, 266* || **6** egente **D** || **11** complexus *Clark, qui et* complexus quoque *dub. coni.* (*cf. ClR 14, 1900, 407*) | indices falsi *Nipperdey; sed cf. C. F. W. Müller CXX* || **12** in amore simulato *om.* **s** || **13** perfidia sunt **D** || **14** fidelissimorum **D**; *cf. Liu. 37, 32, 11* || **15** si ut^1] sicut **D** | erat esset **V** || **16** miser *om.* **nsv** || **18** Asiam *del. Schelle, fort. recte* || **19** exul **V** nescio cui *Mommsen* || **22** a ceruicibus **nv** | fractis *om.* **D** || **23** adfixum **V**, *Arus.* fixum **D**; *cf. ThLL I 1213, 74 sqq.* | atque laniatum *om.* V^1 (*add.* V^2) tractum atque laniatum *del. Kayser, praeeunte Pluygers; cf. tamen Cobet, Mnem. N. S. 7, 1879, 152* || **24** *del. Poggius* || **28** unum idemque **D**, *fort. recte; cf. tamen Suet. Ner. 43, 1, Tertull. Idol. 3, ThLL VII 1, 190, 31 sqq.* || **29** impium **nstv** | M. *om.* **D**

labella cernitis: ex hoc illa efficta est; ab hoc Dolabellae scelerum prae-
cepta sunt tradita. num leniorem quam in Asia Dolabella fuit in Italia,
si liceat, fore putatis Antonium? mihi quidem et ille peruenisse uidetur
quoad progredi potuerit feri hominis amentia, neque Antonius ullius
supplicii adhibendi, si potestatem habeat, ullam es⟨se⟩ partem relictu- 5
7 rus. ponite igitur ante oculos, patres conscripti, miseram illam quidem
et flebilem speciem, sed ad incitandos nostros animos necessariam:
nocturnum impetum in urbem Asiae clarissimam, inruptionem armato-
rum in Treboni domum, cum miser ille prius latronum gladios uideret
quam quae res esset audisset; furentis introitum Dolabellae, uocem im- 10
puram atque os illud infame, uincla, uerbera, eculeum, tortorem carni-
ficemque Samiarium: quae tulisse illum fortiter et patienter ferunt.
magna laus meoque iudicio omnium maxima. est enim sapientis, quic-
quid homini accidere possit, id praemeditari ferendum modice esse [si
euenerit]. maioris omnino est consili prouidere ne quid tale accidat, animi 15
8 non minoris fortiter ferre, si euenerit. ac Dolabella quidem tam fuit im-
memor humanitatis — quamquam eius numquam particeps fu[er]it —
ut suam insatiabilem crudelitatem exercuerit non solum in uiuo, sed
etiam in mortuo, atque in eius corpore lacerando atque uexando, cum
animum satiare non posset, oculos pau⟨er⟩it suos. 20

4 O multo miserior Dolabella quam ille quem tu miserrimum esse uolu-
isti! 'dolores Trebonius pertulit magnos.' multi ex morbi grauitate maio-
res, quos tamen non miseros, sed laboriosos solemus dicere. 'longus fuit
dolor.' bidui, at compluribus annorum saepe multorum. nec uero gra-
uiora sunt carnificum cruciamenta quam interdum tormenta morborum. 25
9 alia sunt, alia, inquam, o perditissimi homines et amentissimi, multo mi-
seriora. nam quo maior uis est animi quam corporis, hoc sunt grauiora
ea quae concipiuntur animo quam illa quae corpore. miserior igitur qui
suscipit in se scelus quam is qui alterius facinus subire cogitur. cruciatus
est a Dolabella Trebonius: et quidem a Carthaginiensibus Regulus. qua 30
re cum crudelissimi Poeni iudicati sint in hoste, quid in ciue de Dola-

6–7 *Seru. ad Verg. Aen. 2, 407* ponite . . . necessariam

1 effecta **VD** *corr. Ursinus; de eadem corruptela in codicibus cf. alia exempla ap. ThLL V 2, 185, 9 sq.* | ab hoc illa **D** || **2** nunc **n**^{1} (*corr.* **n**^{2})**tv** || **5** es **V**^{1} est **DV**^{2} *corr. Ursinus* || **6** igitur] itaque *Seru.* || **7** nostros animos **V**, *Seru.* animos nostros **bnt** animos uestros **sv** || **9** ille miser **sv** || **11** carnificem tortoremque **D** || **14.15** *del. Ernesti* || **15** animi] animo **V**^{1} sed animi **D** *corr.* **V**^{2} || **16** si euenerit *del. Clark Desc. 197* || **17** fuerit **VD** *corr. cod. Barbadorii; cf. Ernesti 1500* || **18** exacuerit **D** (exuerit **t**) || **19** atque] at **nstv** | mortuo: itaque . . . pauit *Clark dub. in app.* || **20** pauit **VD** *corr. Ferrarius; cf. King 251* | suos pau⟨er⟩it *Zielinski* || **22** *sic dist. Madvig; cf. King 252* || **24** compluribus hominibus **ns** || **25** carnificum tormenta (tormenta carnificum **b**) quam interdum cruciamenta **D** || **28** concupiuntur **D** | in corpore **D** || **29** suscepit **V** | is qui] si ui **V** si qui *P. R. Müller* || **30, 31** in qua re **D** || **31** sunt **ntv** | de *om.* **D**

bella iudicandum est? an uero hoc conferendum est aut dubitandum uter
miserior sit, isne cuius mortem senatus populusque Romanus ulcisci
cupit, an is qui cunctis senatus sententiis hostis est iudicatus? nam ceteris
quidem uitae partibus quis est qui possit sine Treboni maxima contume-
5 lia conferre uitam Treboni cum Dolabellae? alterius consilium, ingenium,
humanitatem, innocentiam, magnitudinem animi in patria liberanda quis
ignorat? alteri a puero pro deliciis crudelitas fuit, deinde ea libidinum
turpitudo ut in hoc sit semper ipse laetatus, quod ea faceret quae sibi
obici ne ab inimico quidem possent uerecundo. et hic, di immortales, 10
10 aliquando fuit meus. occulta enim erant uitia non inquirenti. neque nunc
fortasse alienus ab eo essem, nisi ille nobis, nisi moenibus patriae, nisi
huic urbi, nisi dis penatibus, nisi aris et focis omnium nostrum, nisi de-
nique naturae et humanitati inuentus esset inimicus. a quo admoniti dili-
gentius et uigilantius caueamus Antonium.

15 Etenim Dolabella non ita multos secum habuit notos atque insignis 5
latrones: at uidetis quos et quam multos habeat Antonius. primum Lu-
cium fratrem: quam facem, di immortales, quod facinus, quod scelus,
quem gurgitem, quam uoraginem! quid eum non sorbere animo, quid non
haurire cogitatione, cuius sanguinem non bibere censetis, in cuius pos-
20 sessiones atque fortunas non impudentissimos oculos spe et mente de-
figere? quid Censorinum? qui se uerbo praetorem esse urbanum cupere 11
dicebat, re certe noluit. quid Bestiam? qui consulatum in Bruti locum se
petere profitetur. atque hoc quidem detestabile omen auertat Iuppiter!
quam absurdum autem, qui praetor fieri non potuerit, petere eum con-
25 sulatum! nisi forte damnationem pro praetura putat. alter Caesar Vo-
piscus ille summo ingenio, summa potentia, qui ex aedilitate consulatum
petit, soluatur legibus: quamquam leges eum non tenent propter exi-
miam, credo, dignitatem. at hic me defendente quinquiens absolutus
est: sexta palma urbana etiam in gladiatore difficilis. sed haec iudicum
30 culpa, non mea est. ego defendi fide optima: illi debuerunt clarissimum et
praestantissimum senatorem in ciuitate retinere. qui tamen nunc nihil

1 est[1] *om.* **V** | aut] an **D** || 2 sit *om.* **bnst** | isne] nonne **V** || 2.3 ulcis cupitur **V** ulciscitur **D** *corr. Ferrarius* || 3 cuncti sententia senatus **bn** cuncti senatus sententia **stv** || 5 dolabella **bsv** || 7 alterius **D** | a puero *om.* **D** | deliciis] dilectis **D** || 10 meus amicus **ns** || 11 fortasse *om.* **Cus.** | nobis] bonis **V Cus.** uobis **D** *corr. Halm* || 15 atque] at **nv** ad **s** || 16 Lucium *om.* **D** || 19 cuius . . . in *om.* **V**[1] (*add.* **V**[2]) || 22 re cert⟨ar⟩e *Mommsen* | se *ante* consulatum **D** || 24 quam absurde **V** || 25 damnationem pro praetura] dampnat etiam a uobis p. q. r. **b** dampnatus (-i **s**) a nobis (uobis **n**[2]) p. q. r. **nsv** dampnatione .pp. r. **t** || 25.26 Vopiscus ille] uobiscum homo **D** || 26 qui *delendum aut* qui . . . petit, soluitur legibus (quamquam leges eum non tenent) propter eximiam, credo, dignitatem *legendum esse censet Ernesti* || 26.27 consulatum petit] ad consulatum **D** || 27 teneant **V** | propter eximiam *om.* **D** || 29 etiam gladiatori *Pluygers; cf. tamen Zielinski Claus. 215*

aliud agere uidetur nisi ut intellegamus illos quorum res iudicatas inritas
12 fecimus bene et e re publica iudicauisse. neque hoc in hoc uno est: sunt
alii in isdem castris honeste condemnati, turpiter restituti. quod horum
consilium qui omnibus bonis hostes sunt nisi crudelissimum putatis fore?
accedit Saxa nescio quis, quem nobis Caesar ex ultima Celtiberia tribu- 5
num plebis dedit, castrorum antea metator, nunc, ut sperat, urbis: a qua
cum sit alienus, suo capiti saluis nobis ominetur. cum hoc ueteranus Cafo,
quo neminem ueterani peius oderunt. his quasi praeter dotem quam in
ciuilibus malis acceperant agrum Campanum est largitus Antonius, ut
haberent reliquorum nutriculas praediorum. quibus utinam contenti 10
essent! ferremus, etsi tolerabile non erat, sed quiduis patiendum fuit,
6 13 ut hoc taeterrimum bellum non haberemus. quid? illa castrorum M. An-
toni lumina nonne ante oculos proponitis? primum duos conlegas Anto-
niorum et Dolabellae, Nuculam et Lentonem, Italiae diuisores lege ea
quam senatus per uim latam iudicauit; quorum alter commentatus est 15
mimos, alter egit tragoediam. quid dicam de Apulo Domitio? cuius modo
bona proscripta uidi. tanta procuratorum est neglegentia. at hic nuper
sororis filio infudit uenenum, non dedit. sed non possunt non prodige
uiuere qui nostra bona sperant, cum effundant sua. uidi etiam P. Deci
auctionem, clari uiri, qui maiorum exempla persequens pro alieno se aere 20
deuouit. emptor tamen in ea auctione inuentus est nemo. hominem
14 ridiculum qui se exserere aere alieno putet posse, cum uendat aliena. nam
quid ego de Trebellio dicam? quem ultae uidentur Furiae debitorum;
uindicem enim nouarum tabularum nouam tabulam uidemus. quid de
T. Planco? quem praestantissimus ciuis, Aquila, Pollentia expulit et qui- 25
dem crure fracto: quod utinam illi ante accidisset, ne huc redire potuis-
set! lumen et decus illius exercitus paene praeterii, T. Annium Cimbrum,
Lysidici filium, Lysidicum ipsum Graeco uerbo, quoniam omnia iura dis-

1 illos iudices **ns** || 2 e *om.* **V**^{1} (*add.* **V**^{2}); *cf. ThLL V 2, 1103, 33; 1111, 35 sq.* || 6 ut] ui **D** | sperat urbem **bsv** || 7 alienissimus captis aliis **nsv** | ominetur] dominetur **nstvb**^{2}; *cf. ThLL IX 2, 580, 19 sqq.* || 11 essent] esse possent **D** || 12 M. *om.* **D** || 13 antonii **bnsv** || 15 quorum ... est *om.* **V** || 16. 17 bona modo **D** || 17 uidimus **D** | est *om.* **nst** || 19 effundunt **D** | uide **D** (uidi s) || 20 clarissimi **D**; *cf. 9, 4. 11; 13, 41* | maiorum suorum **D** || 21 tamen ... nemo *om.* **nsv** || 22 se exserere aere] se exercere **V** se exire aere **D** exurgere ⟨ex⟩ aere *Busche* se emergere ⟨ex⟩ aere *C. F. W. Müller* (*prob. Lutz 81, coll. Cic. Vat. 23*) se exsercire aere *Schöll, corr. Halm* || 23 quem ultae] quem ute **V** quam multae **D** *corr. Ubaldinus* || 24 uindicem] uindicem is **V** uindices **D** uindicis *Ferrarius, corr. Poggius* | uidimus **D** ⟨proferre⟩ uidemus *Cobet* (*coll. 2, 73*) ⟨iam⟩ uidemus *Clark dub. in app.* || 25 T.] l. **V** *om.* **D** *corr. Zumpt; cf. 6, 10; 12, 20; 13, 27* | quae **V** qui **nstvb**^{2} | ciuis] cuius **V** ciues ciuis **nsv** ciuis ciui **t** ciues **b**^{2} | potentia **D** || 28 ipsum in graeco uerbo **nstv** Graeco uerbo *del. Manutius, quem nonnulli edd. secuti sunt; cf. tamen Vahlen Opusc. II 325, qui Cic. Leg. 1, 58 confert, et Hirschfelder, J. cl. Ph. 1871, 209*

soluit, nisi forte iure Germanum Cimber occidit. cum hanc et huius generis copiam tantam habeat Antonius, quod scelus omittet, cum Dolabella tantis se obstrinxerit parricidiis nequaquam pari latronum manu et copia?

5 Quapropter, ut inuitus saepe dissensi a Q. Fufio, ita sum eius sententiae 15 libenter adsensus: ex quo iudicare debetis me non cum homine solere, sed cum causa dissidere. itaque non adsentior solum sed etiam gratias ago Fufio: dixit enim seueram, grauem, re publica dignam sententiam: iudicauit hostem Dolabellam; bona censuit publice possidenda. quo cum 10 addi nihil potuisset — quid enim atrocius potuit, quid seuerius decernere? — dixit tamen, si quis eorum qui post se rogati essent grauiorem sententiam dixisset, in eam se iturum. quam seueritatem quis potest non laudare?

Nunc, quoniam hostis est iudicatus Dolabella, bello est persequendus. 7 16 15 neque enim quiescit; habet legionem, habet fugitiuos, habet sceleratam impiorum manum; est ipse confidens, impotens, gladiatorio generi mortis addictus. quam ob rem, quoniam Dolabella hesterno die hoste decreto bellum gerendum est, imperator est deligendus. duae dictae sunt sententiae quarum neutram probo: alteram quia semper, nisi cum est necesse, 20 periculosam arbitror; alteram quia alienam his temporibus existimo. nam 17 extraordinarium imperium populare atque uentosum est, minime nostrae grauitatis, minime huius ordinis. bello Antiochino magno et graui cum L. Scipioni prouincia Asia obuenisset, parumque in eo putaretur esse animi, parum roboris, senatusque ad conlegam eius, C. Laelium, illius Sa- 25 pientis patrem, negotium deferret, surrexit P. Africanus, frater maior L. Scipionis, et illam ignominiam a familia deprecatus est, dixitque et in fratre suo summam uirtutem esse summumque consilium neque se ei legatum, id aetatis eisque rebus gestis, defuturum. quod cum ab eo esset dictum, nihil est de Scipionis prouincia commutatum; nec plus extra-

1 *Quintil. Inst. 8, 3, 29* Germanum . . . occidit

1 huius] eius **D** || 3 nequam **V** || 5 Q. *om.* **V**; *fort. recte: cf. Adams, Cl. Q. 71, 1978, 155* || 8 grauem re publica dignam] grecauem re publicam **V** grauem ⟨e⟩ re publica [dignam] *Buecheler (coll. 8, 13); cf. tamen Vahlen Opusc. II 325 sq., qui* grauem, re publica dignam *tuetur coll. 8, 2, p. red. in sen. 8; cf. etiam Schöll 16 adn. 1* || 10 possit **b** posset **nstv** | decernere] degenere **V**[1] decenere **V**[2] de genero *Muretus* || 11 dixit tamen] dicit enim **ns** || 14 nunc] num **D** || 15 quiescet **D** || 16 mortis] Martis *Busche* || 17 quoniam cum dolabella **bnsv** | hesterno die hoste decreto *del. Ernesti* || 21 semper imperium **D**; *cf. tamen Ernesti 1504* || 22 bello Antiochino] bellaniochino **V** bello antiochi **bnsv** || 23 prouincia Asia] pc. ia **V** p. f. asia **D** *corr. Faernus* || 24 senatus **nsv** | C. *om.* **V** | illius] huius **VD** *corr. Ernesti* || 26 a familia] familiae **bnsv** familia **t**; *cf. ThLL V 1, 599, 11 sqq.* | est *om.* **V** || 27 *post* summam uir- *in* **V** *sequitur 12, 12–23* -sumus iudicare . . . corpore, *tum 13, 1–10* a principio . . . acerbam, *tum 11, 17–22* -tutem . . . uirum

ordinarium imperium ad id bellum quaesitum quam duobus antea maximis Punicis bellis quae a consulibus aut a dictatoribus gesta et confecta sunt, quam Pyrrhi, quam Philippi, quam post Achaico bello, quam Punico tertio; ad quod populus Romanus ita sibi ipse delegit idoneum ducem, 8 18 P. Scipionem, ut eum tamen bellum gerere consulem uellet. cum Aristo- 5 nico bellum gerendum fuit P. Lici[o]nio L. Valerio consulibus. rogatus est populus quem id bellum gerere placeret. Crassus consul, pontifex maximus, Flacco conlegae, flamini Martiali, multam dixit, si a sacris discessisset: quam multam populus Romanus remisit; pontifici tamen flaminem parere iussit. sed ne tum quidem populus Romanus ad pri- 10 uatum detulit bellum, quamquam erat Africanus qui anno ante de Numantinis triumpharat; qui, cum longe omnis belli gloria et uirtute superaret, duas tamen tribus solas tulit. ita populus Romanus consuli potius Crasso quam priuato Africano bellum gerendum dedit. de Cn. Pompei imperiis, summi uiri atque omnium principis, tribuni plebis turbulenti tulerunt. 15 nam Sertorianum bellum a senatu priuato datum est, quia consules recusabant, cum L. Philippus pro consulibus eum se mittere dixit, non pro 19 consule. quae igitur haec comitia, aut quam ambitionem constantissimus et grauissimus ciuis, L. Caesar, in senatum introduxit? clarissimo uiro atque innocentissimo decreuit imperium, priuato tamen: in quo maximum 20 nobis onus imposuit. adsensus ero, ambitionem induxero in curiam; negaro, uidebor suffragio meo, tamquam comitiis, honorem homini amicissimo denegauisse. quod si comitia placet in senatu haberi, petamus, ambiamus, tabella modo detur nobis, sicut populo data est. cur com⟨m⟩ittis, Caesar, ut aut praestantissimus uir, si tibi non sit adsensum, repulsam 25 tulisse uideatur aut unus quisque nostrum praeteritus, si, cum pari 20 dignitate simus, eodem honore digni non putemur? at enim — nam id exaudio — C. Caesari adulescentulo imperium extraordinarium mea sententia dedi. ille enim mihi praesidium extraordinarium dederat: cum dico mihi, senatui dico populoque Romano. a quo praesidium res publica, 30 ne cogitatum quidem, tantum haberet ut sine eo salua esse non posset,

1 antea duobus *Christ* || 2 et confecta] aut consummata **b** ita consummata **ns** it conta **t** || 3.4 quam Punico tertio *om.* **D** || 4 ad quod] at quo domitii **V**[1] (*corr.* **V**[2]) | diligit **V** || 6 p. licioni p. (p. *om.* **V**[1] *add.* **V**[2]) ualerio **V** l. ualerio p. scipione **D** *corr. Poggius* || 7 est] et **t** *om.* **bnsv** || 9 populi romani **V**[1] populus romanus **D** *corr.* **V**[2] || 12 triumphauerat **bstv** || 13 solas *om.* **D**; *de rhythmo* ◡——◡◡ (tribus solas tulit) *cf. Fraenkel Les. 189* | ita] et **V** || 14 *post* dedit *ex §§ 20–21* sed de ... designatus *add.* **V** || 17 se eum **D** (secum **v**) || 20 maximum *post* imposuit *transt. Clark dub. in app., clausulae gratia; cf. etiam Zielinski Claus. 147; de clausula* (◡◡— ◡◡◡) *cf. tamen Fraenkel Les. 104* || 21 adsensus ero] assensero **DV**[2]; *cf. K.-St. I 150* | negare **V** negauero **nsv**; *cf. K.-St. II 164, H.-Sz. 657* || 23 habere **D** || 24 modo] modo noua **ns** noua **t** | comitiis **VD** *corr. Faernus* || 25 ita ut **nsV**[2] | adsensus **nstv** || 27 sumus **D** || 28 C. *om.* **ns** | adolescenti **bnsv** adolescens **t** || 30 res p. praesidium (p. *om.* **v**) **D**

huic extraordinarium imperium non darem? aut exercitus adimendus aut
imperium dandum fuit. quae est enim ratio aut qui potest fieri ut sine
imperio teneatur exercitus? non igitur, quod ereptum non est, id existi-
mandum est datum. eripuissetis C. Caesari, patres conscripti, imperium,
5 nisi dedissetis. milites ueterani qui illius auctoritatem, imperium, nomen
secuti pro re publica arma ceperant uolebant sibi ab illo imperari; legio
Martia et legio quarta ita se contulerant ad auctoritatem senatus et rei
publicae dignitatem ut deposcerent imperatorem et ducem C. Caesarem.
imperium C. Caesari belli necessitas, fascis senatus dedit. otioso uero et
10 nihil agenti priuato, obsecro te, L. Caesar — cum peritissimo homine
mihi res est —, quando imperium senatus dedit?

Sed de hoc quidem hactenus, ne refragari homini amicissimo ac de me 9
optime merito uidear. etsi quis potest refragari non modo non petenti
uerum etiam recusanti? illa uero, patres conscripti, aliena consulum di- 21
15 gnitate, aliena temporum grauitate sententia est ut consules Dolabellae
persequendi causa Asiam et Syriam sortiantur. dicam cur inutile rei
publicae, sed prius quam turpe consulibus sit uidete. cum consul designa-
tus obsideatur, cum in eo liberando salus sit posita rei publicae, cum a
populo Romano pestiferi ciues parricidaeque desciuerint, cumque id
20 bellum geramus quo bello de dignitate, de libertate, de uita decernamus, si
in potestatem quis Antoni uenerit, proposita sint tormenta atque cru-
ciatus, cumque harum rerum omnium decertatio consulibus optimis et
fortissimis commissa et commendata sit, Asiae et Syriae mentio fiet, ut
aut suspicioni crimen aut inuidiae materiam dedisse uideamur? at uero 22
25 ita decernunt 'ut liberato Bruto': id enim restabat, ut relicto, deserto,
prodito. ego uero mentionem omnino prouinciarum factam dico alienis-
simo tempore. quamuis enim intentus animus tuus sit, C. Pansa, sicut est,
ad uirum fortissimum et omnium clarissimum liberandum, tamen rerum
natura cogit te necessario referre animum aliquando ad Dolabellam per-
30 sequendum et partem aliquam in Asiam et Syriam deriuare curae et co-
gitationis tuae. si autem fieri posset, uel pluris te animos habere uellem
quos omnis ad Mutinam intenderes. quod quoniam fieri non potest, isto
t⟨e⟩ animo quem habes praestantissimum atque optimum nihil uolumus
nisi de Bruto cogitare. facis tu id quidem et eo maxime incumbis, in- 23
35 tellego; duas tamen res, magnas praesertim, non modo agere uno tem-

3 est non est id **stv** || 4 est] esse **nstv** || 7 Martia et legio *om.* **D** | contulerat **D**; *cf. tamen 12, 29, Lebreton 13* || 7.8 et rei publicae] reique p. **bt** p. q. r. **n** r. p. p. q. r. **s** p. r. **v** || 8.9 C. Caesarem. imperium C. *om.* **D** || 9 bellum **bsv** | et *om.* **D** || 17 consulibus *om.* **D** || 18 cum in eo] in eoque **bns** in eo **t** | cumque **nsv** || 20 de² *om.* **D** | et si **ns** || 28 ad fortissimum uirum **D** | *a* fortissimum *usque ad 12, 12* pos(sumus) *def.* **V**: *cf. ad § 17* || 29 coget **bt**, *prob. Madvig Opusc. 728* | te necessario *del. Ernesti* || 32.33 isto te] istoc **D** isto **n²** *corr. Halm.* || 34 intellego *om.* **nsv** ut *ante* intellego *add. Halm; sed cf. Fraenkel Les. 191 sq.*

pore sed ne cogitando quidem explicare quisquam potest. incitare et in-
flammare tuum istuc praestantissimum studium, non ad aliam ulla[m]
10 ex parte curam transferre debemus. adde istuc sermones hominum, adde
suspiciones, adde inuidiam: imitare me quem tu semper laudasti, qui
instructam ornatamque a senatu prouinciam deposui ut incendium pa- 5
triae omissa omni cogitatione restinguerem. nemo erit praeter unum me,
quicum profecto, si quid interesse tua putasses, pro summa familiaritate
nostra communicasses, qui credat te inuito prouinciam tibi esse decretam.
hanc, quaeso, pro tua singulari sapientia reprime famam atque effice
24 ne id quod non curas cupere uideare. quod quidem eo uehementius tibi 10
laborandum est quia in eandem cadere suspicionem conlega, uir clarissi-
mus, non potest. nihil horum scit, nihil suspicatur; bellum gerit, in acie
stat, de sanguine et de spiritu decertat; ante prouinciam sibi decretam
audiet quam potuerit tempus ei rei datum suspicari. uereor ne exercitus
quoque nostri qui non dilectus necessitate, sed uoluntariis studiis se ad 15
rem publicam contulerunt tardentur animis, si quicquam aliud a nobis
nisi de instanti bello cogitatum putabunt. quod si prouinciae consulibus
expetendae uidentur, sicut saepe multis clarissimis uiris expetitae sunt,
reddite prius nobis Brutum, lumen et decus ciuitatis; qui ita conseruan-
dus est ut id signum quod de caelo delapsum Vestae custodiis continetur; 20
quo saluo salui sumus futuri. tunc uel in caelum uos, si fieri poterit, ume-
ris nostris tollemus; prouincias certe dignissimas uobis deligemus; nunc
quod agitur agamus. agitur autem liberine uiuamus an mortem obeamus,
25 quae certe seruituti anteponenda est. quid? si etiam tarditatem adfert
ista sententia ad Dolabellam persequendum? quando enim ueniet con- 25
sul? an id exspectamus quoad ne uestigium quidem Asiae ciuitatum atque
urbium relinquatur? at mittent aliquem de suo numero. ualde mihi pro-
bari potest qui paulo ante clarissimo uiro priuato imperium extra ordi-
nem non dedi. at hominem dignum mittent. num P. Seruilio digniorem?
at eum quidem ciuitas non habet. quod ergo ipse nemini putaui dandum, 30
26 ne a senatu quidem, id ego unius iudicio delatum comprobem? expedito
nobis homine et parato, patres conscripti, opus est et eo qui imperium
legitimum habeat, qui praeterea auctoritatem, nomen, exercitum, per-
spectum animum in re publica liberanda.

21–22 *Non. 407, 1* uel . . . tollemus

2 ullam **bn**[1] (*corr.* **n**[2])**st** || **6** ⟨alia⟩ omni *Halm in app.* | cunctatione *Sydow* || **8** te *del. C. F. W. Müller dub. in app.; cf. K.-St. I 786* || **18** ⟨a⟩ multis *Halm; sed cf. ThLL V 2, 1692, 41* || **20** id] illud *Ernesti* | de *om.* **bnst** || **21** tunc] hunc **D** *corr. Ferrarius* | uos *ante* si *Non., ante* umeris **b**, *post* si **v** *om.* **nst** | poterit **D**, *Non.* potuerit *cod. Regius 15 A. XIV* || **26** quoad ne] quo nec **b** quo **n** quo ne **sv** quo ante **t** *corr. Christ; cf. ThLL V 2, 1893, 12 sqq.* || **27** at mittent] admittent **bst** | de suo⟨rum⟩ numero *Cobet* || **28** uiro *om.* **tv** || **30** putat **D** *corr. Madvig*

Quis igitur is est? aut M. Brutus aut C. Cassius aut uterque. decer- **11**
nerem plane sicut multa 'consules, alter ambo[s]ue', ni Brutum conligas-
semus in Graecia et eius auxilium ad Italiam uergere quam ad Asiam ma-
luissemus; non ut ex [ea] acie respectum haberemus, sed ut ipsa acies
5 subsidium haberet etiam transmarinum. praeterea, patres conscripti,
M. Brutum retinet etiam nunc C. Antonius, qui tenet Apolloniam, ma-
gnam urbem et grauem, tenet, opinor, Byllidem, tenet Amantiam, instat
Epiro, urget Oricum, habet aliquot cohortis, habet equitatum. hinc si
Brutus erit traductus ad aliud bellum, Graeciam certe amiserimus. est
10 autem etiam de Brundisio atque illa ora Italiae prouidendum. quamquam
miror tam diu morari Antonium; solet enim ipse accipere manicas nec
diutius obsidionis metum sustinere. quod si confecerit Brutus et intelle-
xerit plus se rei publicae profuturum, si Dolabellam persequatur quam si
in Graecia maneat, aget ipse per sese, ut adhuc quoque fecit, neque in tot
15 incendiis quibus confestim succurrendum est exspectabit senatum. nam 27
et Brutus et Cassius multis iam in rebus ipse sibi senatus fuit. necesse est
enim in tanta conuersione ⟨et⟩ perturbation⟨e omni⟩um rerum tempori-
bus potius parere quam moribus. nec enim nunc primum aut Brutus aut
Cassius salutem libertatemque patriae legem sanctissimam et morem op-
20 timum iudicauit. itaque si ad nos nihil referretur de Dolabella perse-
quendo, tamen ego pro decreto putarem, cum essent tales uirtute, aucto-
ritate, nobilitate summa uiri quorum alterius iam nobis notus esset
exercitus, alterius auditus. num igitur Brutus exspectauit decreta nostra, **12**
cum studia nosset? neque enim est in prouinciam suam Cretam profec-
25 tus: in Macedoniam alienam aduolauit; omnia sua putauit quae uos
uestra esse uelitis; legiones conscripsit nouas, excepit ueteres; equita-
tum ad se abduxit Dolabellae atque eum nondum tanto parricidio ob-
litum hostem sua sententia iudicauit. nam ni ita esset, quo iure equita-
tum a consule abduceret? quid? C. Cassius, pari magnitudine animi et con- 28
30 sili praeditus, nonne eo ex Italia consilio profectus est ut prohiberet Sy-

2 *sic dist. C. F. W. Müller* | consulibus **t** | alterum **bsv** | ambosue **D** *corr. Orelli* | ⟨in⟩ consulibus, alterum ambosue *Halm* (*prob. King 263*) ⟨in⟩ consules, alter amboue *Madvig Opusc. 729* consulibus, alterum ambosue *Pluygers; cf. 5, 53* | ni⟨si⟩ *Halm in app.* || 3 auxilium] uexillum *Jeep* || 4 ex ea acie **D** (*def. King 263*) eo ex acie *Ferrarius* (*prob. Madvig, J. cl. Ph. 1856, 124, Opusc. 729*) ea *del. Rau* | ea *ante* ipsa *add. Clark Desc. 188* || 9 ad *om.* **btv** || 11 ipse] iste *Orelli* || 12 quod] quem *Halm in app.; cf. tamen King 264* || 14 quoque *del. Cobet* || 16 ut Cassius *Schöll in app. coll. § 28* | ipsi sibi senatus fuerunt *Halm in app.; sed cf. K.-St. I 47* || 17 concursatione (concursione **t** conuersione **v**) perturbationum rerum **D** *corr. Ferrarius; cf. Cic. Flacc. 94, Amm. 26, 6, 1, ThLL IV 856, 12 sqq.* || 22 summi uiri **D** summa ⟨ibi⟩ uiri *Busche* ⟨ei⟩ summi uiri *Clark* (*cf. tamen Lutz 81 sqq., qui* summi uiri *del.*) summa ⟨praediti⟩ uiri *Sydow, corr. Faernus* || 25 aduolauit alienam *Schöll in app.* || 26 uelitis uestra esse *Schöll* || 27 tanto *om.* **ns** || 29 a *om.* **bn**[1] (*add.* **n**[2])**tv** || 30 est *om.* **bt**

ria Dolabellam? qua lege, quo iure? eo quod Iuppiter ipse sanxit, ut omnia quae rei publicae salutaria essent legitima et iusta haberentur. est enim lex nihil aliud nisi recta et[iam] a numine deorum tracta ratio, imperans honesta, prohibens contraria. huic igitur legi paruit Cassius, cum est in Syriam profectus, alienam prouinciam, si homines legibus scriptis uterentur, eis uero oppressis sua⟨m⟩ lege naturae.

29 Sed ut ea uestra quoque auctoritate firmetur, censeo: cum P. Dolabella quique eius crudelissimi et taeterrimi facinoris ministri, socii, adiutores fuerunt hostes populi Romani a senatu iudicati sint, cumque senatus P. Dolabellam bello persequendum censuerit, ut is qui omnia deorum hominumque iura nouo, inaudito, inexpiabili scelere polluerit nefarioque se patriae parricidio obstrinxerit poenas dis hominibusque meritas debi-
30 tasque persoluat, senatui placere C. Cassium pro consule prouinciam Syriam obtinere, ut qui optimo iure eam prouinciam obtinuerit, eum a Q. Marcio Crispo pro consule, L. Staio Murco pro consule, A. Al⟨l⟩ieno legato exercitus accipere, eosque ei tradere, cumque eis copiis et si quas praeterea parauerit bello P. Dolabellam terra marique persequi. eius belli gerendi causa quibus ei uideatur nauis, nautas, pecuniam ceteraque quae ad id bellum gerendum pertineant, ut imperandi in Syria, Asia, Bithynia, Ponto ius potestatemque habeat, utique, quamcumque in prouinciam eius belli gerendi causa aduenerit, ibi maius imperium C. Cassi pro consule sit quam eius erit qui eam prouinciam tum obtinebit, cum C. Cassius
31 pro consule in eam prouinciam uenerit; regem Deiotarum patrem et regem Deiotarum filium, si, ut multis bellis saepe numero imperium populi Romani iuuerint, item C. Cassium pro consule copiis suis opibusque iuuissent, senatui populoque Romano gratum esse facturos, itemque si ceteri reges, tetrarchae dynastaeque fecissent, senatum populumque Romanum eorum offici non immemorem futurum. utique C. Pansa A. Hirtius consules, alter amboue, si eis uideretur, re publica recuperata de prouinciis consularibus, praetoriis ad hunc ordinem primo quoque tempore ⟨re⟩ferant. interea prouinciae ab eis a quibus obtinentur obtineantur quoad cuique ex senatus consulto successum sit.

13 32 Hoc senatus consulto ardentem inflammabitis et armatum armabitis

3 etiam **D** *corr. Poggius* || 6 sua **D** *corr. ed. Romana* || 7 ea] ex **D** ea ⟨lex⟩ *C. F. W. Müller dub. in app., corr. Ferrarius* | firmentur *Bake* || 9 sunt **D** *corr. Poggius* || 14 eum a Q.] eumque **n**^{1}**s** eam a q. **t** eum atque **v** eumque a **n**^{2} || 15 Staio] stato **b** stabilio **n** statu **st** statum **v** Statio *Ferrarius, corr. Sternkopf: cf. enim CIL IX 3080, Münzer RE III A (1929) 2136–2139* | ab caleno **b** at (a **n**^{2}) pro alieno **ns** ab alieno **tv** *corr. Ferrarius (item infra); cf. Klebs RE I (1894) 1585* || 16 exercitum **btv** || 18 ceteraque quae] ceteraque omnia quae **b** ceteraque **ns**^{1}**t** cetera quae **s**^{2} *corr. Poggius (et* **n**^{2}*); cf. K.-St. II 154* || 20 utque **nsv** || 22 tum] totam **t** || 28 utque **nsv** || 29 uidebitur *Ernesti* uideatur *Klotz* || 30 ⟨et⟩ praetoriis *Muretus* || 31 ferant **D** *corr. Naugerius; de clausula* (–⏑⏑ ⏑⏑⏑) *cf. Fraenkel Les. 94* | a *om.* **nstv**

Cassium; nec enim animum eius potestis ignorare nec copias. animus is
est quem uidetis; copiae quas audistis *** fortes et constantes uiri, qui
ne uiuo quidem Trebonio Dolabellae latrocinium in Syriam penetrare
siuissent. Al⟨l⟩ienus, familiaris et necessarius meus, post interitum Tre-
5 boni profecto ne dici quidem se legatum Dolabellae uolet. est Q. Caecili
Bassi, priuati illius quidem, sed fortis et praeclari uiri, robustus et uictor
exercitus. Deiotari regis et patris et fili et magnus et nostro more insti- **33**
tutus exercitus; summa in filio spes, summa ingeni indoles summaque
uirtus. quid de patre dicam? cuius beneuolentia in populum Romanum
10 est ipsius aequalis aetati; qui non solum socius imperatorum nostrorum
fuit in bellis uerum etiam dux copiarum suarum. quae de illo uiro Sulla,
quae Murena, quae Seruilius, quae Lucullus, quam ornate, quam hono-
rifice, quam grauiter saepe in senatu praedicauerunt! quid de Cn. Pom- **34**
peio loquar? qui unum Deiotarum in toto orbe terrarum ex animo amicum
15 uereque beneuolum, unum fidelem populo Romano iudicauit. fuimus im-
peratores ego et M. Bibulus in propinquis finitimisque prouinciis: ab eo-
dem rege adiuti sumus et equitatu et pedestribus copiis. secutum est
hoc acerbissimum et calamitosissimum ciuile bellum in quo quid facien-
dum Deiotaro, quid omnino rectius fuerit dicere non est necesse, prae-
20 sertim cum contra ac Deiotarus sensit uictoria belli iudicarit. quo in
bello si fuit error, communis ei fuit cum senatu; sin recta sententia, ne
uicta quidem causa uituperanda est. ad has copias accedent alii reges,
etiam dilectus accedent. neque uero classes deerunt: tanti Tyrii Cassium **35**
faciunt, tanti eius in Syria nomen atque Phoenice est. paratum habet **14**
25 imperatorem C. Cassium, patres conscripti, res publica contra Dolabel-
lam nec paratum solum sed peritum atque fortem. magnas ille res gessit
ante Bibuli, summi uiri, aduentum, cum Parthorum nobilissimos duces
maximas copias fudit Syriamque immani Parthorum impetu liberauit.
maximam eius et singularem laudem praetermitto; cuius enim praedica-

1.2 is est] ipse **ns** ipsius est *Clark dub. in app.* || **2** uidistis *Ferrarius; cf. tamen King 267* | *post* audistis *aliquid intercidisse censet Madvig* (*cf. Clark, Cl. R. 14, 1900, 407*) || **2–4** fortis et constantis . . . siuisset *Ferrarius* (siuisset *iam cod. Amst., teste Deiter, Phil. 58, 1899, 193*); *cf. tamen Madvig, J. cl. Ph. 1856, 124, Opusc. 729* || **4** *cf. app. ad § 30, l. 15* || **5** profecto ne] profectus ne **bnsv** (*sed cf. King 267*) profectione **t** *corr. Christ* || **6.7** exercitus et uictor **tv** || **7** institutus] instructus *ed. Cratandrina; cf. tamen Suet. Iul. 24,2* || **8** summaque] summa ς, *prob. Zielinski Claus. 215; cf. tamen Fraenkel Les. 198* || **9** quid dicam de patre **ns** | beneuolentia in] beneuolentia **btv** beneuolentiam **n** || **14** loquor **t** || **15** p. r. unum fidelem **b** || **20** iudicarit] inclinarit *Cobet* ⟨di⟩iudicarit *Halm; cf. ThLL VII 2, 619, 28 sqq.* || **22** est uituperanda *Schöll* || **24** tantum *Ferrarius, quem nonnulli edd. secuti sunt; cf. tamen Pasoli, Ciceroniana 2, 1960, 153* || **26** etiam *post* peritum *add. C. F. W. Müller; cf. contra Zielinski Claus. 215* || **27.28** cum Pacori nobilissimi ducis magnas copias *codd. Ursini* Parthorum cum nobilissimo duce maximas copias *Schöll dub. in app.*

tio nondum omnibus grata est, hanc memoriae potius quam uocis testimonio conseruemus.

36 Animaduerti, patres conscripti, exaudiui etiam nimium a me Brutum, nimium Cassium ornari, Cassio uero sententia mea dominatum et principatum dari. quos ego orno? nempe eos qui ipsi sunt ornamenta rei pu- 5 blicae. quid? D. Brutum nonne omnibus sententiis semper ornaui? num igitur reprehenditis? an Antonios potius ornarem, non modo suarum familiarum sed [p.] Romani nominis probra atque dedecora? an Censorinum ornem in bello hostem, in pace sectorem? an cetera ex eodem latrocinio naufragia conligam? ego uero istos oti, concordiae, legum, iudicio- 10 rum, libertatis inimicos tantum abest ut ornem ut effici non possit quin eos tam oderim quam rem publicam diligo.

37 'Vide,' inquit 'ne ueteranos offendas': hoc enim uel maxime exaudio. ego autem ueteranos tueri debeo, sed eos quibus sanitas est; certe timere non debeo. eos uero ueteranos qui pro re publica arma ceperunt secuti- 15 que sunt C. Caesarem auctorem beneficiorum paternorum, hodieque rem publicam defendunt uitae suae periculo, non tueri solum sed etiam commodis augere debeo. qui autem quiescunt, ut septima, ut octaua legio, in magna gloria et laude ponendos puto. comites uero Antoni qui, postquam beneficia Caesaris comederunt, consulem designatum obsident, 20 huic urbi ferro ignique minitantur, Saxae se et Cafoni tradiderunt ad facinus praedamque natis, num quis est qui tuendos putet? ergo aut boni sunt quos etiam ornare, aut quieti quos conseruare debemus, aut impii

15 38 quorum contra furorem bellum et iusta arma cepimus. quorum igitur ueteranorum animos ne offendamus ueremur? eorumne qui D. Brutum ob- 25 sidione cupiunt liberare? quibus cum Bruti salus cara sit, qui possunt Cassi nomen odisse? an eorum qui utrisque armis uacant? non uereor ne acerbus ciuis quisquam istorum sit qui otio delectantur. tertio uero ge-

3 exauditu **b** exornari **nsv** exaudi rui **t** (*ex* exaudiui *ortum, ut cens. Clark*) et audio uideri *Madvig* exaudiri *Halm* exaudire ⟨uideor⟩ *Busche, corr. Pluygers* || 3, 4 brutum cassium **t** nimium Cassium *del. Halm: cf. tamen Madvig Adu. III 154* („*nihil est cur tollantur uerba* nimium Cassium. *primum communiter de utroque dicitur, deinde de Cassio separatim*") || 7 reprehendistis *Ernesti* | ornem *Kayser* || 8 p. R. **D** *corr. Ferrarius* | decora **b**[1] (*corr.* **b**[2]) **v** || 9 ornarem *Halm* || 14 sed eos quibus] est quod iis quos quibus **b** sed iis quibus **n**[1]**sv** quod iis quod quibus **t** eos quidem quibus *Clark dub. in app.* quoad iis quidem *Schöll in app., corr.* **n**[2] | certe] ceteros *Cobet* || 16 auctore **b**[1] (*corr.* **b**[2]) auctoritatem **n** auctoritate **sv** || 17 uitae suae periculo] magno periculo **bnv** cum magno periculo **s** uideo e periculo **t** *corr. Halm; cf. § 4* || 18 augere commodis **v** || 21 ferrum ignemque *Ferrarius; cf. tamen 13, 47, Cat. 2, 1* || 25 D. *om.* **ns** || 28 acerbus nuntius cuiquam *Madvig* (*Opusc. 730*) acerbus Cassi honos cuiquam *C. F. W. Müller dub. in app.* acerbus [ciuis] cuiquam *Clark* (*Cl. R. 14, 1900, 407*) acerbius ciuis quicquam *Schöll* acerbum iis quicquam *Busche* acerbus cuiuis quisquam *Sternkopf* acerbus Cassi inimicus quisquam *Sydow; tradita def. King 271*

neri non militum ueteranorum, sed importunissimorum hostium cupio
quam acerbissimum dolorem inurere. quamquam, patres conscripti,
quousque sententias dicemus ueteranorum arbitratu? quod eorum tan-
tum fastidium est, quae tanta adrogantia ut ad arbitrium illorum impe-
5 ratores etiam deligamus? ego autem – dicendum est enim, patres con- 39
scripti, quod sentio – non tam ueteranos metuendos nobis arbitror quam
quid tirones milites, flos Italiae, quid nouae legiones ad liberandam pa-
triam paratissimae, quid cuncta Italia de uestra grauitate sentiat. nihil
enim semper floret; aetas succedit aetati: diu legiones Caesaris uigue-
10 runt; nunc uigent Pansae, uigent Hirti, uigent Caesaris fili, uigent Planci;
uincunt numero, uincunt aetatibus; nimirum etiam auctoritate uincunt.
id enim bellum gerunt quod ab omnibus gentibus comprobatur. itaque
his praemia promissa sunt, illis persoluta. fruantur illi suis, persoluantur
his quae spopondimus. id enim deos immortalis spero aequissimum iudi-
15 care.

Quae cum ita sint, eam quam dixi sententiam uobis, patres conscripti, 40
censeo comprobandam.

M. TVLLI CICERONIS

IN M. ANTONIVM

ORATIO PHILIPPICA DVODECIMA

Etsi minime decere uidetur, patres conscripti, falli, decipi, errare eum 1
cui uos maximis saepe de rebus adsentiamini, consolor me tamen quoniam
20 uobiscum pariter et una cum sapientissimo consule erraui. nam cum duo
consulares spem honestae pacis nobis attulissent, quod erant familiares
M. Antoni, quod domestici, nosse aliquod eius uolnus quod nobis igno-
tum esset uidebantur. apud alterum uxor, liberi; alter cottidie litteras
mittere, accipere, aperte fauere Antonio. hi subito hortari ad pacem, 2
25 quod iam diu non fecissent, non sine causa uidebantur. accessit consul
hortator. at qui consul! si prudentiam quaerimus, qui minime falli pos-
set; si uirtutem, qui nullam pacem probaret nisi cum cedente atque uicto;
si magnitudinem animi, qui praeferret mortem seruituti. uos autem, pa-

6 metuendos] intuendos *Poggius, fort. recte* | uobis **nsv** || 8 uestra *post* grauitate **t** *post* sentiat *Schöll* || 12 probatur **ns** || 13 illi suis] illis **b** illis uel **ns** illi sues **t** his uel **v** his illi *Ferrarius, corr. Gryphius* || 19 assentiebamini **t**, *prob. King 275* || 22 uulnus eius **tv** || 24 Antonio *del. Schöll in app.* || 27 cum cedente] concedenti **b** cedente **n**¹**sv** concedente **t** (*prob. King 276*) cedente hoste **n**² *corr. Jeep* ⟨Antonio⟩ concedente *Kayser; cf. tamen Lehmann, Herm. 14, 1879, 455*

tres conscripti, non tam immemores uestrorum grauissimorum decreto-
rum uidebamini quam spe adlata deditionis quam amici pacem appellare
mallent de imponendis, non accipiendis legibus cogitare. auxerat autem
meam quidem spem, credo item uestram, quod domum Antoni adflictam
maestitia audiebam, lamentari uxorem. hic etiam fautores Antoni quo- 5
3 rum in uoltu habitant oculi mei tristiores uidebam. quod si non ita est,
cur a Pisone et Caleno potissimum, cur hoc tempore, cur tam improuiso,
cur tam repente pacis est facta mentio? negat Piso scire se, negat audisse
quicquam; negat Calenus rem ullam nouam adlatam esse. atque id nunc
negant, postea quam nos pacificatoria legatione implicatos putant. quid 10
2 ergo opus est nouo consilio, si in re nihil omnino noui est? decepti, de-
cepti, inquam, sumus, patres conscripti: Antoni est acta causa ab amicis
eius, non publica. quod uidebam equidem sed quasi per caliginem:
praestrinxerat aciem animi D. Bruti salus. quod si in bello dari uicarii
solerent, libenter me ut D. Brutus emitteretur pro illo includi paterer. 15
4 atque hac uoce Q. Fufi capti sumus: 'ne si a Mutina quidem recesserit,
audiemus Antonium, ne si in senatus quidem potestatem futurum se
dixerit?' durum uidebatur: itaque fracti sumus, cessimus. recedit igitur
a Mutina? 'nescio.' paret senatui? 'credo,' inquit Calenus 'sed ita ut te-
neat dignitatem.' ualde hercules uobis laborandum est, patres conscripti, 20
ut uestram dignitatem amittatis, quae maxima est, Antoni, quae neque
est ulla neque esse potest, retineatis, ut eam per uos reciperet quam per se
perdidit. si iacens uobiscum aliquid ageret, audirem fortasse: quam-
quam . . ., sed hoc malo dicere, audirem: stanti resistendum est aut con-
5 cedenda una cum dignitate libertas. at non est integrum: constituta le- 25
gatio est. quid autem non integrum est sapienti quod restitui potest?
cuiusuis hominis est errare, nullius nisi insipientis perseuerare in errore.
posteriores enim cogitationes, ut aiunt, sapientiores solent esse. discussa
est illa caligo quam paulo ante dixi; diluxit, patet, uidemus omnia, neque
per nos solum, sed admonemur a nostris. attendistis paulo ante prae- 30
stantissimi uiri quae esset oratio. 'maestam' inquit 'domum offendi, con-
iugem, liberos. admirabantur boni uiri, accusabant amici quod spe pacis
legationem suscepissem.' nec mirum, P. Seruili: tuis enim ⟨se⟩uerissimis
grauissimisque sententiis omni est non dico dignitate sed etiam spe salutis

1 tam] iam **bstv** || 2 oblata *Ursinus* || 2.3 appellare mallent] appellarent alieni **b** appellarem alieni **n**^{1}**stv** *corr.* **n**^{2} || 5 *post* uxorem *lac. stat. Ernesti; cf. etiam Zielinski Claus. 215* || 8 se scire **ns** | audire **ns** || 11 decepti *semel* **nst**; *cf. tamen 8, 22* || 14 perstrinxerat **bv** praestrinxerant **t**; *cf. Cic. Diu. in Caec. 46, Rab. Post. 43* | D. *om.* **ns** || 16 atqui *Naugerius* || 17 potestate **v**; *cf. tamen Pasoli, Ciceroniana 2, 1960, 153–155, H.-Sz. 276, ThLL VII 1, 795, 38 sqq.* || 18 uidebitur **bns** | recedet **tv** || 24 stanti] statim **t** || 25.26 legio est **bt** uel legatio **v** legatione **n**^{2} || 27 in errore perseuerare **tv** || 29 quam] de qua *Halm in app.* || 33 uerissimis **D** *corr. Gulielmius; cf. 5, 3; 11, 15 et adde Planc. 38, Deiot. 26*

spoliatus Antonius. ad eum ire te legatum quis non miraretur? de me 6
experior: cuius idem consilium quod tuum sentio quam reprehendatur.
nos reprehendimur soli? quid? uir fortissimus Pansa sine causa paulo ante
tam accurate locutus est tam diu? quid egit nisi uti falsam proditionis a
5 se suspicionem depelleret? unde autem ista suspicio est? ex pacis patrocinio repentino quod subito suscepit eodem captus errore quo nos.

Quod si est erratum, patres conscripti, spe falsa atque fallaci, redeamus 7
in uiam. optimus est portus paenitenti mutatio consili. quid enim potest, 3
per deos immortalis, rei publicae prodesse nostra legatio? prodesse dico?
10 quid si etiam obfutura est? obfutura? quid si iam nocuit atque obfuit?
an uos acerrimam illam et fortissimam populi Romani libertatis recuperandae cupiditatem non imminutam ac debilitatam putatis legatione
pacis audita? quid municipia censetis? quid colonias? quid cunctam Italiam? futuram eodem studio quo contra commune incendium exarserat?
15 an non putamus fore ut eos paeniteat professos esse et prae se tulisse
odium in Antonium qui pecunias polliciti sunt, qui arma, qui se totos et
animis et corporibus in salutem rei publicae contulerunt? quem ad modum nostrum hoc consilium Capua probabit, quae temporibus his Roma
altera est? illa impios ciuis iudicauit, eiecit, exclusit. illi, illi, inquam,
20 urbi fortissime conanti e manibus est ereptus Antonius. quid? legionum 8
nostrarum neruos nonne his consiliis incidimus? quis est enim qui ad bellum inflammato animo futurus sit spe pacis oblata? ipsa illa Martia caelestis et diuina legio hoc nuntio languescet et mollietur atque illud pulcherrimum [Martium] nomen amittet: excident gladii, fluent arma de
25 manibus. senatum enim secuta non arbitrabitur se grauiore odio debere
esse in Antonium quam senatum. pudet huius legionis, pudet quartae
quae pari uirtute nostram auctoritatem probans non ut consulem et imperatorem suum, sed ut hostem et oppugnatorem patriae reliquit Antonium; pudet optimi exercitus qui coniunctus est ex duobus, qui iam lu-
30 stratus, qui profectus ad Mutinam est; qui si pacis, id est timoris nostri,
nomen audierit, ut non referat pedem, insistet certe. quid enim reuocante 4 9
et receptui canente senatu properet dimicare? quid autem hoc iniustius

24–25 *Non. 300, 15* excident . . . manibus

1 miretur **s** || 4 falsam] fallacem **t**; *cf. Cic. Cluent. 134, Flacc. 6, Marc. 21* || 8 paenitendi *C. F. W. Müller; cf. K.-St. I 225* || 10 iam] etiam **ns** | atque obfuit *om.* **ns** || 12 debilitatam] delibatam **bns**[1] (*corr.* **s**[2])**t**; *cf. ThLL V 1, 112, 44sqq.* || 13 audit(a)e **n**[1] (*corr.* **n**[2])**t** || 14 exarserit **t** || 15 non . . . fore] nos . . . forte **t** || 18 consilium hoc **ns** | his⟨ce⟩ *Schöll in app.* || 19 illi *semel* **nst**; *cf. tamen app. ad § 3* || 20 fortissima *Boyancé* | constringere *post* conanti *add. Koch* || 22 ipsa illa illa **t** || 24 *del. Manutius* || 25 secuta enim senatum **t** | arbitrabatur **t** | grauiori **nv** grauiori se **s** || 31 sistet *Gulielmius, prob. Zielinski Claus. 215; cf. tamen ThLL VII 1, 1923, 80sqq.* | quis **s**; *sed cf. King 279*

quam nos inscientibus eis qui bellum gerunt de pace decernere, nec solum inscientibus sed etiam inuitis? an uos A. Hirtium, praeclarissimum consulem, C. Caesarem, deorum beneficio natum ad haec tempora, quorum epistulas spem uictoriae declarantis in manu teneo, pacem uelle censetis? uincere illi expetunt pacisque dulcissimum et pulcherrimum nomen 5
non pactione, sed uictoria concupiuerunt. quid? Galliam quo tandem animo hanc rem audituram putatis? illa enim huius belli propulsandi, administrandi, sustinendi principatum tenet. Gallia D. Bruti nutum ipsum, ne dicam imperium, secuta armis, uiris, pecunia belli principia firmauit; eadem crudelitati M. Antoni suum totum corpus obiecit; exhauritur, 10
uastatur, uritur: omnis aequo animo belli patitur iniurias, dum modo re-
10 pellat periculum seruitutis. et ut omittam reliquas partis Galliae — nam sunt omnes pares — Patauini alios excluserunt, alios eiecerunt missos ab Antonio, pecunia, militibus, et, quod maxime deerat, armis nostros duces adiuuerunt. fecerunt idem reliqui qui quondam in eadem causa erant 15
et propter multorum annorum iniurias alienati a senatu putabantur: quos minime mirum est communicata cum eis re publica fidelis ⟨esse⟩,
5 qui etiam expertes eius fidem suam semper praestiterunt. his igitur omnibus uictoriam sperantibus pacis nomen adferemus, id est desperationem uictoriae? 20

11 Quid si ne potest quidem ulla esse pax? quae enim est condicio pacis in qua ei cum quo pacem facias nihil concedi potest? multis rebus a nobis est inuitatus ad pacem Antonius: bellum tamen maluit. missi legati repugnante me, sed tamen missi; delata mandata: non paruit. denuntiatum est ne Brutum obsideret, a Mutina discederet: oppugnauit etiam uehe- 25
mentius. et ad eum legatos de pace mittemus qui pacis nuntios repudiauit? uerecundioremne coram putamus in postulando fore quam fuerit tum cum misit mandata ad senatum? atqui tum ea petebat quae uidebantur improba omnino sed tamen aliquo modo posse concedi; nondum erat uestris tam grauibus tamque multis iudiciis ignominiisque concisus: nunc 30
ea petit quae dare nullo modo possumus, nisi prius uolumus bello nos
12 uictos confiteri. senatus consulta falsa delata ab eo iudicauimus: num ea uera possumus iudicare? leges statuimus per uim et contra auspicia latas eisque nec populum nec plebem teneri: num eas restitui posse censetis?

2 scientius **n**[1] scientibus **stv** inscientius **n**[2] || 3 ⟨et⟩ C. Caesarem *Muretus* || 6 concupierunt **bn** || 11 uritur: omnis *sic dist. Ferrarius* | iniuriam **D** *corr. Ferrarius;* uritur omnis, . . . iniuriam *def. Reid ap. Clark, Cl. R. 14, 1900, 408; cf. tamen Naeu. Carm. frg. 37 M.* urit populatur uastat; *de asyndeto cf. H.-Sz. 830 et de nexu* uastare, urere *Cic. Att. 9, 7, 4 et Sh. B. Att. IV 368* || 17 *add. Poggius* || 19 spectantibus *Muretus* || 21 ne] non **nstv** || 23 est *om.* **tv** || 28 uidebantur *om.* **tv** || 30 grauissimis **nstb**[2] grauissimus **v**; *cf. K.-St. II 478, King 280* | conscisus **v**; *cf. 5, 28* || 33 *inde a* -sumus iudicare *rursus incipit* **V**: *cf. app. ad 11, 17*

sestertium septiens miliens auertisse Antonium pecuniae publicae iudicauistis: num fraude poterit carere peculatus? immunitates ab eo, ciuitates, sacerdotia, regna uenierunt: num figentur rursus eae tabulae quas uos decretis uestris refixistis? quod si ea quae decreuimus obruere, num
5 etiam memoriam rerum delere possumus? quando enim obliuiscetur ulla **6**
posteritas cuius scelere in hac uestitus foeditate fuerimus? ut centurionum legionis Martiae Brundisi profusus sanguis eluatur, num elui praedicatio crudelitatis potest? ut media praeteream, quae uetustas tollet operum circum Mutinam taetra monumenta, sceleris indicia latrocinique
10 uestigia? huic igitur importuno atque impuro parricidae quid habemus, **13**
per deos immortalis, quod remittamus? an Galliam ultimam et exercitum? quid est aliud non pacem facere, sed differre bellum, nec solum propagare bellum sed concedere etiam uictoriam? an ille non uicerit, si quacumque condicione in hanc urbem cum suis uenerit? armis nunc omnia tenemus;
15 auctoritate ualemus plurimum; absunt tot perditi ciues, nefarium secuti ducem; tamen eorum ora sermonesque qui in urbe ex eo numero relicti sunt ferre non possumus. quid censetis, cum tot uno tempore inruperint, nos arma posuerimus, illi non deposuerint, nonne nos nostris consiliis uictos in perpetuum fore? ponite ante oculos M. Antonium consularem; **14**
20 sperantem consulatum Lucium adiungite; supplete ceteros neque nostri ordinis solum honores et imperia meditantis: nolite ne Tirones quidem Numisios et Mustelas Seios contemnere. cum eis facta pax non erit pax, sed pactio seruitutis.

L. Pisonis, amplissimi uiri, praeclara uox a te non solum in hoc ordine,
25 Pansa, sed etiam in contione iure laudata est. excessurum se ex Italia dixit, deos penatis et sedes patrias relicturum, si — quod di omen auerterint! — rem publicam oppressisset Antonius. quaero igitur a te, L. Piso, **7** **15**
nonne oppressam rem publicam putes, si tot tam impii, tam audaces, tam facinerosi recepti sint? quos nondum tantis parricidiis contaminatos
30 uix ferebamus, hos nunc omni scelere coopertos tolerabilis censes ciuitati

30 – p. 150, 1 *Arus. Gramm. VII 461, 26* hos . . . fore

1 sestertium *del. Ernesti* || 2 ciuitatibus **V**; *sed cf. 3, 10; 5, 11; ThLL III 1238, 59 sqq.* || 4 obruere uolumus **D**V^2, *quod iure respuit King 280* || 6 uestitus] seruitutis *Lehmann coll. 10, 18. 19; 12, 9; 14, 37; cf. tamen 8, 32* equidem . . . uestitu || 7 eleuatur V^1 (*corr.* V^2) eluitur n^1 (*corr.* n^2)**stv** | elui] eius **bnsv** aeui **t** || 9 circa **D** | munimenta **D** || 12 non] quam non **nsv** || 13 si *om.* **bnst**; *cf. King 281* || 14 suis armis uenerit **D** || 16 sermones **D** || 18 nos² *om.* **V** || 22 Numisios et] numisioste V^1 nommisios b^1 non musios sed n^1**s** nummisios et **t** non misios et **v** nommisios et b^2 *corr.* V^2n^2; *cf. 2, 8, Münzer RE XVII (1937) 1401* | seiosue **ns**V^2 sciosue **v** || 23 sed] sest V^1 (*corr.* V^2) || 25 etiam *om.* **tv** | in cursione **b** in contentione **tv** || 26 auerterit **V** auerterent **bv** (*sed cf. King 281*) auertant **ns** aurtent **t** *corr. Faernus* || 27 L. *om.* **bnst** || 30 copertos **V** opertos **tv** compertos *Arus.*; *cf. Cic. Verr. 2, 1, 9*

fore? aut isto tuo, mihi crede, consilio erit utendum, ut cedamus, abeamus,
uitam inopem et uagam persequamur, aut ceruices latronibus dandae at-
que in patria cadendum est.

Vbi sunt, C. Pansa, illae cohortationes pulcherrimae tuae quibus a te
excitatus senatus, inflammatus populus Romanus non solum audiuit sed 5
16 etiam didicit nihil esse homini Romano foedius seruitute? idcircone saga
sumpsimus, arma cepimus, iuuentutem omnem ex tota Italia excussimus,
ut exercitu florentissimo et maximo legati ad pacem mitterentur? si
accipiendam, cur non rogamur? si postulandam, quid timemus?

In hac ego legatione sim aut ad id consilium admiscear[is] in quo ne si 10
dissensero quidem a ceteris s[i]citurus populus Romanus sit? ita fiet ut,
si quid remissum aut concessum sit, meo semper periculo peccet Antonius,
17 cum ei peccandi potestas a me concessa uideatur. quod si habenda cum
M. Antoni latrocinio pacis ratio fuit, mea tamen persona ad istam pacem
conciliandam minime fuit deligenda. ego numquam legatos mittendos 15
censui; ego ante reditum legatorum ausus sum dicere, pacem ipsam si
adferrent, quoniam sub nomine pacis bellum lateret, repudiandam; ego
princeps sagorum; ego semper illum appellaui hostem, cum alii aduersa-
rium, semper hoc bellum, cum alii tumultum. nec haec in senatu solum:
eadem ad populum semper egi; neque solum in ipsum sed in eius socios 20
facinorum et ministros, et praesentis et eos qui una sunt, in totam deni-
18 que M. Antoni domum sum semper inuectus. itaque ut alacres et laeti
spe pacis oblata inter se impii ciues, quasi uicissent, gratulabantur, sic
me iniquum eierabant, de me querebantur; diffidebant etiam Seruilio:
meminerant eius sententiis confixum Antonium; L. Caesarem fortem 25
quidem illum et constantem senatorem, auunculum tamen, Calenum pro-
curatorem, Pisonem familiarem, te ipsum, Pansa, uehementissimum et
fortissimum consulem factum iam putant leniorem: non quo ita sit aut
esse possit, sed mentio a te facta pacis suspicionem multis attulit immu-
tatae uoluntatis. inter has personas me interiectum amici Antoni mo- 30
leste ferunt: quibus gerendus mos est, quoniam semel liberales esse

7 *Non. 299, 2* iuuentutem . . . excussimus

1 tuo] studio **ns** || 3 est *om.* **D** || 7 excussimus **V**, *Non.* exciuimus **D**; *sed cf. King 282, ThLL V 2, 1310, 31 sqq.* || 8 ut] ut de **bns** et **t** et de **v** | ut legati **tv** || 8–9 si . . . rogamur si *post* in quo ne (*l. 10*) **D** || 9 rogamus **V**[1] (*corr.* **V**[2]) || 10 in hanc . . . legationem **n**[1] (*corr.* **n**[2]) **tv** | ergo **nst** | admis **V** admiscearis **D** *corr. Poggius* || 10–11 in quo . . . a *om.* **V** || 11 siciturus **V** si iturus **bstv** futurus **n** *corr. Poggius* || 12 semper *om.* **nt** || 13 si *om.* **ns** || 14 M. *om.* **D** || 16 legatorum reditum **D** || 17 quoniam] quod **tv** | r. p. repudiandam **D** || 18 hostem appellaui **D** | cum] dum **V** || 19 nec] ne **nst** || 21 et[1] *om.* **bnsv** | et[3] *om.* **V** || 23–24 sic . . . querebantur *om.* **ns** || 24 iniquum] inimicum **D** | ei iurabant **b** eiurabant **tv**; *cf. ThLL V 2, 314, 67 sqq.* || 26 illum quidem *Muretus*; *sed cf. K.-St. I 624* | tamen *om.* **V**

coepimus. proficiscantur legati optimis ominibus, sed ei proficiscantur in **8** **19**
quibus non offendatur Antonius. quod si de Antonio non laboratis, mihi
certe, patres conscripti, consulere debetis. parcite oculis saltem meis et
aliquam ueniam iusto dolori date. quo enim aspectu uidere potero –
5 omitto hostem patriae, ex quo mihi odium in illum commune uobiscum
est – sed quo modo aspiciam mihi uni crudelissimum hostem, ut declarant eius de me acerbissimae contiones? adeone me ferreum putatis ut
cum eo congredi aut illum aspicere possim qui nuper, cum in contione
donaret eos qui ei de parricidis audacissimi uidebantur, mea bona donare
10 se dixit Petusio Vrbinati, qui ex naufragio luculenti patrimoni ad haec
Antoniana saxa proiectus est. an L. Antonium aspicere potero, cuius ego **20**
crudelitatem effugere non potuissem, nisi me moenibus et portis et studio
municipi mei defendissem? atque idem hic myrmillo Asiaticus, latro Italiae, conlega Lentonis et Nuculae, cum Aquilae primipilo nummos aureos
15 daret, de meis bonis se dare dixit: si enim de suis dixisset, ne Aquilam quidem ipsum crediturum putauit. non ferent, inquam, oculi Saxam, Cafonem, non duo praetores [non tr. pl.], non duo designatos tribunos, non
Bestiam, non Trebellium, non T. Plancum. non possum animo aequo
uidere tot tam importunos, tam sceleratos hostis; nec id fit fastidio meo,
20 sed caritate rei publicae. sed uincam animum mihique imperabo: dolo- **21**
rem iustissimum, si non potuero frangere, occultabo. quid? uitae censetisne, patres conscripti, habendam mihi aliquam esse rationem? quae
mihi quidem minime cara est, praesertim cum Dolabella fecerit ut optanda mors esset, modo sine cruciatu atque tormentis; uobis tamen et
25 populo Romano uilis meus spiritus esse non debet. is enim sum, nisi
me forte fallo, qui uigiliis, curis, sententiis, periculis etiam quae plurima
adii propter acerbissimum omnium in me odium impiorum perfecerim ut
non obstarem rei publicae, ne quid adrogantius uidear dicere. quod cum **22** **9**
ita sit, nihilne mihi de periculo meo cogitandum putatis? hic cum essem
30 in urbe ac domi, tamen multa saepe temptata sunt, ubi me non solum
amicorum fidelitas sed etiam uniuersae ciuitatis oculi custodiunt: quid
censetis, cum iter ingressus ero, longum praesertim, nullasne insidias
extimescendas? tres uiae sunt ad Mutinam – quo festinat animus ut

1 hominibus **V**n^1**s** (*corr.* n^2) omnibus **bt** || 5 omitto] mitto **bnsv** || 6 sed] et V^1 set V^2 *om.* **D** || 9 mea bona] de meis bonis **D** (*e l. 15*) || 10 petissio **V** pitisio **b** praesidio **nsv** pisidio **t** *corr. C. F. W. Müller; cf. 13, 3, Münzer RE XIX (1938) 1382* || 14 primipili **VD** *corr. Manutius; cf. King 284* || 16 ipsum credituram **V** ipsam credituram **nstv**, *fort. recte: cf. Clark, Cl. R. 14, 1900, 408, King 284* || 17 duos . . . duos **bnsv** | *del. Garatoni; cf. enim 13, 26* || 18 T. *om.* **D** || 21 potero **tv** || 25 sum] est **bnsv** *om.* **t** || 26 forte me **st** | etiam perfecerit **bnv** (*cf. l. 27*) etiam profecerit **s** || 27 adii *om.* **D** | perfecerim] pertulerim **bns** per me fecerim **t** pertulerint **v** || 28 obstarent **bnsv** || 30 me *om.* **ns** || 33 pertimescendas **D**; *cf. tamen 7, 2*

quam primum illud pignus libertatis populi Romani, D. Brutum, aspi-
cere possim; cuius in complexu libenter extremum uitae spiritum edi-
derim, cum omnes actiones horum mensum, omnes sententiae meae
peruenerint ad eum qui mihi fuit propositus exitum. tres ergo, ut dixi,
23 uiae: a supero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Cassia. nunc, 5
quaeso, attendite num aberret a coniectura suspicio periculi mei. Etru-
riam discriminat Cassia. scimusne igitur, Pansa, quibus in locis nunc sit
Lentonis Caesenni VIIuiralis auctoritas? nobiscum nec animo certe est
nec corpore. si autem aut domi est aut non longe a domo, certe in Etru-
ria est, id est in uia. quis igitur mihi praestat Lentonem uno capite esse 10
contentum? dic mihi praeterea, Pansa, Ventidius ubi sit, cui fui semper
amicus ante quam ille rei publicae bonisque omnibus tam aperte est fac-
tus inimicus. possum Cassiam uitare *** Flaminiam: quid, si Anconam,
ut dicitur, Ventidius uenerit, poterone Ariminum tuto accedere? restat Au-
relia. hic quidem etiam praesidia habeo; possessiones enim sunt P. Clodi. 15
tota familia occurret; hospitio inuitabit propter familiaritatem notissi-
10 24 mam. hisce ego uiis me committam qui Terminalibus nuper in suburbium,
ut eodem die reuerterer, ire non sum ausus? domesticis me parietibus
uix tueor sine amicorum custodiis. itaque in urbe maneo, si licebit, ma-
nebo. haec mea sedes est, haec uigilia, haec custodia, hoc praesidium sta- 20
tiuum. teneant alii castra, gerant res bellicas, oderint hostem; nam hoc
caput est; nos, ut dicimus semperque fecimus, urbem et res urbanas
uobiscum pariter tuebimur. neque uero recuso munus hoc: quamquam
populum Romanum uideo pro me recusare. nemo me minus timidus,
nemo tam⟨en⟩ cautior. res declarat. uicesimus annus est cum omnes 25

6–7 *Non. 282, 27* Etruriam . . . Cassius

3 horum mensum] horum mensunum **V**^{1} honorum **D** horum mensium *Klotz, corr.* **V**^{2}*; cf. ThLL VIII 746, 24 sqq.* | omnes^2] omnium **V** || 4 ad eum exitum **s** | exitus **VD** *corr. Manutius* || 6 a *del. Madvig Adu. III 155; cf. tamen Cic. Att. 14, 22, 1, Nat. deor. 1, 100, Sh. B. Att. VI 241* | a coniectura ⟨uestra⟩ *Ernesti* | etruriam periculum **tv** || 7 cassius *codd. Nonii* || 9 *a* si autem *def.* **V** *usque ad finem orationis (cf. app. ad 11, 27)* || 12 mulio *post* ante quam *add. Schöll, coll. Schol. Bob. ad Cic. Mil. 29 p. 120, 21–26 St., Schol. Iuuen. 7, 199; cf. Schöll 32 et uide contra Stangl ad Cic. Mil. 29* || 13 uitare **bnsv** uitare et **t** *post* uitare *add.* tenere *Poggius (fort. recte: cf. King 286)* inire *Schöll* temptare *Sternkopf* | sequi *ante* quid si *add. Clark dub. in app.* || 15 habebo **b***; sed cf. King 286* || 16 nouissimam **s**^{1} *(corr.* **s**^{2}*)***t** || 17 me uiis **bn**^{1} (ergo *ante* me *suppl.* **n**^{2})**st** || 18 ire ausus non sim *ed. Aldina* || 19 amico **ntv** | maneo *om.* ς? et *post* maneo *add. Sternkopf* | si] si sic **ns** sisi **t** | ⟨ac⟩ si *Schöll; cf. Clark, Cl. R. 14, 1900, 408* || 21 gerant res] regna res **bnsv** regna tres **t** regant res *Schütz, corr. Orelli* | oderint] fuderint *Faernus* adierint *Ferrarius* adeant *Ursinus* superent *Madvig* custodiant *Rau* occiderint *Clark (fort. recte: cf. Cl. R. 14, 1900, 408)* obruant *Schöll; cf. 13, 15* odimus, irati pugnamus, *King 286* || 21–22 nam . . . est *om.* **ns** || 22 didicimus *Gruter (prob. Madvig Adu. III 155, fort. recte)* diximus *Ernesti* facimus *Klotz* || 25 nemo **bnsv** nemo tam **t** *corr. Halm*

scelerati me unum petunt. itaque ipsi, ne dicam mihi, rei publicae poenas
dederunt: me saluum adhuc res publica conseruauit sibi. timide hoc
dicam; scio enim quiduis homini accidere posse; uerum tamen semel cir-
cumsessus lectis ualentissimorum hominum uiribus cecidi sciens ut ho-
5 nestissime possem exsurgere. possumne igitur satis uideri cautus, satis 25
prouidus, si me huic itineri tam infesto tamque periculoso commisero?
gloriam in morte debent ei qui in re publica uersantur, non culpae repre-
hensionem et stultitiae uituperationem relinquere. quis bonus non luget
mortem Treboni? quis non dolet interitum talis et ciuis et uiri? at sunt
10 qui dicant dure illi quidem, sed tamen dicunt: minus dolendum quod ab
homine impuro nefarioque non cauerit. etenim qui multorum custodem
se profiteatur, eum sapientes sui primum capitis aiunt custodem esse
oportere. cum saeptus sis legibus et iudiciorum metu, non sunt omnia ti-
menda neque ad omnis insidias praesidia quaerenda. quis enim audeat
15 luci, quis in militari uia, quis bene comitatum, quis inlustrem aggredi?
haec neque hoc tempore neque in me ualent. non modo enim poenam non 26
extimescet qui mihi uim attulerit sed etiam gloriam sperabit a latronum
gregibus et praemia.

Haec ego in urbe prouideo: facilis est circumspectus unde exeam, quo 11
20 progrediar, quid ad dexteram, quid ad sinistram sit. num idem in Appen-
nini tramitibus facere potero? in quibus etiam si non erunt insidiae, quae
facillime esse poterunt, animus tamen erit sollicitus, ut nihil possit de
officiis legationis attendere. sed effugi insidias, perrupi Appenninum:
nempe in Antoni congressum conloquiumque ueniendum est. quinam lo-
25 cus capietur? si extra castra, ceteri uiderint: ego †mortem actutum†
futurum puto. noui hominis furorem, noui effrenatam uiolentiam. cuius
acerbitas morum immanitasque naturae ne uino quidem permixta tem-
perari solet, hic ira dementiaque inflammatus adhibito fratre Lucio,
taeterrima belua, numquam profecto a me sacrilegas manus atque im-
30 pias abstinebit. memini conloquia et cum acerrimis hostibus et cum gra- 27
uissime dissidentibus ciuibus. Cn. Pompeius, Sexti filius, consul me prae-
sente, cum essem tiro in eius exercitu, cum P. Vettio Scatone, duce Mar-

1 me *om.* **ns** || 1–2 poenas . . . publica *om.* **ns** || 3 circumcisses **t** circumsaeptus *Faernus* circumclusus *Halm in app.* || 4 lectus **t** ⟨col⟩lectis *Busche; tradita iure def. King 287* || 5 exurgere possem **ns** possem surgere **v** || 6 tam periculoso **t** || 9 at sunt] adsunt *uel* assunt **bn**^{1}**stv** (*corr.* **n**^{2})*; cf. Lebreton 314* || 15 luci] duce **s**^{1} (*corr.* **s**^{2}) luce **n**^{2} *om.* **t***; de locatiuo* luci *cf. Neue-Wagener II*^{3} *644, Sommer 378* || 17 extimescit **D** *corr. Naugerius* || 19 ego] ergo **bs** | prouidero **b** praeuideo **nstv** *corr.* ς || 21 facere *om.* **t** || 25 mortem acutum **b** mortem actuum **n**^{1} mortem actutum **svn**^{2} me ui ac toto **t** me uix tutum *Halm* me uix tuto *C. F. W. Müller* me uix ⟨in⟩ tuto *Hauschild* (*fort. recte: cf. enim Plaut. Merc. 382, Cic. Fam. 12, 2, 3, Catull. 31, 6*)*; cf. Pasoli, RFIC 89, 1961, 431* || 31 dissentientibus **bnv***; cf. 13, 8*

sorum, inter bina castra conlocutus est: quo quidem memini Sex. Pompeium, fratrem consulis, ad conloquium ipsum Roma uenire, doctum uirum atque sapientem. quem cum Scato salutasset, 'quem te appellem?' inquit. at ille: 'uoluntate hospitem, necessitate hostem.' erat in illo conloquio aequitas; nullus timor, nulla suberat suspicio, mediocre etiam 5 odium. non enim ut eriperent nobis socii ciuitatem, sed ut in eam reciperentur petebant. Sulla cum Scipione inter Cales et Teanum, cum alter nobilitatis florem, alter belli socios adhibuisset, de auctoritate senatus, de suffragiis populi, de iure ciuitatis leges inter se ⟨et⟩ condiciones contulerunt. non tenuit omnino conloquium illud fidem: a ui tamen periculoque 10 **12** afuit. possumusne igitur in Antoni latrocinio aeque esse tuti? non pos-**28** sumus; aut, si ceteri possunt, me posse diffido. quod si non extra castra congrediemur, quae ad conloquium castra sumentur? in nostra ille numquam ueniet; multo minus nos in illius. reliquum est ut et accipiantur et remittantur postulata per litteras. ergo erimus in castris, meaque ad 15 omnia postulata una sententia; quam cum hic uobis audientibus dixero, isse, [et] redisse me putatote: legationem confecero. omnia ad senatum mea sententia reiciam, quaecumque postulabit Antonius. neque enim licet aliter neque permissum est nobis ab hoc ordine, ut bellis confectis decem legatis permitti solet more maiorum, neque ulla omnino a senatu 20 mandata accepimus. quae cum agam in consilio non ⟨n⟩ullis, ut arbitror, repugnantibus, nonne metuendum est ne imperita militum multitudo **29** per me pacem distineri putet? facite hoc meum consilium legiones nouas non improbare; nam Martiam et quartam nihil cogita⟨n⟩tis praeter dignitatem et decus comprobaturas esse certe scio: quid? ueteranos non 25 ueremur — nam timeri se ne ipsi quidem uolunt — quonam modo accipiant seueritatem meam? multa enim falsa de me audierunt, multa ad eos improbi detulerunt, quorum commoda, ut uos optimi testes estis, semper ego sententia, auctoritate, oratione firmaui: sed credunt impro-

1 quod **ns** | tempore *ante* memini *add. Ernesti* die *add. Clark; tradita recte def. King 288* || 7 petebat **t**, *prob. Schöll 32* || 9 et de iure **bns**; *cf. tamen quae monet Hofmann ThLL V 2, 877, 6* | legis **D** *corr. Ferrarius* | et *om.* **D** *add. Garatoni; quod adtinet ad* inter se *cf. Thielmann, ALL 7, 1892, 345* || 11 tuti] sic **ns**[1] uti **t** ut hi **v** si hic **s**[2] || 13 congrediamur **t** || 15 meaque] mea (ς) qui⟨dem⟩ *Halm; cf. tamen C. F. W. Müller CXXIV* || 17 isse et redisse me **bnsv** isse me et redisse **t** et *del. Clark;* et *fortasse defendi potest coll. ThLL V 2, 630, 50 sqq.; Cicero tamen asyndetice hoc nexu utitur: cf. enim 2, 78. 89; Att. 10, 1, 3; ThLL V 2, 630, 46 sqq.; Clark, Cl. R. 14, 1900, 409* | confecero] confero **nstv**; *cf. Lebreton 202 sq.* || 18 postulauit **stv** || 21 non nullis] nullis **btv** non ullis **ns** multis *Pluygers, corr. Poggius; cf. Clark, Cl. R. 14, 1900, 408* || 24 cogitetis **D** *del. Halm, corr. Madvig Opusc. 730; de corruptela cf. app. ad 14, 6* dubitantis || 25 certo *Orelli, fort. recte: cf. enim plurima exempla ap. ThLL III 942, 31 sqq.; uide tamen ThLL III 932, 57 sqq., K.-St. I 800* | quod **nsv** || 26 sed quonam modo accipient (accipiam **v**) **bnsv** || 28 improbi detulerunt] improuide tulerunt **D** *corr. Poggius*

bis, credunt turbulentis, credunt suis. sunt autem fortes illi quidem, sed
propter memoriam rerum quas gesserunt pro populi Romani libertate et
salute rei publicae nimis feroces et ad suam uim omnia nostra consilia
reuocantes. horum ego cogitationem non uereor; impetum pertimesco. 30
5 haec quoque tanta pericula si effugero, satisne tutum reditum putatis fore?
cum enim et uestram auctoritatem meo more defendero et meam fidem rei
publicae constantiamque praestitero, tum erunt mihi non ei solum qui me
oderunt sed illi etiam qui inuident extimescendi. custodiatur igitur uita
mea rei publicae eaque, quoad uel dignitas uel natura patietur, patriae
10 reseruetur; mors autem necessitatem habeat fati aut, si ante oppetenda
est, oppetatur cum gloria.

Haec cum ita sint, etsi hanc legationem res publica, ut leuissime dicam,
non desiderat, tamen si tuto licebit ire, proficiscar. omnino, patres con-
scripti, totum huiusce rei consilium non periculo meo, sed utilitate rei
15 publicae metiar. de qua mihi quoniam liberum est spatium, multum etiam
atque etiam considerandum puto idque potissimum faciendum quod
maxime interesse rei publicae iudicaro.

M. TVLLI CICERONIS

IN M. ANTONIVM

ORATIO PHILIPPICA TERTIA DECIMA

A principio huius belli, patres conscripti, quod cum impiis ciuibus 1
consceleratisque suscepimus, timui ne condicio insidiosa pacis libertatis
20 recuperandae studia restingueret. dulce enim etiam nomen est pacis,
res uero ipsa cum iucunda tum salutaris. nam nec priuatos focos nec
publicas leges uidetur nec libertatis iura cara habere quem discordiae,
quem caedes ciuium, quem bellum ciuile delectat, eumque ex numero ho-
minum eiciendum, ex finibus humanae naturae exterminandum puto. ita-
25 que siue Sulla siue Marius siue uterque siue Octauius siue Cinna siue ite-
rum Sulla siue alter Marius et Carbo siue qui alius ciuile bellum optauit,

6 auctoritate et **nsv** | meo more] more meo **b** meo me more **nstv** *corr.* ς ‖
9 mea rei publicae eaque] r. p. eaque **b** r. p. mea **t** patres conscripti, mea at-
que *Halm* mea rei publicae ⟨causa⟩ eaque *Fritsch* mea, patres conscripti, eaque
Sternkopf ‖ **10** autem] aut *Faernus; cf. tamen Pasoli, RFIC 89, 1961, 431* ‖
10–11 fati . . . gloria *om.* **ns** ‖ **14** tutum **ns** | meo periculo **t** ‖ **15** liberum *om.* **b** |
multum *del. Garatoni* ‖ **17** iudicauero **nsv** ‖ **18** a] in **s** *om.* **nv** ‖ **18, 19** ciuibus
sceleratisque **nst** sceleratisque ciuibus **v** ‖ **20** etiam *om.* **nsv** ‖ **21** cum] tum **V**
tamen **b**; *cf. K.-St. II 352* ‖ **26** quis **DV**[2]

2 eum detestabilem ciuem rei publicae natum iudico. nam quid ego de proximo dicam cuius acta defendimus, auctorem ipsum iure caesum fatemur? nihil igitur hoc ciue, nihil hoc homine taetrius, si aut ciuis aut homo habendus est, qui ciuile bellum concupiscit. sed hoc primum uidendum est, patres conscripti, cum omnibusne pax esse possit an sit aliquod 5 bellum inexpiabile, in quo pactio pacis lex sit seruitutis. pacem cum Scipione Sulla siue faciebat siue simulabat, non erat desperandum, si conuenisset, fore aliquem tolerabilem statum ciuitatis. Cinna si concordiam cum Octauio confirmare uoluisset, hominum in re publica sanitas remanere potuisset. proximo bello si aliquid de summa grauitate Pom- 10 peius, multum de cupiditate Caesar remisisset, et pacem stabilem et aliquam rem publicam nobis habere licuisset.

2 Hoc uero quid est? cum Antoniis pax potest esse? cum Censorino, Ventidio, Trebellio, Bestia, Nucula, Munatio, Lentone, Saxa? exempli causa paucos nominaui: genus infinitum immanitatemque ipsi cernitis reli- 15 3 quorum. addite illa naufragia Caesaris amicorum, Barbas Cassios, Barbatios, Polliones; addite Antoni conlusores et sodalis, Eutrapelum, Melam, Pontium, Caelium, Crassicium, Tironem, Mustelam, Petusium: comitatum relinquo, duces nomino. huc accedunt Alaudae ceterique ueterani, seminarium iudicum decuriae tertiae, qui suis rebus exhaustis, 20 4 beneficiis Caesaris deuoratis, fortunas nostras concupiuerunt. o fidam dexteram Antoni qua ille plurimos ciuis trucidauit, o ratum religiosumque foedus quod cum Antoniis fecerimus! hoc si Marcus uiolare conabitur, Luci eum sanctitas a scelere reuocabit. illis locus si in hac urbe fuerit, ipsi urbi locus non erit. ora uobis eorum ponite ante oculos et maxime 25 Antoniorum, incessum, aspectum, uoltum, spiritum, latera tegentis alios, alios praegredientis amicos. quem uini anhelitum, quas contumelias fore censetis minasque uerborum! nisi forte eos pax ipsa leniet maximeque, cum in hunc ordinem uenerint, salutabunt benigne, comiter appella-

2 cum auctorem **bns** cum auctoritatem **tv** actorem ς; *cf. 2, 96, Pasoli, Latin. 12, 1964, 32* | ipsum *om.* **tv** | fateamur **bnv** dicamus **s** || 6 expiabile **D**; *cf. 14, 8* || 7 siue simulabat *om.* **D** | si] siue non **bv** || 9–10 hominum . . . potuisset *om.* **V**[1] (*add.* **V**[2]); *haec uerba falsum ueteris lacunae supplementum esse censet Halm* || 9 hominum] omnino *Faernus* omnium *Cobet* || 11 dimisisset **D**; *cf. 1, 12* || 14 t. munatio **btv**; *cf. Sh. B. Att. VI 247* || 15 reliquorum] belli quorum **D**; *cf. § 47* || 17 poliones (piliones **v**) **D**; *cf. Lachmann ad Lucr. 1, 313* | eutrapilum **Vbt**; *cf. Gundel RE IX A (1961) 878 sq.* || 18 Petusium] peditum **bnsv** pestutum **t**; *cf. 12, 19* || 19 relinquo nomino duces **b** reliquos omitto duces **nst** reliquo nomine (-o **v**[2]) duces **v** | huc *del. Ernesti* || 20 tertiae decuriae *Orelli coll. § 37* || 21 concupierunt **ns** || 23 cum antonio **V** cum **ns** cum antonianis **t** cum his **v** | m. antonius **nv** antonius **st** || 24 reuocauit **tv** || 25 urbi ipsi **D** | uobis ponite eorum ante oculos **b** uobis ponite eorum p. c. ante oculos **ns** eorum p. c. ponite uobis ante oculos **t** eorum uobis ponite ante oculos p. c. **v**; *cf. Nisbet 52* || 25. 26 et maxime Antoniorum *del. Schütz, praeeunte Ernesti* || 27 progredientes **bv**

bunt unum quemque nostrum. non recordamini, per deos immortalis, 3 5
quas in eos sententias dixeritis? acta M. Antoni rescidistis; leges refixistis,
per uim et contra auspicia latas decreuistis; totius Italiae dilectus exci-
tauistis; conlegam et scelerum socium omnium hostem iudicauistis. cum
5 hoc quae pax potest esse? hostis si esset externus, id ipsum uix talibus
factis, sed posset aliquo modo. maria, montes, regionum magnitudines
interessent; odisses eum quem non uideres. hi in oculis haerebunt et,
cum licebit, in faucibus; quibus enim saeptis tam immanis beluas con-
tinebimus?

10 At incertus exitus belli. est omnino fortium uirorum, quales uos esse
debetis, uirtutem praestare — tantum enim possunt —, fortunae culpam
non extimescere. sed quoniam ab hoc ordine non fortitudo solum uerum 6
etiam sapientia postulatur — quamquam uix uidentur haec posse seiungi,
seiungamus tamen — fortitudo dimicare iubet, iustum odium incendit,
15 ad confligendum impellit, uocat ad periculum: quid sapientia? cautiori-
bus utitur consiliis, in posterum prouidet, est omni ratione tectior. quid
igitur censet? parendum est enim atque id optimum iudicandum quod sit
sapientissime constitutum. si hoc praecipit ne quid uita existimem
antiquius, ne decernam capitis periculo, fugiam omne discrimen, quae-
20 ram ex ea: 'etiamne, si erit, cum id fecero, seruiendum?' si adnuerit, ne
ego sapientiam istam, quamuis sit erudita, non audiam. sin responderit:
'tu uero ita uitam corpusque seruato, ita fortunas, ita rem familiarem ut
haec libertate posteriora ducas itaque his uti uelis, si libera re publica
possis, nec pro his libertatem, sed pro libertate haec proicias tamquam
25 pignora iniuriae', tum sapientiae uocem audire uidear eique uti deo pa-
ream. itaque si receptis illis esse possumus liberi, uincamus odium pacem- 7
que patiamur; sin otium incolumibus eis esse nullum potest, laetemur
decertandi oblatam esse fortunam. aut enim interfectis illis fruemur uic-
trice re publica aut oppressi — quod omen auertat Iuppiter! — si non
30 spiritu, at uirtutis laude uiuemus.

At enim nos M. Lepidus, imperator iterum, pontifex maximus, optime 4
proximo ciuili bello de re publica meritus, ad pacem adhortatur. nullius

1–2 per deos . . . eos *om.* **V**^{1} quas in eos *add.* **V**^{2} ‖ 2 M. *om.* **D** | fixisti *Seru. pl. ad Verg. ten. 6,622* ‖ 3 dilectum excitastis **D** ‖ 4 socium scelerum **btv** socium *om.* **ns** | iudicastis **D** ‖ 5 hostis *post* externus **D** | tamen id **D**; *cf. King 295* ‖ 6 sed si maria **ns** si maria **v** ‖ 10 belli. est *sic dist. Halm* | est *iter.* **nv** ‖ 11 uirtute **D**; *sed cf. Ernesti 1529* ‖ 16 rectior **b** protectior **nsvV**^{2} ‖ 17 censes **V** | sit] est *Halm in app.* ‖ 18 praecepit **n**^{1} (*corr.* **n**^{2})**tv** ‖ 19 ne] non **D** ‖ 20 si erit] fuerit **nstv**; *cf. King 296* ‖ 21 erudita non] erudita **bns** eruditam **tv** | si **ns** ‖ 22 seruato *om.* **V**, *quo probato* tu uero ⟨tuere⟩ ita *coni. Halm in app.*, tuere ita (*sine* tu uero) *Madvig Opusc. 731; cf. tamen King 296* ‖ 23 posteriora libertate **D** | itaque his] atque iis **nst**; *cf. K.-St. II 130* | liberare r. p. **n**^{1} (*corr.* **n**^{2})**stv** ‖ 25 ut **D** ‖ 26 possumus esse **D** ‖ 27 sin otium] si uis **bt** sin ius **nsv** ‖ 28 interfectis illis *del. Faernus* ‖ 31 M. Lepidus *om.* **Vbntv**; *cf. tamen King 296* | imperator *om.* **s**

apud me, patres conscripti, auctoritas maior est quam M. Lepidi uel
propter ipsius uirtutem uel propter familiae dignitatem. accedunt eodem
multa priuata magna eius in me merita, mea quaedam officia in illum.
maximum uero eius beneficium numero quod hoc animo in rem publicam
8 est, quae mihi uita mea semper fuit carior. nam cum Magnum Pompe- 5
ium, clarissimum adulescentem, praestantissimi uiri filium, auctoritate
adduxit ad pacem remque publicam sine armis maximo ciuilis belli peri-
culo liberauit, tum me eius beneficio plus quam pro uirili parte obligatum
puto. itaque et honores ei decreui quos potui amplissimos, in quibus mihi
uos estis adsensi, nec umquam de illo et sperare optime et loqui destiti. 10
magnis et multis pignoribus M. Lepidum res publica inligatum tenet.
summa nobilitas est, omnes honores, amplissimum sacerdotium, plurima
urbis ornamenta, ipsius, fratris maiorumque monumenta; probatissima
uxor, optatissimi liberi, res familiaris cum ampla tum casta a cruore
ciuili. nemo ab eo ciuis uiolatus, multi eius beneficio et misericordia 15
liberati. talis igitur uir et ciuis opinione labi potest, uoluntate a re publica
9 dissidere nullo pacto potest. pacem uolt M. Lepidus. praeclare, si talem
potest efficere qualem nuper effecit, qua pace Cn. Pompei filium res pu-
blica aspiciet suoque sinu complexuque recipiet, neque solum illum, sed
cum illo se ipsam sibi restitutam putabit. haec causa fuit cur decernere- 20
tis statuam in rostris cum inscriptione praeclara, cur absenti triumphum.
quamquam enim magnas res bellicas gesserat et triumpho dignas, non
erat tamen ei tribuendum quod nec L. Aemilio nec Aemiliano Scipioni
nec superiori Africano nec Mario nec Pompeio, qui maiora bella gesse-
runt, sed quod silentio bellum ciuile confecerat, cum primum licuit, ho- 25
nores in eum maximos contulistis.

5 10 Existimasne igitur, M. Lepide, qualem Pompeium res publica habitura
sit ciuem, talis futuros in re publica Antonios? in altero pudor, grauitas,
moderatio, integritas; in illis — et cum hos compello, praetereo animo
ex grege latrocini neminem — libidines, scelera, ad omne facinus immanis 30
audacia. deinde uos obsecro, patres conscripti, quis hoc uestrum non uidet
quod Fortuna ipsa quae dicitur caeca uidit? saluis enim actis Caesaris

3 ac *ante* magna *add. Schöll* | ac mea **DV**^{2} | officia *om.* **D** || 7 pacem] urbem **D** | sine *om.* **V** || 8 pro uili **bnt** || 9 putet **V**^{1} (*corr.* **V**^{2}) putaui *Halm in app.* | ei et honores **D** | in *om.* **V** || 11 obligatum **D**; *sed cf. Cic. Dom. 40, Liu. 32, 22, 11, ThLL VII 1, 379, 55 sqq.* || 12 est *om.* **Cus.** | honores **VCus.** honor ei est **bv** honor eius est **n** honor est **s** honor ei **t** || 13 ornamenta ipsius, fratris *dist. Halm* || 15 eius *om.* **D** || 16 talis igitur *om.* **nstv** | et ciuis et **s** ei ciuis et **tv** || 17 M. *om.* **Vbv**; *cf. Adams, Cl. Q. 71, 1978, 152* || 18 efficit **Vt** || 20 putauit **nstvb**^{2} | cur ⟨ei⟩ *Lambinus* || 23 tamen *om.* **V** | l. maelio nec aemiliano **nsv** l. maelione c. aemiliano **t** || 25 silentio] sapientia *Pluygers* sedendo *Sydow* | cum *om.* **D** || 28 in re publica *om.* **D** || 29 animo] omnino *Ferrarius; sed cf. Ernesti 1531* || 31 obsecro uos **D** || 32 uidet **D**

quae concordiae causa defendimus Pompeio sua domus patebit, eamque
non minoris quam emit Antonius redimet; redimet, inquam, Cn. Pompei
domum filius. o rem acerbam! sed haec satis diu multumque defleta sunt.
decreuistis tantam pecuniam Pompeio quantam ex bonis patriis in prae-
5 dae dissipatione inimicus uictor redegisset. sed hanc mihi dispensationem 11
pro paterna necessitudine et coniunctione deposco. redimet hortos, aedis,
urbana quaedam quae possidet Antonius. nam argentum, uestem, supel-
lectilem, uinum amittet aequo animo, quae ille helluo dissipauit. Alba-
num, Formianum a Dolabella recuperabit, etiam ab Antonio Tuscula-
10 num, eique qui nunc Mutinam oppugnant, D. Brutum obsident, de Fa-
lerno Anseres depellantur. sunt alii plures fortasse, sed ⟨e⟩ mea memoria
dilabuntur. ego etiam eos dico qui hostium numero non sunt Pompeianas
possessiones quanti emerint filio reddituros. satis inconsiderati fuit, ne 12
dicam audacis, rem ullam ex illis attingere; retinere uero quis poterit
15 clarissimo domino restituto? an is non reddet qui domini patrimonium
circumplexus quasi thesaurum draco, Pompei seruus, libertus Caesaris,
agri Lucani possessiones occupauit? atque illud septiens miliens quod
adulescenti, patres conscripti, spopondistis, ita discribetur ut uideatur
a uobis Cn. Pompei filius in patrimonio suo conlocatus. haec senatus:
20 reliqua populus Romanus in ea familia quam uidit amplissimam perse-
quetur, in primis paternum auguratus locum, in que⟨m⟩ ego eum, ut
quod a patre accepi filio reddam, mea nominatione cooptabo. utrum igi-
tur augurem Iuppiter Optimus Maximus cuius interpretes internuntiique
constituti sumus, utrum populus Romanus libentius sanciet, Pompeium-
25 ne an Antonium? mihi quidem numine deorum immortalium uidetur hoc
fortuna uoluisse ut actis Caesaris firmis ac ratis Cn. Pompei filius posset et
dignitatem et fortunas patrias recuperare.

Ac ne illud quidem silentio, patres conscripti, praetereundum puto 6 13
quod clarissimi uiri legati, L. Paulus, Q. Thermus, C. Fannius, quorum

10–11 *Seru. ad Verg. Buc. 9, 36* ex agro Falerno anseres depellantur || **17** *Non. 356, 6* agri . . . occupauit

3 *post* acerbam *def.* **V**; *cf. app. ad 11, 17* || **4** quantum **nv** || **5** sed *del. Manutius* | dissipationem **t** || **9** firmianum **bv** firmanum **n** firminum **s** || **10** ex agro Falerno *Seru.* || **11** depellentur **bn**² | sed mea **ns** de mea **b** mea **tv** sed ⟨de⟩ mea *Naugerius* sed ⟨ex⟩ mea *Wesenberg, corr. Clark in app.; cf. ThLL V 1, 1159, 12 sqq., K.-St. I 370* || **12** elabuntur *Clark, Cl. R. 14, 1900, 408, coll. Rhet. Her. 3, 35* || **16** thesaurum *om.* **t**, *prob. Madvig, J. cl. Ph. 1856, 118* | quasi thesaurum draco *del. Rau; cf. tamen Phaedr. 4, 20, 3, Macr. 1, 20, 3, ThLL V 1, 2063, 35 sqq., Schöll 32* || **21** in quo **nsv** in que **t** *om.* **b**¹ (*suppl.* **b**²) || **22** accepit **stv** || **23** augurem] „*fort.* augures, *nisi post* constituti sumus *aliquid intercidit*“ *Halm* | Iuppiter Opt. Maximus] i. o. m. **D** Iouis Opt. Max. *Poggius, corr. Pluygers; cf. Clark, Cl. R. 14, 1900, 409* || **24** nos *post* sumus *add. Madvig Opusc. 731* (*prob. King 300*), *post* igitur (*l. 23*) *add. Schöll* || **24** libent ius sanciet **n** libenter ius sanciet **sv** libenter iussa sciet **t** || **25** an *om.* **bsn** || **29** paulique thermus **bst**

habetis cognitam uoluntatem in rem publicam eamque perpetuam atque
constantem, nuntiant se Pompei conueniendi causa diuertisse Massiliam
eumque cognouisse paratissimo animo ut cum suis copiis iret ad Mutinam,
ni uereretur ne ueteranorum animos offenderet. est uero eius patris fi-
lius qui sapienter faciebat non minus multa quam fortiter. itaque intel- 5
legitis et animum ei praesto fuisse nec consilium defuisse.

Atque etiam hoc M. Lepido prouidendum est ne quid adrogantius quam
14 eius mores ferunt facere uideatur. si enim nos exercitu terret, non memi-
nit illum exercitum senatus populique Romani atque uniuersae rei pu-
blicae esse, non suum. at uti potest pro suo. quid tum? omniane bonis uiris 10
quae facere possunt facienda sunt, etiamne, si turpia, si perniciosa erunt,
si facere omnino non licebit? quid autem turpius aut foedius aut quod
minus deceat quam contra senatum, contra ciuis, contra patriam exer-
citum ducere? quid uero magis uituperandum quam id facere quod
non liceat? licet autem nemini contra patriam ducere exercitum, si qui- 15
dem licere id dicimus quod legibus, quod more maiorum institutisque
conceditur. neque enim, quod quisque potest, id ei licet, nec, si non ob-
statur, propterea etiam permittitur. tibi enim exercitum, Lepide, tam
quam maioribus tuis patria pro se dedit. hoc tu arcebis hostem, finis
imperi propagabis; senatui populoque Romano parebis, si quam ad aliam 20
rem te forte traduxerit.

7
15 Haec si cogitas, es M. Lepidus, pontifex maximus, M. Lepidi, pontificis
maximi, pronepos; sin hominibus tantum licere iudicas quantum pos-
sunt, uide ne alienis exemplis eisque recentibus uti quam et antiquis et
domesticis malle uideare. quod si auctoritatem interponis sine armis, 25
magis equidem laudo, sed uide ne hoc ipsum non sit necesse. quamquam
enim est tanta in te auctoritas quanta debet in homine nobilissimo, ta-
men senatus se ipse non contemnit, nec uero fuit umquam grauior, con-
stantior, fortior. incensi omnes rapimur ad libertatem recuperandam;
non potest ullius auctoritate tantus senatus populique Romani ardor 30
exstingui; odimus, irati pugnamus, extorqueri ⟨e⟩ manibus arma non
possunt; receptui signum aut reuocationem a bello audire non possumus;
16 speramus optima, pati uel difficillima malumus quam seruire. Caesar
confecit inuictum exercitum; duo fortissimi consules adsunt cum copiis;
L. Planci, consulis designati, uaria et magna auxilia non desunt; in 35

3 cum *om.* **tv** || 4 ni uereretur ne *om.* **b** || 6 praesto *om.* **t** || 8 si] sine **b**[1] (*corr.* **b**[2]) siue **t** || 10 uti] ubi **n**[1] (*corr.* **n**[2])**stvb**[2] || 12 quod **n**[1] (*corr.* **n**[2])**s** || 15 licet] liceat **n**[1] (*corr.* **n**[2])**stv** || 18.19 tamquam **D** *dist. Halm; cf. King 301* || 20 patebis **b** parebit **nv** || 22 cogitas, es] cogitasses **stv** || 24 ne *om.* **n**[1] (*add.* **n**[2])**tv** || 29 fortior *om.* **stv** || 31 restingui *Ursinus; sed cf. ThLL V 2, 1916, 69 sqq.* | odimus *om.* **b**[1] (*add.* **b**[2]); *cf. Lucil. 156 M.* | manibus **D** (*def. King 301*) de manibus *ed. Veneta* e *add. Halm; cf. enim Cic. Planc. 98, Brut. 7* || 32 aut . . . bello *del. Cobet* | possemus **t** || 34 conficit **D** *corr. Poggius*

D. Bruti salute certatur; unus furiosus gladiator cum taeterrimorum latronum manu contra patriam, contra deos penatis, contra aras et focos, contra quattuor consules gerit bellum. huic cedamus, huius condiciones audiamus, cum hoc pacem fieri posse credamus?

5 At periculum est ne opprimamur. non metuo ne is qui suis amplissi- 8 mis fortunis nisi bonis saluis frui non potest prodat salutem suam. bonos ciuis primum natura efficit, adiuuat deinde fortuna. omnibus enim bonis expedit saluam esse rem publicam. sed in eis qui fortunati sunt magis id apparet. quis fortunatior Lepido, ut ante dixi, quis eodem sanior? uidit 17 10 eius maestitiam atque lacrimas populus Romanus Lupercalibus; uidit quam abiectus, quam confectus esset, cum Caesari diadema imponens Antonius seruum se illius quam conlegam esse malebat. qui si reliquis flagitiis et sceleribus abstinere potuisset, tamen unum ob hoc factum dignum illum omni poena putarem. nam si ipse seruire poterat, nobis 15 dominum cur imponebat? et si eius pueritia pertulerat libidines eorum qui erant in eum tyranni, etiamne in nostros liberos dominum et tyrannum comparabat? itaque illo interfecto qualem in nos eum esse uoluit, talis ipse in ceteros exstitit. qua enim ⟨in⟩ barbaria quisquam tam taeter, 18 tam crudelis tyrannus quam in hac urbe armis barbarorum stipatus An- 20 tonius? Caesare dominante ueniebamus in senatum, si non libere, at tamen tuto. hoc archipirata – quid enim dicam tyranno? – haec subsellia ab Ituraeis occupabantur. prorupit subito Brundisium ut inde agmine quadrato ad urbem accederet; lautissimum oppidum nunc municip[i]um honestissimorum, quondam colonorum, Suessam fortissimorum 25 militum sanguine impleuit; Brundisi in sinu non modo auarissimae, sed etiam crudelissimae uxoris delectos Martiae legionis centuriones trucidauit. inde se quo furore, quo ardore ad urbem, id est ad caedem optimi cuiusque rapiebat! quo tempore di ipsi immortales praesidium improuisum nec opinantibus nobis obtulerunt. Caesaris enim incredibilis ac di- 9 19 30 uina uirtus latronis impetus crudelis ac furibundos retardauit: quem tum ille demens laedere se putabat edictis, ignorans quaecumque falso diceret in sanctissimum adulescentem, ea uere recidere in memoriam pueritiae suae. ingressus urbem est quo comitatu uel potius agmine, cum dextra sinistra, gemente populo Romano, minaretur dominis, notaret domos,

6 bonis] nobis **bnst** || 7 enim *om.* **t** || 10 uidit *om.* **t** || 11 ponens **t** || 13 se *ante* abstinere *add.* **bsv** *post* si **t**; *cf. tamen ThLL I 195, 41 sqq.* || 17 comparabat] comparare debebat *Pluygers* || 18 in ceteros *del. Pluygers* | in *om.* **D** (*cf. K.-St. II 562*) *add.* **ς** || 22 occupantur **b**^{1} (*corr.* **b**^{2})**s** || 23 municipium **D** *corr. Manutius* || 30 tum] tamen **b**, *prob. Clark, Cl. R. 14, 1900, 409* tu **t** || 31 quaecumque . . . diceret] quae maledicta congereret *Sydow* | in eum diceret **bt** indiceret **v** intenderet *Klotz* ediceret *Pluygers* || 32 in sanctissimum adulescentem *del. Halm; sed cf. 3, 15* | reciderent **nst** recideret **v** || 33 in urbem **b** (in *del.* **b**^{2})

diuisurum se urbem palam suis polliceretur. rediit ad milites; ibi pestifera illa Tiburi contio. inde ad urbem cursus; senatus in Capitolium; parata de circumscribendo adulescente sententia consularis, cum repente — nam Martiam legionem Albae consedisse sciebat — adfertur ei de quarta nuntius. quo perculsus abiecit consilium referendi ad senatum (5) de Caesare: egressus est non uiis, sed tramitibus paludatus, eoque ipso die innumerabilia senatus consulta fecit, quae quidem omnia citius delata 20 quam scripta sunt. ex eo non iter, sed cursus et fuga in Galliam. Caesarem sequi arbitrabatur cum legione Martia, cum quarta, cum ueteranis, quorum ille nomen prae metu ferre non poterat, eique in Galliam pene- (10) tranti D. se Brutus obiecit, qui se totius belli fluctibus circumiri quam illum aut regredi aut progredi maluit, Mutinamque illi exsultanti tamquam frenos furoris iniecit. quam cum operibus munitionibusque saepsisset nec eum coloniae florentissimae dignitas neque consulis designati maiestas a parricidio deterreret, tum me — testor et uos et populum Ro- (15) manum et omnis deos qui huic urbi praesident — inuito et repugnante 21 legati missi tres consulares ad latronum ⟨et⟩ gladiatorum ducem. quis tam barbarus umquam, tam immanis, tam ferus? non audiuit, non respondit; neque eos solum praesentis sed multo magis nos a quibus illi erant missi spreuit et pro nihilo putauit. postea quod scelus, quod faci- (20) nus parricida non edidit? circumsedet colonos nostros, exercitum populi Romani, imperatorem, consulem designatum; agros diuexat ciuium optimorum; hostis taeterrimus omnibus bonis cruces ac tormenta mini- **10** tatur. cum hoc, M. Lepide, pax esse quae potest? cuius ne supplicio quidem ullo satiari uidetur posse res publica. (25)

22 Quod si quis adhuc dubitare potuit quin nulla societas huic ordini populoque Romano cum illa importunissima belua posset esse, desinat profecto dubitare his cognitis litteris quas mihi missas ab Hirtio consule modo accepi. eas dum recito dumque de singulis sententiis breuiter disputo, uelim, patres conscripti, ut adhuc fecistis, me attente audiatis. (30)

1 redit **nv** | ibi] ubi **st** || 2 Tibure *Muretus; sed cf. King 303* || 4 nam] iam *Faernus* || 6—8 eoque . . . scripta sunt] *haec uerba suspecta uiro docto Clark uidentur, qui post* polliceretur (*l. 1*) *ea transfert; cum enim de Antonii fuga agatur isque ex Vrbe iam egressus sit, nihil ad hoc pertinere uidentur innumerabilia senatus consulta; cf. etiam 5, 24 et quae fuse de tota hac re disputat Clark, Cl. R. 14, 1900, 409; uide tamen 3, 24* quae uero profectio postea, quod iter paludati . . ., praeclara tamen senatus consulta illo ipso die uespertina || 7 quidem *om.* **t** | deleta **bn** (*prob. Peter, Phil. 8, 1853, 429*) perfecta perlata **s**; delata *sc.* in aerarium: *cf. 5, 12. 15; Liu. 39, 4, 8* || 8 fuga in] fugam **st** || 10 potuerat **b** || 11 D. se] se D. *Clark dub. in app.; cf. app. ad 4, 16* || 13 saepisset **nv** || 14 florentissimae coloniae **ns** || 17 latronum et] latrones m **bt** latrones m. antonii **n**^{1}**sv** latronem m. antonium **n**^{2} *corr. Halm* | latronum gladiatorem ducem *C. F. W. Müller* || 24 quae potest esse *Schöll in app.; sed de clausula hypodochmiaca cf. Fraenkel Les. 16* || 25 res publica] populus romanus **nv** || 26 dubitare adhuc **t** || 27 designat **n**^{1}**st** desinet **n**^{2} (*sed cf. King 304*) || 29 de *om.* **t**

Antonius Hirtio et Caesari.' neque se imperatorem neque Hirtium consulem nec pro praetore Caesarem. satis hoc quidem scite: deponere alienum nomen ipse maluit quam illis suum reddere. 'cognita morte C. Treboni non plus gauisus sum quam dolui.' uidete quid se gauisum, quid
5 doluisse dicat: facilius de pace deliberabitis. 'dedisse poenas sceleratum cineri atque ossibus clarissimi uiri et apparuisse numen deorum intra finem anni uertentis aut iam soluto supplicio parricidi aut impendente laetandum est.' o Spartace! quem enim te potius appellem, cuius propter nefanda scelera tolerabilis fuisse uidetur Catilina? laetandum esse
10 ausus es scribere Trebonium dedisse poenas? sceleratum Trebonium? quo scelere, nisi quod te Idibus Martiis a debita tibi peste seduxit? age, hoc 23 laetaris: uideamus quid moleste feras. '⟨a senatu⟩ iudicatum hostem populi Romani Dolabellam eo quod sicarium occiderit, et uideri cariorem populo Romano filium scurrae quam C. Caesarem, patriae parentem,
15 ingemiscendum est.' quid ingemiscis? hostem Dolabellam? quid? te non intellegis dilectu tota Italia habito, consulibus missis, Caesare ornato, sagis denique sumptis hostem iudicatum? quid est autem, scelerate, quod gemas hostem Dolabellam iudicatum a senatu? quem tu ordinem omnino esse nullum putas, sed eam tibi causam belli gerendi proponis ut senatum
20 funditus deleas, reliqui boni et locupletes omnes summum ordinem subsequantur. at scurrae filium appellat. quasi uero ignotus nobis fuerit splendidus eques Romanus, Treboni pater. is autem humilitatem despicere audet cuiusquam qui ex Fadia sustulerit liberos?

'Acerbissimum uero est te, A. Hirti, ornatum [esse] beneficiis Caesaris 11 24
25 et talem ab eo relictum qualem ipse miraris.' equidem negare non possum a Caesare Hirtium ornatum, sed illa ornamenta in uirtute et industria posita lucent. tu uero qui te ab eodem Caesare ornatum negare non potes, quid esses, si tibi ille non tam multa tribuisset? ecquo te tua uirtus prouexisset, ecquo genus? in lustris, popinis, alea, uino tempus aeta-

1 dicit *post* imperatorem *add. Ernesti* || 2 pro praetore] pro p. r. **b** p. r. p. r. $\mathbf{n}^1$**st** praetorem pr **v** p. r. $\mathbf{n}^2$ *corr. Orelli* | scire **b** scito **t** || 3 ipse *om.* **tv** || 4 uide **btv** || 7 parricidae **v**$\mathbf{n}^2$ parricidiae $\mathbf{n}^1$**s** parricida **t** || 9 uidetur fuisse *cod. Regius 15 A. XIV* || 10 es] est **t** *om.* **b** || 11 ad(h)ibita **ns** || 12 a senatu *om.* **D** *ante* iudicatum *add. C. F. W. Müller, post* hostem *Schelle; cf. infra; facillime* a s. (*i. e.* a senatu) *excidere potuit post* feras || 12, 13 hostem populi Romani] hoc tempore hostem **bn** hoc tempore **stv** *corr. C. F. W. Müller* || 13 eo ... occiderit *om.* **t** || 14 populo Romano] r. p. **D** *corr. Poggius* || 15 *sic dist. cod. Regius 15 A. XIV* quid ingemiscis hostem Dolabellam? *dist. Naugerius, prob. Lebreton 176* | iudicatum *post* Dolabellam *add. Poggius, post* hostem *Sittl* hostem *del. Kayser* | qui te **bstv** || 17 autem *om.* **t** || 21 at] aut **t** || 22 eques Romanus] q. r. **nt** quirites **v** || 23 cuiusque **bntv** | Fadia] ea die **D** *corr. Ferrarius; cf. 2, 3; 3, 17* || 24 est uero **bnsv** uero esse **t** *corr.* ς | esse *del. Gryphius* | c. caes. **bnv** || 26 sed *om.* **t** | in industria **s** || 29 genus] ingenium *Ursinus* industria *Pluygers* (*non improbante King 306*) genus ⟨uitae⟩ *Schelle* ⟨inlustre⟩ genus *Clark dub.* (*cf. Cl. R. 14, 1900, 409*)

tis omne consumpsisses, ut faciebas, cum in gremiis mimarum mentum
mentemque deponeres. 'et te, o puer.' puerum appellat quem non modo
uirum sed etiam fortissimum uirum sensit et sentiet. est istuc quidem
nomen aetatis, sed ab eo minime usurpandum qui suam amentiam puero
praebet ad gloriam. 'qui omnia nomini debes.' debet uero soluitque prae- 5
25 clare. si enim ille patriae parens, ut tu appellas — ego quid sentiam uide-
ro — cur non hic parens uerior a quo certe uitam habemus e tuis facine-
rosissimis manibus ereptam? 'id agere ut iure damnatus sit Dolabella.'
turpem uero actionem, qua defenditur amplissimi auctoritas ordinis con-
tra crudelissimi gladiatoris amentiam! 'et ut uenefica haec liberetur ob- 10
sidione.' ueneficam audes appellare eum uirum qui tuis ueneficiis reme-
dia inuenit? quem ita obsides, noue Hannibal aut si quis acutior impera-
tor fuit, ut te ipse obsideas neque te istinc, si cupias, possis explicare.
recesseris: undique omnes insequentur; manseris: haerebis. nimirum recte
ueneficam appellas a quo tibi praesentem pestem uides comparatam. 15
26 'ut quam potentissimus sit Cassius atque Brutus.' putes Censorinum
dicere aut Ventidium aut etiam ipsos Antonios. cur autem nolint
potentis esse non modo optimos et nobilissimos uiros sed secum etiam in
rei publicae defensione coniunctos? 'nimirum eodem modo haec aspicitis
12 ut priora.' quae tandem? 'castra Pompei senatum appella⟨ba⟩tis.' an 20
uero tua castra potius senatum appellaremus? in quibus tu es uidelicet
consularis cuius totus consulatus est ex omni monumentorum memoria
euolsus; duo praetores sine causa diffisi se aliquid habituros — nos enim
Caesaris beneficia defendimus — ; praetorii Philadelphus Annius et inno-
cens Gallius; aedilicii corycus laterum et uocis meae Bestia, et fidei pa- 25
tronus, fraudator creditorum Trebellius, et homo diruptus dirutusque
Caelius, columenque amicorum Antoni Cotyla Varius, quem Antonius
deliciarum causa loris in conuiuio caedi iubebat a s⟨er⟩uis publicis;

1–2 *Arus. Gramm. VII 466, 8* cum . . . deponeret

1.2 mentum mentemque **st**, *Arus.* mentem mentumque **bnv**; *sed cf. King 306, H.-Sz. 832* || 2 deponeret *Arus.* || 4 puero huic **bv** huic **ns** pueri **t** *corr. Clark, Cl. R. 14, 1900, 409* || 5 eius nomini **nb**^{2} ei nomini **v**; *sed cf. King 307* | debes] debet **bn**^{1} (*corr.* **n**^{2})**sv** | soluique **n**^{1} (*corr.* **n**^{2})**st** || 8 damnatus] deminutus *Clark* (*cf. Cl. R. 14, 1900, 409*) *coll. Cic. Balb. 20, Caec. 5; recte tamen interpretatur King 307* || 17 nolim **D** nolit **n**^{2} *corr. Manutius* || 19 modo] tempore **t** || 20 appellatis **D** *corr. ed. Cratandrina* || 21 senatum potius **tv** || 23 auulsus **b** *ex corr.* **v** uulsus **ns** reuulsus *Poggius; cf. Cic. Sest. 33* | diffusi **n**^{1} (*corr.* **n**^{2})**s** || 26 fraudator creditorum *del. Rau, prob. Pluygers, Mnem. N. S. 9, 1881, 146; cf. 6, 11 et quae monet Garatoni: „delerem tamquam ab homine profectas, qui ironiam detergere uoluerit, nisi statim Coelius sine ironia notaretur“* | diruptus dirutusque] diruptus diuitique **bn**^{1}**tv** dirutus diuiciisque **n**^{2} diruptus dirutusque ⟨Q.⟩ *Poggius* dirutus aere Q. *Reid, prob. Clark, Cl. R. 14, 1900, 409; cf. tamen Schöll 31, ThLL V 1, 1266, 53; 1268, 5 sqq.* || 27 quem] que quem **b** quos **nsv** que **t** *corr. ed. Ascens. a. 1529* || 28 a suis publicis **bnsv** a sui publicis **t** *corr. Ferrarius*

VIIuirales Lento, Nucula; tum deliciae atque amores populi Romani
L. Antonius; tribuni[cii] primum duo designati, Tullus Hostilius qui suo
iure in porta nomen inscripsit qua, cum prodere imperatorem suum non
potuisset, reliquit; alter est designatus Insteius nescio qui fortis, ut
5 aiunt, latro; quem tamen temperantem fuisse ferunt Pisauri balneato-
rem. sequuntur alii tribunicii, T. Plancus in primis: qui si senatum di- 27
lexisset, numquam curiam incendisset. quo scelere damnatus in eam
urbem redi⟨i⟩t armis, ex qua excesserat legibus. sed hoc ei commune
cum pluribus sui simillimis. illud tamen mirum quod in hoc Planco
10 prouerbi loco dici solet, perire eum non posse, nisi ei crura fracta essent.
fracta sunt et uiuit. hoc tamen, ut alia multa, Aquilae referatur accep-
tum. est etiam ibi Decius, ab illis, ut opinor, Muribus Deciis; itaque Cae- 18
saris munera rosit: Deciorum quidem multo interuallo per hunc praecla-
rum uirum memoria renouata est. Saxam uero Decidium praeterire qui
15 possum, hominem deductum ex ultimis gentibus, ut eum tribunum ple-
bis uideremus quem ciuem numquam uideramus? est quidem alter Sa- 28
serna: sed omnes tamen tantam habent similitudinem inter se ut in
eorum praenominibus errem. nec uero Extitius, Philadelphi frater, quae-
stor, praetermittendus est, ne, si de clarissimo adulescente siluero, inui-
20 disse uidear Antonio. est etiam Asinius quidam senator uoluntarius, lec-
tus ipse a se. apertam curiam uidit post Caesaris mortem: mutauit cal-
ceos; pater conscriptus repente factus est. non noui Sex. Albedium, sed
tamen neminem tam maledicum offendi qui illum negaret dignum Antoni
senatu. arbitror me aliquos praeterisse; de eis tamen qui occurrebant
25 tacere non potui. hoc igitur fretus senatu Pompeianum senatum despi-
cit, in quo decem fuimus consulares: qui si omnes uiuerent, bellum om-
nino hoc non fuisset; auctoritati cessisset audacia. sed quantum praesidi 29
fuerit in ceteris, hinc intellegi potest quod ego unus relictus ex multis
contudi et fregi adiuuantibus uobis exsultantis praedonis audaciam. quod 14
30 si non fortuna nobis modo eripuisset Ser. Sulpicium eiusque conlegam

2 tribunicii **D** *corr. Ferrarius* || 3 qua] qui **D** *corr. Rau* || 4 potuit **s** posset **v** | Insteius] insicieius *uel* insieius **D** *corr. Gruter* || 5 ferunt fuisse **t** | isauri **nsv** || 8 redit **D** *corr. Poggius* | ex qua] unde **s** || 9 sui simillimis] dissimillimis **D** sibi simillimis *Pighi* sui similibus *Zielinski, corr. Halm* | mirum] uerum **D** proprium *Ernesti* ⟨minus⟩ uerum *Rau* ⟨non⟩ uerum *Zumpt* (*prob. Clark, Cl. R. 14, 1900, 409*) inuersum *Schöll, corr. Klotz* | in hoc Planco quod *Clark* || 11 fertur **ns** feratur **v** referat *Jordan* || 12 Deciis *del. Bardili* || 13 munera rosit] numerose sed **n** numerose (munerose **v**) sit **stv** munera arrosit *Clark, clausulae gratia; sed de clausula heroica cf. Fraenkel Les. 198–200* || 16 quidam **b** ibidem *Madvig Opusc. 731* | alter *om.* **t** | saserena *uel* aserena **D** *corr. Ferrarius* || 17 tamen *del. Rau* || 21 a se⟨se⟩ *Garatoni* | munitauit **t** || 22 non *om.* **t** | albesium **bt**; *cf. ThLL I 1495, 80 sqq.* || 23 tam *om.* **t** | indignum **b** || 26 qui] quam **t** || 27 fuisset] fecissent **t** || 28 ex] e **bnsv** || 30 si non fortuna nobis modo non eripuisset **bns** si fortuna non eripuisset nobis modo **v** si fortuna nobis modo non eripuisset **n**[2]

ante, ⟨M.⟩ Marcellum — quos ciuis, quos uiros! — si duo consules, amicissimos patriae, simul ex Italia eiectos, si L. Afranium, summum ducem, si P. Lentulum, ciuem cum in ceteris rebus tum in salute mea singularem, si ⟨M.⟩ Bibulum, cuius est in rem publicam semper merito laudata constantia, si L. Domitium, praestantissimum ciuem, si Appium Claudium, 5 pari nobilitate et uoluntate praeditum, si P. Scipionem, clarissimum uirum maiorumque suorum simillimum, res publica tenere potuisset, certe 30 eis consularibus non esset Pompeianus despiciendus senatus. utrum igitur aequius, utrum melius rei publicae fuit Cn. Pompeium an sectorem Cn. Pompei uiuere Antonium? qui uero praetorii! quorum princeps M. Cato 10 idemque omnium gentium uirtute princeps. quid reliquos clarissimos uiros commemorem? nostis omnis. magis uereor ne longum me in enumerando quam ne ingratum in praetereundo putetis. qui aedilicii, qui tribunicii, qui quaestorii! quid multa? talis senatorum et dignitas et multitudo fuit ut magna excusatione opus eis sit qui in illa castra non uenerunt. nunc 15 reliqua attendite.

15 'Victum Ciceronem ducem habuistis.' eo libentius 'ducem' audio quod certe ille dicit inuitus; nam de uicto nihil laboro. fatum enim meum est sine re publica nec uinci posse nec uincere. 'Macedoniam munitis exercitibus.' et quidem fratri tuo qui a uobis nihil degenerat extorsimus. 'Africam commisistis Varo bis capto.' hic cum Gaio fratre putat se litigare. 20 'in Syriam Cassium misistis.' non igitur sentis huic causae orbem terrae patere, te extra munitiones tuas uestigium ubi imprimas non habere? 31 'Cascam tribunatum gerere passi estis.' quid ergo? ut Marullum, ut Caesetium a re publica remoueremus eum per quem ut neque idem hoc post- 25 hac neque multa eius modi accidere possent consecuti sumus? 'uectigalia Iuliana Lupercis ademistis.' Lupercorum mentionem facere audet neque illius diei memoriam perhorrescit quo ausus est obrutus uino, unguentis oblitus, nudus gementem populum Romanum ad seruitutem cohortari? 'ueteranorum colonias deductas lege senatus consulto sustulistis.' nos 30 sustulimus an contra lege[m] comitiis centuriatis lata sanximus? uide ne

1 *suppl. Naugerius* | duos **nv** || 2 *post* Italia *def.* **n** || 4 *suppl. Klotz* | merito semper **bs** || 5 Claudium *om.* **b** || 8 despiciendus pompeianus **b** || 10 antonius **t** *del. Jordan* | quid uero praetorios *ed. Veneta* || 11 uirtute] uir uite **bs**^{1}**v** uir iute **t** *corr.* **s**^{2} | uiros clarissimos **b** || 12 memorem *Schöll; cf. tamen e. g. Cic. Verr. 2, 4, 124; 2, 5, 140; Caec. 97* || 13 in praetereundo *om.* **t** in *om.* **v** || 14 qui multa **stv** || 20 et quidem] equidem **stv** || 21 se putat *Clark dub. in app.* || 23 patere] fauere **b** parere **s** *om.* **tv** *corr. Lambinus; cf. Clark, Cl. R. 14, 1900, 410* || 24 Caesetium] caẽs. etiam **bsv** caẽs. etium **t** *corr. Ferrarius; cf. Münzer RE III (1897) 1310 sq.* || 25 moueremus **b**^{1} (*corr.* **b**^{2}) moremus **t** | idem hoc] idem **b** hoc est **t** hoc idem *Halm* || 26 uectigalia] uestigia **t** || 27 iuliani **t** Iulianis *Ferrarius coll. Cass. Dion. 44, 7* || 29 coartari **tv** || 30 lege et **btv**, *prob. King 302* || 31 legem . . . latam **b** legem . . . latas **sv** legem . . . lata **t** *corr. Ferrarius*

tu ueteranos, tamen eos qui erant perditi, perdideris in eumque locum
deduxeris ex quo ipsi iam sentiunt se numquam exituros. 'Massiliensibus 32
iure belli adempta reddituros uos pollicemini.' nihil disputo de iure belli –
magis facilis disputatio est quam necessaria –, illud tamen animaduer-
5 tite, patres conscripti, quam sit huic rei publicae natus hostis Antonius,
qui tanto opere eam ciuitatem oderit quam scit huic rei publicae semper
fuisse amicissimam. 'neminem Pompeianum qui uiuat teneri lege Hirtia 16
dictitatis.' quis, quaeso, iam legis Hirtiae mentionem facit? cuius non
minus arbitror latorem ipsum quam eos de quibus lata est paenitere.
10 omnino mea quidem sententia legem illam appellare fas non est; et, ut
sit lex, non debemus illam Hirti legem putare. 'Apuleiana pecunia Bru-
tum subornastis.' quid? si omnibus suis copiis excellentem uirum res
publica armasset, quem tandem bonum paeniteret? nec enim sine pe-
cunia exercitum alere nec sine exercitu fratrem tuum capere potuisset.
15 'securi percussos Petr⟨ae⟩um et Menedemum, ciuitate donatos et hospi- 33
tes Caesaris, laudastis.' non lauda⟨ui⟩mus quod ne audiuimus quidem.
ualde enim nobis in tanta perturbatione rei publicae de duobus nequissi-
mis Graeculis cogitandum fuit. 'Theopompum, nudum, [non] expulsum
a Trebonio, confugere Alexandriam neglexistis.' magnum crimen sena-
20 tus! de Theopompo, summo homine, neglegimus, qui ubi terrarum sit,
quid agat, uiuat denique an mortuus sit, quis aut scit aut curat? 'Ser.
Galbam eodem pugione succinctum in castris uidetis.' nihil tibi de Galba
respondeo, fortissimo et constantissimo ciui: coram aderit, praesens tibi
et ipse et ille quem insimulas pugio respondebit. 'milites aut meos aut
25 ueteranos contraxistis tamquam ad exitium eorum qui Caesarem occi-
derant: et eosdem nec opinantis ad quaestoris sui aut imperatoris aut
commilitonum suorum pericula impulistis.' scilicet uerba dedimus, dece-
pimus: ignorabat legio Martia, quarta, nec sciebant ueterani quid agere-
tur; non illi senatus auctoritatem, non libertatem populi sequebantur:
30 Caesaris mortem ulcisci uolebant, quam omnes fatalem fuisse arbitra-
bantur; te uidelicet saluum, beatum, florentem esse cupiebant. o miser 17 34
cum re, tum hoc ipso quod non sentis quam miser sis! sed maximum cri-
men audite. 'denique quid non aut probastis aut fecistis quod faciat, si

1 ⟨sed⟩ tamen *Madvig Opusc. 731* etiam *Clark* || 5 quam] qui **b** quis **sv** q. **t** *corr.* ς || 7 tenere **bsv** || 8 dictitatis] dignitatis **bt** dignitates **sv** *corr. Orelli* | quis quaeso] quis quasi **bt** qui quasi **sv** *corr. codd. Ursini; cf. Madvig Fin. 142* || 10 est sententia **b** || 12 subornatis *Manutius* || 15 petrum **D** *corr. Haupt; cf. Caes. b. ciu. 3, 35, 2* || 16 laudamus **bsv** laudemus **t** *corr. Lambinus* | audimus **t** || 18 nudum non **bst** (*Halm: „uidetur in* non *nomen loci latere“*) nudum domo *Busche* nudum ui *Clark* non *del.* ς || 22 tibi *om.* **b**[1] (*add.* **b**[2]) || 25 exitum **bv** || 27 dedimus uerba **tv** | decepimus *del. Cobet; tradita def. Hauschild 42 adn. 1; cf. etiam Lebreton 159* || 28 nec sciebant] ignorabant **s** nesciebant ς; *cf. tamen Pasoli, RFIC 89, 1961, 431* || 29 non ... non] non ... an **btv** num ... an **s** non ... aut *Ferrarius, corr.* ς | sequantur **stv** || 33 probauistis **bs** | que faciat **b** quid faciat **tvs**[2]

reuiuiscat' — quis? credo enim, adferet aliquod scelerati hominis exemplum — 'Cn. Pompeius ipse?' o nos turpis, si quidem Cn. Pompeium imitati sumus! 'aut filius eius, si modo possit.' poterit, mihi crede: nam paucis diebus et in domum et in hortos paternos immigrabit. 'postremo negatis pacem fieri posse, nisi aut emisero Brutum aut frumento iuuero.' 5
alii istuc negant: ego uero, ne si ista quidem feceris, umquam tecum pacem huic ciuitati futuram puto. 'quid? hoc placetne ueteranis istis, quibus adhuc omnia integra sunt?' nihil uidi tam integrum quam ut oppugnare imperatorem incipiant quem tanto studio consensuque †offen-
35 derint†. 'quos iam uos adsentationibus et uenenatis muneribus uenistis 10
deprauatum.' an corrupti sunt quibus persuasum sit foedissimum hostem iustissimo bello persequi? 'at militibus inclusis opem fertis. nihil moror eos saluos esse et ire quo libet, si tantum modo patiuntur perire eum qui meruit.' quam benigne! denique usi liberalitate Antoni milites imperatorem reliquerunt et se ad hostem metu perterriti contulerunt: per quos 15
si non stetisset, non Dolabella prius imperatori suo quam Antonius etiam conlegae parentasset.

36 'Concordiae factam esse mentionem scribitis in senatu et legatos esse consularis quinque. difficile est credere eos, qui me praecipitem egerint, aequissimas condiciones ferentem et tamen ex his aliquid remittere co- 20
gitantem, putare aliquid moderate aut humane esse facturos. uix etiam ueri simile est, qui iudicauerint hostem Dolabellam ob rectissimum facinus, eosdem nobis parcere posse idem sentientibus.' parumne uidetur omnium facinorum sibi cum Dolabella societatem initam confiteri? nonne cernitis ex uno fonte omnia scelera manare? ipse denique fatetur, hoc 25
quidem satis acute, non posse eos qui hostem Dolabellam iudicauerint ob rectissimum facinus — ita enim uidetur Antonio — sibi parcere idem sen-

21 *Prisc. Gramm. III 70, 10* putare ... facturum

1 quis] quid **sv** ‖ 2 imitaturi **bsv** ‖ 3 filium **sv** | modo] domo **b** domi **sv**, *cf. Fraenkel Les. 52* | esse poterit **s** ‖ 7 huic ciuitati pacem **b** ‖ 9 offenderint **bsv** (*fortasse recte; cf. Ernesti 1542*) ostenderint **t** ostenderint ⟨quam oderint⟩ *Lehmann* oderint *Clark* (*qui et* cum ... offensionem ostenderint *dub. prop. in app.*) ostenderint ⟨hostem. '***⟩ *Schöll* ⟨hostem⟩ ostenderint *Wuilleumier* | cum tantum studium consensumque ostenderint *Halm* ‖ 10 quos iam] quoniam **btv** quem **s** quamquam eos *Madvig Opusc. 730, corr. Clark* ‖ 11 deprauati **bsv** *om.* **t** deprauaturi *Clark, corr. Madvig Opusc. 731* | an] itane *Madvig Opusc. 730* | sit] est **b**² ‖ 13 libet si] iubetis si **bv** iubetis **t** ‖ 14 denique] itaque *Ferrarius* ⟨ea⟩ denique *Clark in app.;* denique *def. King 315 coll. Cic. Sex. Rosc. 81; cf. etiam Hand Turs. II 267* | usi sunt **t**¹ (sunt *del.* **t**²) ‖ 15 metu *om.* **t** ‖ 17 parentassent **b** ‖ 18 esse¹ *om.* **b** ‖ 19 credere *del. Madvig Adu. III 155* (*cf. etiam Opusc. 732*); *cf. tamen Vahlen Opusc. II 405 sq.* | eos] cos **s** esse cons. **t** consules **v** eos⟨que⟩ *Sternkopf; cf. tamen Vahlen Opusc. II 406, Schöll 31* ‖ 21 ⟨hos⟩ putare *Schöll* putare *del. Manutius; cf. Pluygers, Mnem. N. S. 9, 1881, 146* | esse facturos] facturum *Prisc.* ‖ 24—25 nonne ... fatetur *om.* **t**

tienti. quid huic facias qui hoc litteris memoriaeque mandarit, ita sibi 18 37
conuenisse cum Dolabella ut ille Trebonium et, si posset, etiam Brutum,
Cassium discruciatos necaret *** eademque inhiberet supplicia nobis?
o conseruandus ciuis cum tam pio iustoque foedere! is etiam queritur
5 condiciones suas repudiatas, aequas quidem et uerecundas, ut haberet
Galliam ultimam, aptissimam ad bellum renouandum instruendumque
prouinciam; ut Alaudae in tertia decuria iudicarent, id est ut perfugium
scelerum esset [cum] turpissimis rei publicae sordibus; ut acta sua rata
essent, cuius nullum remanet consulatus uestigium. cauebat etiam L. An-
10 tonio, qui fuerat aequissimus agri priuati et publici decempedator, Nu-
cula et Lentone conlega. 'quam ob rem uos potius animaduertite utrum 38
sit elegantius et partibus utilius Treboni mortem persequi an Caesaris, et
utrum sit aequius concurrere nos quo facilius reuiuiscat Pompeianorum
causa totiens iugulata, an consentire ne ludibrio simus inimicis.' si esset
15 iugulata, numquam exsurgeret: quod tibi tuisque contingat. 'utrum' in-
quit 'elegantius.' atqui hoc bello de elegantia quaeritur! 'et partibus uti-
lius.' partes, furiose, dicuntur in foro, in curia. bellum contra patriam ne- 39
farium suscepisti; oppugnas Mutinam, circumsedes consulem designatum;
bellum contra te duo consules gerunt cumque eis pro praetore Caesar;
20 cuncta contra te Italia armata est. istas tu partis potius quam a populo
Romano defectionem uocas? potiusne Treboni mortem quam Caesaris
persequimur? Treboni satis persecuti sumus hoste iudicato Dolabella;
Caesaris mors facillime defenditur obliuione et silentio. sed uidete quid
moliatur. cum mortem Caesaris ulciscendam putat, mortem proponit non
25 eis solum qui illam rem gesserunt sed eis etiam si qui non moleste tule-
runt. 'quibus, utri nostrum ceciderint, lucro futurum est, quod spectacu- 19
lum adhuc ipsa Fortuna uitauit, ne uideret unius corporis duas acies 40
lanista Cicerone dimicantis: qui usque eo felix est ut isdem ornamentis
deceperit uos quibus deceptum Caesarem gloriatus est.' pergit in me
30 maledicta, quasi uero ei pulcherrime priora processerint: quem ego
inustum uerissimis maledictorum notis tradam hominum memoriae sem-

3 eademque **D** eadem ipse *Garatoni; lac. ante* eademque *stat. Klotz; pronomen* ille *enim Dolabellam designat, cum contra uerba* eademque . . . nobis *ad Antonium pertineant* || 4 o *om.* **bsv** | conseruandos **b** seruandus **s** || 6 instruendamque **stv** || 8 cum **D** tum *uel* iam *Halm in app.* in *Klotz (sed cf. King 316)* tutum *C. F. W. Müller* quam *Clark, del. Garatoni;* cum *e dittographia quae dicitur propter inseq.* tu- *ortum esse putat Schöll 33* || 9 remanet uestigium consulatus **t** consulatus remanet uestigium **v** || 15 resurgeret $\mathbf{v}^1$ (*corr.* $\mathbf{v}^2$) || 16 et partibus] partibusque $\mathbf{b}^1$ (*corr.* $\mathbf{b}^2$)**t** et partibus que (quid $\mathbf{s}^2$)$\mathbf{s}^1$ et partibus quae **v** || 18–19 designatum . . . consules *om.* **t** || 20 te *om.* **t** | tu] tui **b** || 20–21 quam . . . mortem *om.* $\mathbf{b}^1$ (*add.* $\mathbf{b}^2$) || 21 potiusne] potius **stv** *del. Ferrarius* | quam] an *Ferrarius* || 22 persequi *Ferrarius, probb. Ernesti 1544, King 317* || 29 in mea **bsv** || 30 iacere *uel* iactare *post* maledicta *add. Halm* dicere *add. Clark; uide tamen de omisso infinitiuo Cic. Att. 3, 15, 5; 4, 11, 1; Brut. 258; Leg. 2, 69; Hauschild 289; Sh. B. Att. II 52* || 31 iniustam **tv**

piternae. ego lanista? et quidem non insipiens: deteriores enim iugulari
cupio, meliores uincere. 'utri ceciderint', scribit lucro nobis futurum.
41 o praeclarum lucrum, cum te uictore — quod di omen auertant! —
beata mors eorum futura sit qui e uita excesserint sine tormentis. a me
'deceptos' ait 'isdem ornamentis' Hirtium et Caesarem. quod, quaeso, 5
adhuc a me est tributum Hirtio ornamentum? nam Caesari plura et maiora debentur. deceptum autem Caesarem a me dicere audes? tu, tu, inquam, illum occidisti Lupercalibus: cuius, homo ingratissime, flamonium cur reliquisti?

Sed iam uidete magni et clari uiri admirabilem grauitatem atque con- 10
42 stantiam: 'mihi quidem constat nec meam contumeliam nec meorum
ferre, nec deserere partis quas Pompeius odiuit nec ueteranos sedibus suis
moueri pati nec singulos ad cruciatum trahi nec fallere fidem quam dedi
Dolabellae.' omitto alia: 'fidem Dolabellae', sanctissimi uiri, deserere
homo pius non potest. quam fidem? an optimi cuiusque caedis, urbis et 15
Italiae partitionis, uastandarum diripiendarumque prouinciarum? nam
quid erat aliud quod inter Antonium et Dolabellam, impurissimos parricidas, foedere et fide sanciretur? 'nec Lepidi societatem uiolare, piissimi
43 hominis.' tibi cum Lepido societas aut cum ullo, non dicam bono ciui,
sicut ille est, sed homine sano? id agis ut Lepidum aut impium aut insa- 20
num existimari uelis. nihil agis — quamquam adfirmare de altero difficile est — de Lepido praesertim, quem ego metuam numquam; bene
sperabo, dum licebit. reuocare te a furore Lepidus uoluit, non adiutor
esse dementiae. tu porro ne pios quidem, sed piissimos quaeris et, quod
uerbum omnino nullum in lingua Latina est, id propter tuam diuinam 25
44 pietatem nouum inducis. 'nec Plancum prodere participem consiliorum.'
Plancum participem? cuius memorabilis ac diuina uirtus lucem adfert
rei publicae — nisi forte eum subsidio tibi uenire arbitraris cum fortissimis legionibus, maximo equitatu [peditatu] Gallorum — quique, nisi
ante eius aduentum rei publicae poenas dederis, ille huius belli feret 30

24–26 *hanc sententiam respicit, ob uerbum* piissimus, *Pomp. Gramm. V 154, 10–16*

1 equidem **sv** | iugulare **sv** || 3 cum te] quo te **btv** quo lucro te **s** *corr. Ant. Augustinus* || 4 excesserunt **t** || 5 quaeso] quasi **D** *corr. Poggius* || 6 ornatum **t** || 7 Caesarem a me] patrem caesarem a me **bv** patrem a me caesarem **s** patrem a me *Clark; cf. Schöll 33* || 8 flamminia **b**[1]**s** flamminiam **v** flamminium **b**[2] flaminium *Ferrarius; cf. quae monet Bickel ThLL VI 1, 875, 30 sqq.* || 11 nec meam quidem **st** || 12 pompeius uidi **t** sponte adiui *Clark in app.* (*cf. etiam Cl. R. 14, 1900, 410 sq.*) || 16 partitiones **D** *corr. Ferrarius* | uastandarum] suas dandarum **s**[1]**v** suis dandarum **s**[2]*; sed cf. King 318* || 18 nec] ne **btv** | uiolarent **sv** || 21 existimandum **t** | *sic dist. Madvig* || 22 bene *om.* **t** || 23 te a furore] furorem a te **b** a te fure **s** a te furorem **t** a te furem **v** *corr. Poggius* || 25 diuinam *om.* **b** || 29 peditatu **D** peditatuque *ed. Romana, del. Madvig Adu. II 232* (*cf. etiam Opusc. 732*) || 30 ille *del. Gryphius* (*prob. Ernesti 1545*) ipse *coni. Clark; cf. tamen Cic. Sest. 66, De orat. 2, 130 et quae iure monet Madvig Fin. 731*

principatum. quamquam enim prima praesidia utiliora rei publicae sunt, tamen extrema sunt gratiora.

20 45 Sed iam se conligit et ad extremum incipit philosophari: 'si me rectis sensibus euntem di immortales, ut spero, adiuuerint, uiuam libenter. sin 5 autem me aliud fatum manet, praecipio gaudia suppliciorum uestrorum. namque si uicti Pompeiani tam insolentes sunt, uictores quales futuri sint uos potius experiemini.' praecipias licet gaudia: non enim tibi cum Pompeianis, sed cum uniuersa re publica bellum est. omnes te di homines, summi medii infimi, ciues peregrini, uiri mulieres, liberi serui oderunt. 10 sensimus hoc nuper falso nuntio, uero prope diem sentiemus. quae si tecum ipse recolueris, aequiore animo et maiore consolatione moriere. 46 'denique summa iudici mei spectat huc ut meorum iniurias ferre possim, si aut obliuisci uelint ipsi fecisse aut ulcisci parati sunt una nobiscum Caesaris mortem.' hac Antoni sententia cognita dubitaturumne A. Hir-15 tium aut C. Pansam consules putatis quin ad Antonium transeant, Brutum obsideant, Mutinam expugnare cupiant? quid de Pansa et Hirtio loquar? Caesar, singulari pietate adulescens, poteritne se tenere quin D. Bruti sanguine poenas patrias persequatur? itaque fecerunt ut his litteris lectis ad munitiones propius accederent. quo maior adulescens 20 Caesar, maioreque deorum immortalium beneficio rei publicae natus est, qui nulla specie paterni nominis nec pietate abductus umquam est et intellegit maximam pietatem conseruatione patriae contineri. 47 quod si partium certamen esset, quarum omnino nomen exstinctum est, Antoniusne potius et Ventidius partis Caesaris defenderent quam primum Cae-25 sar, adulescens summa pietate et memoria parentis sui, deinde Pansa et Hirtius, qui quasi cornua duo tenuerunt Caesaris tum cum illae uere partes uocabantur? hae uero quae sunt partes, cum alteris senatus auctoritas, populi Romani libertas, rei publicae salus proposita sit, alteris caedes bonorum, urbis Italiaeque partitio? 21 ueniamus aliquando ad clau-30 sulam. 'legatos uenire non credo.' bene me nouit, †uelim quod uenias†,

4–5 *Non. 349, 28* sin ... manet

1–2 quamquam ... gratiora *om.* **t** || **5** me aliud fatum **bsv**, *Non.* me aliud aut fatum **t** | nostrorum **stv** || **6** sunt insolentes **b** || **7** tibi enim **t** tibi *om.* **v** || **11** recolis **sv** coleris **t** || **13** uolunt **b** | sint **v**; *cf. tamen King 320* || **15.16** Brutum obsideant *om.* **t** || **16–18** quid ... persequatur *om.* **t** || **17** loquor *Poggius; sed cf. Pasoli, RFIC 89, 1961, 432* || **20** Caesar *om.* **t** || **21** et *om.* **s** sed *coni. Halm; sed de particula* et *aduersatiua ui praedita cf. H.-Sz. 481* || **23** partium] patrum **stv** | quorum **t** || **26** Caesaris *om.* **t** | uere] duae **t** || **27** partes ... sunt *om.* **t** || **28** rei publicae *om.* **t** || **29** urbis *om.* **tv** *plura post* bonorum *intercidisse putat Halm coll. 5, 6–8 huiusque orationis § 13* || **30**–p. 172, 1 bene ... credo *om.* **s** || **30** uelim quo uenias **b** quod uenias **t** bellum quod ueniat **v** reliqui ueniant *Clark (coll. 12, 26. 27)* uelim quod <credis e>ueniat *Schöll in app.* 'uelim' que 'ueniant' *Frisch; cf. tamen Pasoli, RFIC 89, 1961, 432, qui* 'uelim (*sc.* ueniant)' – qui ueniant? *dub. proposuit*

proposito praesertim exemplo Dolabellae. sanctiore erunt, credo, iure
legati quam duo consules contra quos arma fert, quam Caesar cuius pa-
tris flamen est, quam consul designatus quem oppugnat, quam Mutina
48 quam obsidet, quam patria cui igni ferroque minitatur. 'cum uenerint,
quae postulant cognoscam.' quin tu abis in malam pestem malumque 5
cruciatum? ad te quisquam ueniat nisi Ventidi similis? oriens incendium
qui restinguerent summos uiros misimus; repudiasti: nunc in tantam
flammam tamque inueteratam mittamus, cum locum tibi reliquum non
modo ad pacem sed ne ad deditionem quidem feceris?

Hanc ego epistulam, patres conscripti, non quo illum dignum putarem, 10
recitaui, sed ut confessionibus ipsius omnia patefacta eius parricidia uide-
49 retis. cum hoc pacem M. Lepidus, uir ornatissimus omnibus et uirtutis
et fortunae bonis, si haec uideret *** denique aut uellet ⟨aut⟩ fieri posse
arbitraretur? 'prius undis flamma[m]', ut ait poeta nescio quis, prius de-
nique omnia quam aut cum Antoniis res publica aut cum re publica An- 15
tonii redeant in gratiam. monstra quaedam ista et portenta sunt et pro-
digia rei publicae. moueri sedibus huic urbi melius est atque in alias, si
fieri possit, terras demigrare, unde Antoniorum 'nec facta nec nomen
audiat', quam illos, Caesaris uirtute eiectos, Bruti retentos, intra haec
moenia uidere. optatissimum est uincere; secundum est nullum casum 20
pro dignitate et libertate patriae non ferendum putare quod reliquum
est, non est tertium, sed postremum omnium, maximam turpitudinem
suscipere uitae cupiditate.

50 Quae cum ita sint, de mandatis litterisque M. Lepidi, uiri clarissimi,
Seruilio adsentior, et hoc amplius censeo, Magnum Pompeium, Gnaei 25
filium, pro patris maiorumque suorum animo studioque in rem publicam
suaque pristina uirtute, industria, uoluntate fecisse, quod suam eorum-
que quos secum haberet operam senatui populoque Romano pollicitus
esset, eamque rem senatui populoque Romano gratam acceptamque esse,
eique honori dignitatique eam rem fore. hoc uel coniungi cum hoc senatus 30

14 prius undis flamma *Trag. inc. 155 R.³; cf. Cass. Dionem 55, 13* || 18–19 nec facta nec nomen audiat *poetae uerba esse uidit Muretus; cf. enim Trag. inc. 119 R.³* ubi nec Pelopidarum facta neque famam audiam *et uide Cic. Fam. 7, 28, 2; 7, 30, 1; Att. 14, 12, 2; 15, 11, 3; Sh. B. Att. VI 225*

1 sanctiores **tvb²** || 3 quam consul *om.* **t** || 4 cum ⟨uero⟩ uenerint *Lehmann* || 5 postulent **vb²** || 8 cum ⟨nullum⟩ locum *Halm* | relictum **stvb²** || 11 offensionibus **st** || 13 fortunae] formae **b** | uideret denique **bsv** denique **t** uideret, ⟨audiret⟩ denique *Madvig Adu. II 232* ⟨legeret,⟩ suaderet, denique *C. F. W. Müller* uideret [denique] *Clark* denique *post* aut² *transt. Schöll; cf. King 321* | aut² *om.* **D** *add. ς, prob. Madvig Opusc. 732* || 14 undas flammam **D** *corr. cod. P. Laeti* | prius] pius **t** || 15 antonius **st** || 16 in gratiam *om.* **t** | et² *om.* **b¹** (*add.* **b²**)**t** | et prodigia *del. Halm; cf. tamen 4, 10* || 17 in alias *om.* **s** in *om.* **tv** *ante* terras *hab. cod. Graeuii*

consulto licét uel seiungi potest separatimque perscribi, ut proprio senatus consulto Pompeius conlaudatus esse uideatur.

M. TVLLI CICERONIS

IN M. ANTONIVM

ORATIO PHILIPPICA DECIMA QVARTA

Si, ut ex litteris quae recitatae sunt, patres conscripti, sceleratissimo- 1
rum hostium exercitum caesum fusumque cognoui, sic, id quod et omnes
5 maxime optamus ⟨et⟩ ex ea uictoria quae parta est consecutum arbitra-
mur, D. Brutum egressum iam Mutina esse cognossem, propter cuius
periculum ad saga issemus, propter eiusdem salutem redeundum ad pri-
stinum uestitum sine ulla dubitatione censerem. ante uero quam sit ea
res quam auidissime ciuitas exspectat adlata, laetitia frui satis est ma-
10 ximae praeclarissimaeque pugnae; reditum ad uestitum confectae uic-
toriae reseruate. confectio autem huius belli est D. Bruti salus. quae autem 2
est ista sententia ut in hodiernum diem uestitus mutetur, deinde cras
sagati prodeamus? nos uero cum semel ad eum quem cupimus optamus-
que uestitum redierimus, id agamus ut eum in perpetuum retineamus.
15 nam hoc quidem cum turpe est, tum ne dis quidem immortalibus gratum,
ab eorum aris, ad quas togati adierimus, ad saga sumenda discedere. at- 3
que animaduerto, patres conscripti, quosdam huic fauere sententiae quo-
rum ea mens idque consilium est ut, cum uideant gloriosissimum illum
D. Bruto futurum diem quo die propter eius salutem redierimus, hunc ei
20 fructum eripere cupiant, ne memoriae posteritatique prodatur propter
unius ciuis periculum populum Romanum ad saga isse, propter eiusdem
salutem redisse ad togas. tollite hanc: nullam tam prauae sententiae
causam reperietis. uos uero, patres conscripti, conseruate auctoritatem
uestram, manete in sententia, tenete uestra memoria quod saepe osten-
25 distis, huius totius belli in unius uiri fortissimi et maximi uita positum
esse discrimen. ad D. Brutum liberandum legati missi principes ciuitatis 2 4
qui illi hosti ac parricidae denuntiarent ut a Mutina discederet; eiusdem

3–4 *Non. 312, 38* sceleratissimorum . . . cognoui

3 si ut *cod. Harl. 2682* sicut **bstv** || 4 fusum caesumque *Non., fort. recte: cf. enim Liu. 35, 1, 8* si fudisset cecidissetque hostis; *uide tamen Sall. Iug. 58, 3, Schöll 33* | sic] si **t** || 5 *add. Naugerius* || 6 esse si **sv** | cognouissem **stv** || 8–9 quam . . . est *om.* **t** || 9 laetitia frui] laetitiae rursus **s**[1] laetitiae risus **vs**[2]*; cf. Ouid. Pont. 2, 1, 12* || 11 reseruare **bs** seruare **t** || 26 D. *om.* **t**

D. Bruti conseruandi gratia consul sortitu ad bellum profectus A. Hirtius, cuius imbecillitatem ualetudinis animi uirtus et spes uictoriae confirmauit; Caesar, cum exercitu per se comparato †cum primis† pestibus rem publicam liberasset, ne quid postea sceleris oreretur profectus est ad eundem Brutum liberandum uicitque dolorem aliquem domesticum pa- 5
5 triae caritate. quid C. Pansa egit aliud dilectibus habendis, pecuniis comparandis, senatus consultis faciendis grauissimis in Antonium, nobis cohortandis, populo Romano ad causam libertatis uocando, nisi ut D. Brutus liberaretur? a quo populus Romanus frequens ita salutem D. Bruti una uoce depoposcit ut eam non solum commodis suis sed etiam necessi- 10 tati uictus anteferret. quod sperare nos quidem debemus, patres conscripti, aut inibi esse aut iam esse confectum: ⟨s⟩ed spei fructum rei conuenit et euento reseruari ne aut deorum immortalium beneficium festinatione praeripuisse aut uim fortunae stultitia contempsisse uideamur.

6 Sed quoniam significatio uestra satis declarat quid hac de re sentiatis, 15 ad litteras ueniam quae sunt a consuli⟨bus⟩ et a pro praetore missae, si
3 pauca ante quae ad ipsas litteras pertineant dixero. imbuti gladii sunt, patres conscripti, legionum exercituumque nostrorum uel madefacti potius duobus [duorum] consulum, tertio Caesaris proelio. si hostium fuit ille sanguis, summa militum pietas: nefarium scelus, si ciuium. quo 20 usque igitur is qui omnis hostis scelere superauit nomine hostis carebit? nisi mucrones etiam nostrorum militum tremere uoltis dubitantis utrum in ciue an in hoste figantur. supplicationem decernitis: hostem non ap-
7 pellatis. gratae uero nostrae dis immortalibus gratulationes erunt, gratae uictimae, cum interfecta sit ciuium multitudo! 'de improbis' inquit 'et 25 audacibus.' nam sic eos appellat clarissimus uir: quae sunt urbanarum maledicta litium, non in[i]ustae belli interneciui notae. testamenta, credo, subiciunt aut eiciunt uicinos aut adulescentulos circumscribunt: his enim uitiis adfectos et talibus malos ⟨aut⟩ audacis appellare consuetudo
8 solet. bellum inexpiabile infert quattuor consulibus unus omnium latro- 30 num taeterrimus; gerit idem bellum cum senatu populoque Romano;

1 sortiti **t**; *cf. Cic. Dom. 50* || 3 cum primis **bst** eum primis **v** compressis *Halm* cum primum *Pluygers* cum prius *C. F. W. Müller* cum primum ⟨his⟩ *Clark* cum plurimis *Schöll* cum primus *Rémy* || 4 oriretur **D** *corr. Halm* || 6 pecunia comparanda **b** pecuniae comparandis **v** || 12 sed] et **D** *corr. Manutius* || 13 euentui **sv** uento **t**; *cf. ThLL V 2, 1017, 46* || 15 nostra satis **b** satis uestra **t** || 16 consule **D** *corr. Ferrarius* | a p. r. **st** praetore p. r. **v** || 19 duobus duorum **bt** duorum **sv** duorum *del. Ferrarius* || 20 si *om.* **bsv**; *cf. K.-St. II 622* || 22 dubitantes **b** dubitatis **sv** || 23 decernis ... appellas **b** || 27 inustae ... notae] iniuste belli interiectionis **b** in iusta euelli inter necti nota **s** iniusta euelli internecuno te **tv** inustae belli internecini notae *Ferrarius, corr. Halm; cf. Cic. Dom. 61, ThLL VII 1, 2232, 46 sq.* || 28–30 his ... solet *del. Pluygers; cf. Zielinski Claus. 216* || 29 malis *Boyancé* | *add. Halm* et *add. Poggius* || 29, 30 solet consuetudo **b** || 30 expiabile **tv**; *cf. ThLL VII 1, 1325, 62 sqq.*

omnibus – quamquam ruit ipse suis cladibus – pestem, uastitatem, cruciatum, tormenta denuntiat: Dolabellae ferum et immane facinus quod nulla barbaria posset agnoscere, id suo consilio factum esse testatur; quaeque esset facturus in hac urbe, nisi eum hic ipse Iuppiter ab hoc 5 templo atque moenibus reppulisset, declarauit in Parmensium calamitate, quos optimos uiros honestissimosque homines, maxime cum auctoritate huius ordinis populique Romani dignitate coniunctos, crudelissimis exemplis interemit propudium illud et portentum, L. Antonius, insigne odium omnium hominum uel, si etiam di oderunt quos oportet, 10 deorum. refugit animus, patres conscripti, eaque dicere ⟨re⟩formidat 9 quae L. Antonius in Parmensium liberis et coniugibus effecerit. quas enim turpitudines Antonii libenter cum dedecore subierunt, easdem per uim laetantur aliis se intulisse. sed uis calamitosa est quam illis obtulerunt: libido flagitiosa qua Antoniorum oblita est uita. est igitur quisquam qui 15 hostis appellare non audeat quorum scelere crudelitatem Carthaginiensium uictam esse fateatur? qua enim in urbe tam immanis Hannibal 4 capta quam in Parma surrepta Antonius? nisi forte huius coloniae et ceterarum in quas eodem est animo non est hostis putandus. si uero colo- 10 niarum et municipiorum sine ulla dubitatione hostis est, quid tandem huius 20 censetis urbis quam ille ad explendas egestates latrocini sui concupiuit, quam iam peritus metator et callidus decempeda sua Saxa diuiserat? recordamini, per deos immortalis, patres conscripti, quid hoc biduo timuerimus a domesticis hostibus [id est qui intra moenia hostes sunt] rumoribus improbissimis dissipatis. quis liberos, quis coniugem aspicere 25 poterat sine fletu, quis domum, quis tecta, quis larem familiarem? aut foedissimam mortem omnes aut miserabilem fugam cogitabant. haec a quibus timebantur, eos hostis appellare dubitamus? grauius si quis attulerit nomen, libenter adsentiar: hoc uolgari contentus uix sum, leuiore non utar.

30 Itaque cum supplicationes iustissimas ex eis litteris quae recitatae sunt 11 decernere debeamus, Seruiliusque decreuerit, augebo omnino numerum dierum, praesertim cum non uni, sed tribus ducibus sint decernendae. sed hoc primum faciam ut imperatores appellem eos quorum uirtute, consilio, felicitate maximis periculis seruitutis atque interitus liberati sumus. 35 etenim cui uiginti his annis supplicatio decreta est ut non imperator appellaretur aut minimis rebus gestis aut plerumque nullis? quam ob rem

4 hic] hinc **sv** || 8 proludium **stv**; *cf. Hauschild 263, H.-Sz. 746* || 10 deorum *om.* **sv** | eaque] atque *Ernesti* | dicere formidat **D** ⟨re⟩formidat dicere *Schöll in app., corr. Naugerius; cf. K.-St. I 671* || 12 cum dedecore *hic hab.* **bsv** *post* subierunt **t** *om. codd. Ferrarii, del. Pluygers* || 13 intulerunt **bsv** || 19. 20 urbis censetis huius **t** || 20 explendas] expiandas **tv** de expianda egestate **s** || 23 *del. Ferrarius* || 32 unus e tribus **t** || 33 imperatores *post* sumus (*l. 34*) **b** *om.* **stv** *post* ut *transt. Poggius*

aut supplicatio ab eo qui ante dixit decernenda non fuit aut usitatus ho-
nos peruolgatusque tribuendus eis quibus etiam noui singularesque de-
5 12 bentur. an si quis Hispanorum aut Gallorum aut Thraecum mille aut duo
milia occidisset, illum hac consuetudine quae increbruit imperatorem ap-
pellaret senatus: tot legionibus caesis, tanta multitudine hostium inter- 5
fecta — [dico] ita, inquam, hostium, quamuis hoc isti hostes domestici
nolint — clarissimis ducibus supplicationum honorem tribuemus, im-
peratorium nomen adimemus? quanto enim honore, laetitia, gratulatione
in hoc templum ingredi debent illi ipsi huius urbis liberatores, cum hester-
no die propter eorum res gestas me ouantem et prope triumphantem po- 10
13 pulus Romanus in Capitolium domo tulerit, domum inde reduxerit? is
enim demum est mea quidem sententia iustus triumphus ac uerus, cum
bene de re publica meritis testimonium a consensu ciuitatis datur. nam
siue in communi gaudio populi Romani uni gratulabantur, magnum iudi-
cium, siue uni gratias agebant, eo maius, siue utrumque, nihil magnifi- 15
centius cogitari potest.

Tu igitur ipse de te? dixerit quispiam. equidem inuitus, sed iniuriae do-
lor facit me praeter consuetudinem gloriosum. nonne satis est ab homini-
bus uirtutis ignaris gratiam bene merentibus non referri? etiam in eos,
qui omnis suas curas in rei publicae salute defigunt, impetus, crimen, 20
14 inuidia quaeretur? scitis enim per hos dies creberrimum fuisse sermonem,
me Parilibus, qui dies hodie est, cum fascibus descensurum. in aliquem
credo hoc gladiatorem aut latronem aut Catilinam esse conlatum, non in
eum qui ne quid tale in re publica fieri posset effecerit. an [ut] ego, qui

22 *Schol. Pers. 1, 72* si Palilia dicit, diem dicit sacrum in honorem Iliae, quae peperit Remum et Romulum, quorum mentionem sacrificiorum Cicero in Philippicis sic commemorat (*cf. tamen Jahn ad loc.*)

2 singulares **st** || 3 an] at **stv** | mille] unum **b** || 4 illum] unum **stv** *om.* **b** eum *Muretus* || 5 multitudine] uirtute **t** || 6 dico ita inquam **btv** dico inquam **s** ⟨hostium⟩ dico? ita inquam *Ursinus* dico *del. Garatoni, prob. Clark, Cl. R. 14, 1900, 411* || 7 supplicationem honorum **s** supplicationem bonorum **tv** || 13 a *del. Cobet; cf. tamen Lebreton 140* || 15 uni *om.* **s** || 16 excogitari **tv** || 17 et quidem **stv** || 17. 18 dolore ait me **s** dolore ac me **tv** || 18 ab omnibus **tv** || 19 referre **bsv** non ferre **t** *corr. Faernus* || 19. 20 omnes qui eos **b** || 20 salutem **tv** || 20—21 impetus . . . quaeretur] *sic* **b** in peius crimen inuidia querereturs **sv** impetus crimen queretur **t** crimen inuidia⟨que⟩ quaeretur *Faernus* impetus crimen⟨que⟩ quaeretur *Madvig Adu. III 155* impietatis crimine inuidiae⟨que⟩ quaeretur *Pluygers* crimen ⟨et⟩ inuidia quaeretur *Clark; alii alia; quod adtinet ad uocem* impetus *cf. § 15, ad uocem* inuidia *§§ 16—17, ad nexum* crimen inuidia *ThLL VII 2, 202, 70 sqq.* || 22 me] ne **tv** | Parilibus] per idus quintiles **bsv**; *cf. Schol. Pers. 1, 72, King 332* | in *om.* **sv** || 23 hoc *om.* **t** | aut Catilinam *del. Lambinus* | conlatum] consultatum **b** consultum **s** consulatum **t** consulum **v** conflatum *Busche, corr. Halm; cf. ThLL IV 183, 71 sqq.* || 24 an ut **D** (*def. Wuilleumier ad loc., qui* fieri potuit *simul audit*) an uero *Clark* (*cf. Cic. Arch. 30*) an idem *Sydow* ut *del. Faernus* (*de* ut *'indignantis' et de coniunctiuo deliberatiuo fuse disputat Pasoli, Latin. 4, 1956, 248—251*) ut *ante* ne quid *transt. Schöll*

Catilinam haec molientem sustulerim, euerterim, adflixerim, ipse exsti-
terim repente Catilina? quibus auspiciis istos fascis augur acciperem, qua-
tenus haberem, cui traderem? quemquamne fuisse tam sceleratum qui
hoc fingeret, tam furiosum qui crederet? unde igitur ista suspicio uel
5 potius unde iste sermo? cum, ut scitis, hoc triduo uel quadriduo tristis a 6 15
Mutina fama manaret, inflati laetitia atque insolentia impii ciues unum
se in locum, ad illam curiam furiis potius suis quam rei publicae infelicem
congregabant. ibi cum consilia inirent de caede nostra partirenturque
inter se qui Capitolium, qui rostra, qui urbis portas occuparent, ad me
10 concursum futurum ciuitatis putabant. quod ut cum inuidia mea fieret
et cum uitae etiam periculo, famam istam fascium dissipauerunt; fascis
ipsi ad me delaturi fuerunt. quod cum esset quasi mea uoluntate factum,
tum in me impetus conductorum hominum quasi in tyrannum paraba-
tur; ex quo caedes esset uestrum omnium consecuta. quae res patefecit,
15 patres conscripti, sed suo tempore totius huius sceleris fons aperietur.
itaque P. Apuleius, tribunus plebis, meorum omnium consiliorum peri- 16
culorumque iam inde a consulatu meo testis, conscius, adiutor, dolorem
ferre non potuit doloris mei: contionem habuit maximam populo Ro-
mano unum atque idem sentiente. in qua contione cum me pro summa
20 nostra coniunctione et familiaritate liberare suspicione fascium uellet,
una uoce cuncta contio declarauit nihil esse a me umquam de re publica
nisi optime cogitatum. post hanc habitam contionem duabus tribusue
horis optatissimi nuntii et litterae uenerunt: ut idem dies non modo
iniquissima me inuidia liberarit sed etiam celeberrima populi Romani
25 gratulatione auxerit.

Haec interposui, patres conscripti, non tam ut pro me dixerim — male 17
enim mecum ageretur, si parum uobis essem sine defensione purgatus —
quam ut quosdam nimis ieiuno animo et angusto monerem, id quod
semper ipse fecissem, uti excellentium ciuium uirtutem imitatione di-
30 gnam, non inuidia putarent. magnus est in re publica campus, ut sa-
pienter dicere Crassus solebat, multis apertus cursus ad laudem. utinam 7

1 exsisterem *Manutius; cf. tamen Pasoli, Latin. 4, 1956, 248–251* || 3 quemquamne] quaequam **b** quaequamne **s** quamquam nec **tv** *corr. ς; cf. K.-St. I 638* || 4 furiosum] fuit **t** fatuum *Halm* futilem *Schöll in app.* || 5 uel] uel susum **b**[1] (susum *del.* **b**[2]) uel fusum **t** uel summum *Halm; cf. tamen Clark Desc. 191* || 7 curiam furiis] furiam uiribus **b** curiam iuris **t** curiam uiribus **sv** curiam partibus *Klotz, corr. Madvig Opusc. 733* || 9 rostra] hostia **btv** ostia **s** *corr. Faernus* || 10 futurum *om.* **t** || 11–12 et ... fuerunt *om.* **b**[1] (*add.* **b**[2]) || 12 quod] sed **t** || 14 quae] quod *Clark in app.* | quae aegre patefeci *Koch* || 15 sed] quod **s** *ante* sed *aliquid intercidisse* (*uelut* seditionem) *censet Schöll* | totiusque **tv** || 17 iam] tam **stv** | inde a] in **t** || 18 contentionem **tv** (*item infra*) || 21 coniuncta **tv** || 24 liberaret **D** *corr. Manutius; cf. Lebreton 232, Pasoli, Latin. 4, 1956, 255 sq.* || 26 tam *om.* **sv** | dicerem *Naugerius; cf. K.-St. I 178; II 179; Pasoli, RFIC 89, 1961, 433* || 28 quodam **stv** || 31 dicerem **t** dicere L. *Halm in app.* dicere M. *Clark* (*sed hic de triumuiro agi posse nego; cf. etiam Schöll 16 adn. 3*)

quidem illi principes uiuerent qui me post meum consulatum, cum eis
ipse cederem, principem non inuiti uidebant! hoc uero tempore in tanta
inopia constantium et fortium consularium quo me dolore adfici creditis,
cum alios male sentire, alios nihil omnino curare uideam, alios parum
constanter in suscepta causa permanere sententiamque suam non sem- 5
18 per utilitate rei publicae, sed tum spe[c] tum timore moderari? quod si
quis de contentione principatus laborat, quae nulla esse debet, stultissime
facit, si uitiis cum uirtute contendit; ut enim cursu cursus, sic in uiris
fortibus uirtus uirtute superatur. tu, si ego de re publica optime sentiam,
ut me uincas, ipse pessime senties? aut, si ad me bonorum concursum fieri 10
uidebis, ad te improbos inuitabis? nollem, primum rei publicae causa,
deinde etiam dignitatis tuae. sed si principatus ageretur, quem numquam
expetiui, quid tandem mihi esset optatius? ego enim malis sententiis
19 uinci non possum, bonis forsitan possim et libenter. haec populum Roma-
num uidere, animaduertere, iudicare quidam moleste ferunt. poteratne 15
fieri ut non proinde homines ⟨de⟩ quoque ut quisque mereretur iudi-
carent? ut enim de uniuerso senatu populus Romanus uerissime iudicat
nullis rei publicae temporibus hunc ordinem firmiorem aut fortiorem
fuisse, sic de uno quoque nostrum et maxime qui hoc loco sententias dici-
mus sciscitantur omnes, auent audire quid quisque senserit: ita de quo- 20
20 que ut quemque meritum arbitrantur existimant. memoria tenent me
ante diem XIII[I] Kalendas Ianuarias principem reuocandae libertatis
fuisse; me ex Kalendis Ianuariis ad hanc horam inuigilasse rei publicae;
meam domum measque auris dies noctesque omnium praeceptis monitis-
que patuisse; meis litteris, meis nuntiis, meis cohortationibus omnis qui 25
ubique essent ad patriae praesidium excitatos; meis sententiis a Kalendis
Ianuariis numquam legatos ad Antonium; semper illum hostem, semper
hoc bellum, ut ego qui omni tempore uerae pacis auctor fuissem huic
essem nomini pestiferae pacis inimicus; idem Ventidium, cum alii prae-
21 torem [uolusenum], ego semper hostem. has in sententias meas si consu- 30
les [designati] discessionem facere uoluissent, omnibus istis latronibus
8 auctoritate ipsa senatus iam pridem de manibus arma cecidissent. sed

1 illi quidam **t** || 6 tum spe tum] tum spectum **t** conspecto **bsv** *corr. Halm* (cum spe tum *coni. iam Naugerius*) || 10 aut] nam **t** num *Clark in app.* | bonorum ad me **t**, *prob. Lutz 83* || 11 nolim *Ernesti* || 13 esset *om.* **t** || 14 possum et **tv** || 15–16 poteritne . . . meretur, iudicent? *Madvig* || 16 proinde] perinde **bsv**; *cf. K.-St. II 449, King 335* | *add. Ferrarius* | quis **tv** || 20 de quoque] diu quoque **s** de uno quoque **v** (*e l. 19*); *cf. K.-St. I 712* || 22 XIIII **D** *corr. Budaeus; cf. King 335* || 22–23 principem . . . Ianuariis *om.* **t** || 24 et noctes **bs** noctes **v** || 29 inimicus idem. *dist. Klotz* | r. uentidium **tv** P. Ventidium *Ferrarius; cf. tamen Schöll 4 adn. 2* (r. *idem ualet ac* require) || 29.30 cum alii p. r. t. r. uolusenum **b** cum aliis tr. pl. uoluisse unum **s** cum aliis tr. pl. uolusenum **t** cum alii tr. pl. uoluissent num **v** *corr. Garatoni coll. 12, 17* ego semper . . . aduersarium || 30.31 consules designati **bsv** gg. **t** designati *del. Manutius*

quod tum non licuit, patres conscripti, id hoc tempore non solum licet
uerum etiam necesse est, eos qui re sunt hostes uerbis notari, sententiis
nostris hostis iudicari. antea cum hostem ac bellum nominassem, semel 22
et saepius sententiam meam de numero sententiarum sustulerunt: quod
5 in hac causa iam fieri non potest. ex litteris enim C. Pansae A. Hirti
consulum, C. Caesaris pro praetore, de honore dis immortalibus habendo
sententias dicimus. supplicationem modo qui decreuit, idem imprudens
hostis iudicauit; numquam enim in ciuili bello supplicatio decreta est.
decretam dico; ne uictoris quidem litteris postulata est. ciuile bellum 23
10 consul Sulla gessit, legionibus in urbem adductis quos uoluit expulit,
quos potuit occidit: supplicationis mentio nulla. graue bellum Octauia-
num insecutum est: supplicatio nulla uictori. Cinnae uictoriam imperator
ultus est Sulla: nulla supplicatio decreta a senatu. ad te ipsum, P. Ser-
uili, num misit ullas conlega litteras de illa calamitosissima pugna Phar-
15 salia? num te de supplicatione uoluit referre? profecto noluit. at misit
postea de Alexandria, de Pharnace: Pharsaliae uero pugnae ne trium-
phum quidem egit. eos enim ciuis pugna illa sustulerat quibus non modo
uiuis sed etiam uictoribus incolumis et florens ciuitas esse posset. quod 24
idem contigerat superioribus bellis ciuilibus. nam mihi consuli supplica-
20 tio nullis armis sumptis non ob caedem hostium, sed ob conseruationem
ciuium nouo et inaudito genere decreta est. quam ob rem aut supplicatio
re publica pulcherrime gesta postulantibus nostris imperatoribus dene-
ganda est, quod praeter A. Gabinium contigit nemini, aut supplicatione
decernenda hostis eos de quibus decernitis iudicetis necesse est. quod ergo 9
25 ille re, id ego etiam uerbo, cum imperatores eos appello: hoc ipso nomine
et eos qui iam deuicti sunt et eos qui supersunt hostis iudico, cum uicto-
res appello imperatores. quo modo enim potius Pansam appellem, etsi 25
habet honoris nomen amplissimi, quo Hirtium? est ille quidem consul,
sed alterum nomen benefici populi Romani est, alterum uirtutis atque
30 uictoriae. quid? Caesarem, deorum beneficio rei publicae procreatum,
dubitemne appellare imperatorem? qui primus Antoni immanem et
foedam crudelitatem non solum a iugulis nostris sed etiam a membris et
uisceribus auertit. unius autem diei quot et quantae uirtutes, di immor-

2 uerbis notari *del. Pluygers* || 3 ac] aut **bsv** || 5 fieri iam **bv** iam *om.* **s**; *sed cf. Cic. Caec. 74, Fraenkel Les. 43* || 7 diximus **sv** || 11 supplicationibus **s** || 12 supplicatio cinnae **btv**; *ut censet Madvig, J. cl. Ph. 1856, 128* (*cf. Opusc. 733*) *uox* Cinnae *trium membrorum parallelismum delet* (supplicationis mentio nulla, supplicatio nulla uictori, nulla supplicatio decreta) | uictoris **bsv** || 13.14 Seruili num] seruilium **stv** || 14.15 parsalie num **bs** pars alienum **tv** Pharsalica num *Orelli, corr. Halm* || 15 referre ferre profecto **bv** || 20 sumptis *om.* **t** || 22 ob res r. p. pulcherrime gestas **b** ob r. p. pulcherrime **s** ob r. p. pulcherrime gestas **v** || 23 A.] ea **b** *om.* **sv** || 26–27 cum . . . imperatores *del. Ferrarius, quem nonnulli edd. secuti sunt; cf. tamen King 337* || 33 *post* auertit *def.* **t** | quot] quae **s**

26 tales, fuerunt! princeps enim omnium Pansa proeli faciendi et cum Antonio confligendi fuit; dignus imperator legione Martia, digna legio imperatore. cuius si acerrimum impetum cohibere Pansa potuisset, uno proelio confecta res esset. sed cum libertatis auida legio effrenatius in aciem hostium inrupisset ipseque in primis Pansa pugnaret, duobus 5 periculosis uolneribus acceptis sublatus e proelio rei publicae uitam reseruauit. ego uero hunc non solum imperatorem sed etiam clarissimum imperatorem iudico qui, cum aut morte aut uictoria se satis facturum rei publicae spopondisset, alterum fecit, alterius di immortales omen
10
27 auertant! quid dicam de Hirtio? qui re audita e castris duas legiones 10 eduxit incredibili studio atque uirtute, quartam illam quae relicto Antonio se olim cum Martia legione coniunxit, et septimam quae constituta ex ueteranis docuit hoc proelio militibus eis qui Caesaris beneficia seruassent senatus populique Romani carum nomen esse. his uiginti cohortibus, nullo equitatu, Hirtius ipse aquilam quartae legionis cum inferret, qua 15 nullius pulchriorem speciem imperatoris accepimus, cum tribus Antoni legionibus equitatuque conflixit, hostisque nefarios, huic Ioui⟨s Optimi⟩ Maximi ceterisque deorum immortalium templis, urbis tectis, libertati populi Romani, nostrae uitae sanguinique imminentis prostrauit, fudit, occidit, ut cum admodum paucis, nocte tectus, metu perterritus, princeps 20 latronum duxque fugerit. o solem ipsum beatissimum qui, ante quam se abderet, stratis cadaueribus parricidarum cum paucis fugientem uidit
28 Antonium! an uero quisquam dubitabit appellare Caesarem imperatorem? aetas eius certe ab hac sententia neminem deterrebit, quando quidem uirtute superauit aetatem. ac mihi semper eo maiora beneficia C. Caesaris 25 uisa sunt quo minus erant ab aetate illa postulanda: cui cum imperium dabamus, eodem tempore et⟨iam⟩ spem eius nominis deferebamus; quod cum est consecutus, auctoritatem decreti nostri rebus gestis suis comprobauit. hic ergo adulescens maximi animi, ut uerissime scribit Hirtius, castra multarum legionum paucis cohortibus tutatus est secundumque 30 proelium fecit. ita trium imperatorum uirtute, consilio, felicitate uno die
11
29 locis pluribus res publica est conseruata. decerno igitur eorum trium nomine quinquaginta dierum supplicationes: causas, ut honorificentissimis uerbis consequi potuero, complectar ipsa sententia.

Est autem fidei pietatisque nostrae declarare fortissimis militibus quam 35 memores simus quamque grati. quam ob rem promissa nostra atque ea quae legionibus bello confecto tributuros nos spopondimus hodierno senatus consulto renouanda censeo; aequum est enim militum, talium prae-

13 hoc] illo *codd. Ferrarii* || 17, 18 Iouis Optimi Maximi] ioui **b** ioui m. **s** ioui marti **v** *corr. Muretus* || 23 Caesarem *om.* **v** || 27 etiam] et **D** *corr. Ferrarius* || 28 est] esset *Halm; cf. tamen King 339* || 36 sumus **D** *corr. ed. Romana*

sertim, honorem coniungi. atque utinam, patres conscripti, ciuibus omni- 30
bus soluere nobis praemia liceret! quamquam nos ea quae promisimus
studiose cumulata reddemus. sed id quidem restat, ut spero, uictoribus,
quibus senatus fides praestabitur: quam quoniam difficillimo rei publicae
5 tempore secuti sunt, eos numquam oportebit consili sui paenitere. sed
facile est bene agere cum eis a quibus etiam tacentibus flagitari uidemur:
illud admirabilius et maius maximeque proprium senatus sapientis est,
grata eorum uirtutem memoria prosequi qui pro patria uitam profude-
runt. quorum de honore utinam mihi plura in mentem uenirent! duo 31
10 certe non praeteribo quae maxime occurrunt: quorum alterum pertinet
ad uirorum fortissimorum gloriam sempiternam, alterum ad leniendum
maerorem et luctum proximorum. placet igitur mihi, patres conscripti, 12
legionis Martiae militibus et eis qui una pugnantes occiderint monumen-
tum fieri quam amplissimum. magna atque incredibilia sunt in rem pu-
15 blicam huius merita legionis. haec se prima latrocinio abrupit Antoni;
haec tenuit Albam; haec se ad Caesarem contulit; hanc imitata quarta
legio parem uirtutis gloriam consecuta est. quarta uictrix desiderat ne-
minem: ex Martia non nulli in ipsa uictoria conciderunt. o fortunata mors
quae naturae debita pro patria est potissimum reddita! uos uero patriae 32
20 natos iudico; quorum etiam nomen a Marte est, ut idem deus urbem
hanc gentibus, uos huic urbi genuisse uideatur. in fuga foeda mors est, in
uictoria gloriosa. etenim Mars ipse ex acie fortissimum quemque pignerari
solet. illi igitur impii quos cecidistis etiam ad inferos poenas parricidi
luent; uos uero qui extremum spiritum in uictoria effudistis piorum estis
25 sedem et locum consecuti. breuis a natura uita nobis data est; at memo-
ria bene redditae uitae sempiterna. quae si non esset longior quam haec
uita, quis esset tam amens qui maximis laboribus et periculis ad summam
laudem gloriamque contenderet? actum igitur praeclare uobiscum, for- 33
tissimi, dum uixistis, nunc uero etiam sanctissimi milites, quod uestra
30 uirtus neque obliuione eorum qui nunc sunt nec reticentia posterorum
sepulta esse poterit, cum uobis immortale monumentum suis paene ma-
nibus senatus populusque Romanus exstruxerit. multi saepe exercitus
Punicis, Gallicis, Italicis bellis clari et magni fuerunt, nec tamen ullis
tale genus honoris tributum est. atque utinam maiora possemus, quando
35 quidem a uobis maxima accepimus! uos ab urbe furentem Antonium

1 ciuibus *del. Pluygers* || 3 cumulata] quam multa **b** quamquam multa **v** cumulata ... praestabitur *om.* **s** ⟨atque⟩ cumulate *Halm* (*coll. § 35*), *corr. P. Laetus; cf. ThLL IV 1384, 56 sqq.* || 4 quam quoniam] quamquam **b** quamquam id **svb**^{2} quam cum *Naugerius, corr. Orelli* || 8 grata eorum] gr̃e horum **b** gratiarum **sv** *corr. Naugerius* || 13 occiderunt **s** || 15 primo **v** || 19 qua naturae debita ⟨uita⟩ *Vassis; cf. K.-St. II 292, Schöll 33* | est] sit *Halm; cf. Zielinski Claus. 216* | reddita] oppetita *Schmidt; uide tamen Schöll 33* || 23 occidistis ς || 25 uita uobis **bv**; *cf. Fraenkel Les. 185* || 26 sempiterna] perpetua **s** || 31 insepulta **sv**; *sed cf. King 341*

auertistis; uos redire molientem reppulistis. erit igitur exstructa moles
opere magnifico incisaeque litterae, diuinae uirtutis testes sempiternae,
numquamque de uobis eorum qui aut uidebunt uestrum monumentum
aut audient gratissimus sermo conticescet. ita pro mortali condicione ui-
tae immortalitatem estis consecuti. 5

13
34 Sed quoniam, patres conscripti, gloriae munus optimis et fortissimis
ciuibus monumenti honore persoluitur, consolemur eorum proximos,
quibus optima est haec quidem consolatio: parentibus quod tanta rei
publicae praesidia genuerunt; liberis quod habebunt domestica exempla
uirtutis; coniugibus quod eis uiris carebunt, quos laudare quam lugere 10
praestabit; fratribus quod in se ut corporum, sic uirtutis similitudinem
esse confident. atque utinam his omnibus abstergere fletum sententiis
nostris consultisque possemus, uel aliqua talis eis adhiberi publice posset
oratio qua deponerent maerorem atque luctum gauderentque potius,
cum multa et uaria impenderent hominibus genera mortis, id genus quod 15
esset pulcherrimum suis obtigisse eosque nec inhumatos esse nec deser-
tos, quod tamen ipsum pro patria non miserandum putatur, nec disper-
sis bustis humili sepultura crematos, sed contectos publicis operibus atque
muneribus eaque exstructione quae sit ad memoriam aeternitatis ara
35 Virtutis. quam ob rem maximum quidem solacium ⟨erit⟩ propinquorum 20
eodem monumento declarari et uirtutem suorum et populi Romani pie-
tatem et senatus fidem et crudelissimi memoriam belli: in quo nisi tanta
militum uirtus exstitisset, parricidio M. Antoni nomen populi Romani
occidisset. atque etiam censeo, patres conscripti, quae praemia militibus
promisimus nos re publica recuperata tributuros, ea uiuis uictoribusque 25
cumulate, cum tempus uenerit, persoluenda; qui autem ex eis quibus
illa promissa sunt pro patria occiderunt, eorum parentibus, liberis, con-
iugibus, fratribus eadem tribuenda censeo.

14
36 Sed ut aliquando sententia complectar, ita censeo: cum C. Pansa con-
sul, imperator, initium cum hostibus confligendi fecerit, quo proelio le- 30
gio Martia admirabili incredibilique uirtute libertatem populi Romani de-
fenderit, quod idem legiones tironum fecerint, ipseque C. Pansa consul,
imperator, cum inter media hostium tela uersaretur, uolnera acceperit,
cumque A. Hirtius consul, imperator, proelio audito, re cognita, fortissi-
mo praestantissimoque animo exercitum castris eduxerit impetumque in 35

11 uirtutum **sv** || 12. 13 sententiis nostris atque consultis fletum **b** || 14 oratio] consolatio *Burman* || 20 quidem maximum **D** *transt.* ς | erit *om.* **D** *add. Poggius* | ⟨erit illud⟩ quidem maximum solacium *Halm* || 21 et populi Romani pietatem] et etatem **sv** || 22. 23 militum nisi tanta **b** || 24 censeo *del. Pluygers; cf. Zielinski Claus. 216* || 29 sententiam ς, *fort. recte: cf. enim Cic. Fin. 5, 8, Quint. Inst. 3, 6, 13; uide tamen 3, 44* || 34 proelio audito *del. Pluygers* re cognita *delere uult C. F. W. Müller*

M. Antonium exercitumque hostium fecerit eiusque copias occidione occiderit, suo exercitu ita incolumi ut ne unum quidem militem desiderarit, cumque C. Caesar ⟨pro praetore⟩, imperator, consilio diligentiaque sua **37** castra feliciter defenderit copiasque hostium quae ad castra accesserant 5 profligarit, occiderit: ob eas res senatum existimare et iudicare eorum trium imperatorum uirtute, imperio, consilio, grauitate, constantia, magnitudine animi, felicitate populum Romanum foedissima crudelissimaque seruitute liberatum, cumque rem publicam, urbem, templa deorum immortalium, bona fortunasque omnium liberosque conseruarint 10 dimicatione et periculo uitae suae, uti ob eas res bene, fortiter feliciterque gestas C. Pansa A. Hirtius consules, imperatores, alter amboue, aut si aberunt, M. Cornutus, praetor urbanus, supplicationes per dies quinquaginta ad omnia puluinaria constituat: cumque uirtus legionum digna **38** clarissimis imperatoribus exstiterit, senatum, quae sit antea pollicitus 15 legionibus exercitibusque nostris, ea summo studio re publica recuperata persoluturum, cumque legio Martia princeps cum hostibus conflixerit atque ita cum maiore numero hostium contenderit ut plurimos caederent caderent nonnulli, cumque sine ulla retractatione pro patria uitam profuderint; cumque simili uirtute reliquarum legionum milites pro sa- 20 lute et libertate populi Romani mortem oppetiuerint, senatui placere ut C. Pansa A. Hirtius consules, imperatores, alter amboue, si eis uideatur, eis qui sanguinem pro uita, libertate, fortunis populi Romani, pro urbe, templis deorum immortalium profudissent monumentum quam amplissimum locandum faciendumque ⟨curent: quaestoresque⟩ ur- 25 banos ad eam rem pecuniam dare, attribuere, soluere iubeant, ut exstet ad memoriam posteritatis sempiternam scelus crudelissimorum hostium militumque diuina uirtus, utique, quae praemia senatus militibus ante constituit, ea soluantur eorum qui hoc bello pro patria occiderunt parentibus, liberis, coniugibus, fratribus, eisque tribuantur quae militibus 30 ipsis tribui oporteret, si uiui uicissent qui morte uicerunt.

1 occisione **sv**; *cf. tamen Cic. Fam. 15, 4, 7; Liu. 2, 51, 9; 3, 10, 11 aliaque exempla ap. ThLL IX 2, 344, 1sq.; cf. etiam K.-St. I 279, H.-Sz. 125* || **3** pro praetore *om.* **D** *add. P. Laetus* pontifex *add. praeterea Garatoni coll. 5, 46. 53; cf. tamen 8, 33* || **4** feliciter] felicia **D** *corr.* ς || **5** occiderit *del. Hirschfelder; sed de asyndeto* profligarit occiderit *cf. K.-St. II 151* || **10** periculoque **b** || **16** soluturum **b** resoluturum **sv** (*sed cf. Hauschild 262*) *corr. Manutius; cf. § 35* | cumque] quod **D** *corr. ed. Romana* || **17** ut] cum **D** ⟨ut⟩ cum *Halm* (*prob. Schöll 34*), *corr. Ferrarius* || **18** cadere nonnullos **bv** caederent nulli **s** *corr.* ς; *cf. Madvig, J. cl. Ph. 1856, 118* || **24. 25** locandum faciendumque urbem ad eam rem **bs** locandumque faciendum urbem ad **v** curent *add. Ferrarius* quaestores *add. Ant. Augustinus, qui* urbanos *pro* urbem *coni.* -que *post* quaestores *add. Garatoni* || **25** exstet] testetur *Madvig Opusc. 733; cf. tamen ThLL V 2, 1932, 71sqq.* || **26** ad scelus **sv** || **27** diuinam uirtutem utque **sv** || **29** fratribus, eisque] fratribus **b** fratribus hisque (eaque s^2) fratribus s^1**v** *corr. Ferrarius* || **30** si illi uicissent **b**s^1**v** si illi uixissent s^2 *corr. Ernesti*

FRAGMENTA

1 *Non. 373, 34–36* proiectum, subtractum. M. Tullius in Philippicarum lib. IV: 'quid hoc senatus consultum facit? clam te ex urbe proieceris.'

2 *Non. 182, 8* titubare, trepidare. M. Tullius Philippicarum lib. XIV: 'titubare, haesitare, quo se uerteret nescire.'

3 *Arus. gramm. VII 467, 15* deflexit de proposito, Cic. Philipp. XVI: 'Latere⟨n⟩sis ne uestigium quidem deflexit.'

4 *Arus. gramm. VII 467, 17* disceptata lis est, Cic. Philipp. XVII: 'non est illa dissensio disceptata bello.'

5 *Schol. Bob. ad Cic. Mil. 29, p. 120, 21 St.* quamuis et in Philippicis mulionem Ventidium dixerit; *Schol. Iuuen. 7, 199* Ventidius ex mulione Caesaris dictatoris praetor fuit, ut Tullius in epistolis et in Philippicis loquitur.

1 *cf. Cic. Cael. 66* || 5 *cf. Stangl ad loc., Schöll 32, Sternkopf Woch. Kl. Phil. 1917, 400; quod adtinet ad uerba* Tullius in epistolis *cf. Fam. 10, 18, 3*

INDEX NOMINVM

BIBLIOTHECA TEVBNERIANA

Cicero. Scripta quae manserunt omnia

Fasc. 3. De oratore
Herausgegeben von K. F. Kumaniecki †

XL, 412 Seiten. Leinen DDR 41,50 M; Ausland 41,50 DM
Bestell-Nr. 665 449 9 – Kumaniecki, Cicero 3 lat.

Fasc. 4. Brutus
Herausgegeben von E. Malcovati, Pavia

2. Aufl. (verbesserte Ausgabe der 1. Aufl. von 1965)
XVIII, 126 Seiten. Leinen DDR 13,– M; Ausland 13,– DM
Bestell-Nr. 665 540 8 – Malcovati, Cicero 4 lat.

Fasc. 5. Orator
Herausgegeben von R. Westman, Abo

XXXIII, 99 Seiten. Leinen DDR 36,– M; Ausland 36,– DM
Bestell-Nr. 665 979 1 – Westman, Cicero 5 lat.

Fasc. 8. Oratio pro Sex. Roscio Amerino
Herausgegeben von H. Kasten, Hamburg

XIV, 62 Seiten. Leinen DDR 9,80 M; Ausland 9,80 DM
Bestell-Nr. 665 444 8 – Kasten, Cicero 8 lat.

Fasc. 16. Orationes de lege agraria. Oratio pro C. Rabirio perduellionis reo
Herausgegeben von V. Marek, Prag

XX, 74 Seiten. Leinen DDR 26,– M; Ausland 26,– DM
Bestell-Nr. 666 156 8 – Marek, Cicero 16 lat.